P. RAMI, PROFESSIO REGIA.

Hoc eſt,

Septem artes liberales, in Regia cathedra, per ipſum Pariſijs apodictico docendi genere propoſitæ, & per

IOAN. THOMAM FREIGIVM

In tabulas perpetuas, ceu στρώματα quædam, relatæ: ac ad publicum omnium Rameæ Philoſophiæ ſtudioſorum uſum editæ:

Harum,

Elenchus eſt proxima pagina.



BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
139,

IN HOC VOLVMINE, LECTOR,
hæc continentur.

CICERONIANVS.
GRAMMATICA Latina.
GRAMMATICA Græca.
GRAMMATICA Gallica.
RHETORICA.
DIALECTICA.
ARITHMETICA.
PHYSICA.
ETHICA.

NOBILI.

NOBILITATE, ERV-
DITIONE ET HVMANITATE PRÆ-
STANTI VIRO, DOMINO CHRISTO-
PHORO MELLINGERO,

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI, CAES. MAIE-
ſtatis, & Illuſtriſsimorum Auſtriæ Archiducum, Ferdinandi & Caroli, Conſiliario,
& ſuperioris Auſtriæ Regenti: domino ſuo, omni obſer-
uantia colendo. S.

ETSI mihi nunquam dubium fuit, Vir nobiliſsime &
clariſsime: quin tibi mea ſalus ac honos curæ fuerit: ta-
men incredibiliter in ea opinione confirmatus ſum,
cùm proximas tuas literas, officij ac humanitatis ple-
nas legerem. In illis enim perſpexi & cognoui, quàm
diligens, quàm propenſus, quàm aſsiduus in me am-
plificando, & apud Illuſtriſsimum ac Clementiſsimum
principem noſtrum ornando fueris, adeò ut non de-
ſtiteris, donec id effeceris, ut ſplendidiſsimo munere,
me ſanè nihil tale meritum Sereniſsimus princeps proſequi ſtatuerit. Atque uti-
nam diem illum uidere poſsim, quo pro tuis ergà me ampliſsimis ſtudijs atque
beneficijs, gratiam tibi referre poſsim. Quam facultatem ſi mihi tenuitas mea
eripiet, at animo tamen tantum beneficiorum cumulum complecti, & gratiam
habere licebit. In teſtimonium eius rei, has tabellas, hac hyeme à me exaratas,
ſub tuo nomine in publicum prodire uolui. In quibus ſi quid præter ueterum
ſcholaſticorũ morem & obſoletam cantilenam hîc poſitum eſt, id omne expe-
rientia duce, & uſu magiſtro traditum eſt. Nihil enim hîc ex cuiuſquã deliri ma
giſtri ſomnijs aut fatui philoſophaſtri rancidis dictatis acceptum: ſed ex anti-
quiſsimorum ac præſtantiſsimorum autorum, & omnium ætatum memoria
conſecratorum monumentis ac ſcriptis deriuatum, ac eorundem exemplo &
uſu comprobatum, propoſitum eſt. Hîc enim Ciceronis, Demoſthenis Gram-
matica: hîc eorundem, imò Ariſtotelis, imò omnium qui unquam uixerunt,
Rhetorica ac Logica deſcripta: hîc Euclidis Arithmetica & Geometria de-
monſtrata, hîc Virgilij Phyſica, hîc Iulij Cæſaris Ethica nobis depicta eſt: ut
qui has noſtras artes impotenti impudentia conuellere & labefactare conatur,
idem pari impudentia, Ciceronis, Demoſthenis, Ariſtotelis, Euclidis, Virgilij,
Cæſaris laudes, & artes conuellere & labefactare uideatur. Quod ſi cui hæc ni-
mis tenuia & breuia uidebuntur, cogitet is præceptorum quidem doctrinam
breuem eſſe, uſum uerò longum, qui non niſi cum uita hominis terminatur, &
iiſdem, quibus huius lucis uſura, ſpacijs circumſcribitur. Quamdiu enim hac
aura fruemur, tamdiu loquemur, dicemus, ratiocinabimur, numerabimus, me-
tiemur, naturam rerum conſiderabimus, officio fungemur. At præcepta finita
ſunt, & in ſingulis artibus adeò breuia, ut ſi tautologias, ſi falſa ac commentitia
documenta, ſi aliena & heterogenea theoremata reſecemus: liberalibus arti-
bus nihil breuius, nihil facilius dicere queamus. Et ne longè huius rei argu-
menta petantur, iuratus dicere poſſum, ab adoleſcente, qui Grammatica didi-
cerit, has liberales artes nulla cum moleſtia, ſed ſumma cum ſuauitate, intra

ſeſquiannum compræhendi poſſe. Iuuentus ſi ita inſtitueretur, ſicut hic inſtituendam docemus: ſi ita exerceretur, ſicut hic exercendam monemus: Academiæ noſtri temporis pleræq; melius comparatæ eſſent. At nunc dum pro prçconceptis ſuis opinionibus, & euanidis fumoſisq; autoritatibus, in rebus etiam, quæ uel idiotis notæ ſunt, furioſe depugnant: dum infinitas & odioſas tautologias contexunt: dum aliena & translatitia miſcent: dum falſa quoque (quod philoſophis, ueritatis ſtudioſis pudendum ſit) pro ueris uenditant: quis mirabitur, ſi in tanta huius ſeculi luce, autoritas earum iaceat? Sed deſperatis Hippocrates medicinã adhibere prohibet: & ipſe fateor, ad clamandum in ſcholis hæc noſtra comparata non eſſe: neque enim ſubtiliter diſputari, ſed quid ad uitam humanam accommodatè doceri poſſet, ſpectaui: idq; per proximum quinquennium in hac noſtra Academia mihi in philoſophia propoſitum habui: ut omittam cæteros labores, quos publicè in quotidianis prælectionibus duabus, & priuatim in Iuſtiniani Pandectis ac Inſtitutionibus ſuſtinui. Sed de his alibi plenius, uberiusq;. Tu, uir ampliſsime ac nobiliſsime, hoc monumentum meæ erga te reuerentiæ, ac tuorum meritorũ recordationis ſuſcipito: ac Generoſo Domino Baroni à Schneberg, & Domino Eraſmo Haidenreich me commendare pergito, ijſdemq; gratum à me animum ſpondeto. Vale. Dat. Friburgi. menſe Martio. Anno CIↃ. IↃ. LXXVI.

Tuæ Excellentiæ addictiſs.

Ioan. Thomas Freigius D.

P. RAMI

P. RAMI PRO-FESSIO PHILO-ſophica.

- *Ramus philoſophiã cum eloquentia ita coniungendam cenſuit, ut cũ puerum ſeptimo anno acceperit, anno decimoquinto ætatis perfectus philoſophus ſit, & iam aptus ad Remp. Itaq́ in hac inſtitutione conſider. eſt*
  - *Horarum diſtributio. Nam diſcipuli inſtituendi ratio, eſt artis uel*
    - *Explicatio, quæ ſic inſtituitur ut ſingulis diebus diſcipulus*
      - *Horas duas doctorem Latinè & Græcè prælegentem audiat, alteram matutinam, alteram pomeridianam.*
      - *Cæteras conſumat in rebus expoſitis*
        - *Meditandis.*
        - *Ediſcendis.*
        - *Exercendis.*
      - *Ideſt*
        - *Vna hora eſt auditionis*
          - *Matutina.*
          - *Pomeridiana.*
        - *Horæ*
          - *Ediſcendi duæ.*
          - *Pronũciandi & memoria efferendi una.*
          - *Duæ*
            - *Cõmunicãdi.*
            - *Diſputandi.*
            - *Imitandi.*
            - *Exercendi.*
    - *Vſus, in quo exercitatio duplex adhibetur:*
      - *1. Analyſis, quæ facit ut in perſpicuis exemplis diſcipulus uim cognitæ artis excutiat, & quàm artificioſè, quamq́ regulis artis congruenter & aptè ea constructa ſint, intelligat.*
      - *2. Geneſis, ut cum exemplo cognouerit, quomodo regulis artis periti homines utantur, ipſe imitando uel*
        - *Simile aliquid effingat.*
        - *Per ſeipſum & ſuo Marte nitendo conandoq́, ſuũ aliquid & proprium faciat.*
  - *Annorũ ratio. Nam annus*
    - *Trib' primis, puer (ſi planè legẽdi & ſcribendi rudis et ignarus erit) in Grãmatico ſtudio, Latino Græcoq́ retinetur: & anno*
      - *Primo*
        - *Declinare nomina & coniugare uerba quamplurima, eaq́ ſcribere & pronũciare exemplis magis & uſu, quàm præceptis docetur.*
        - *Syntaxeos per pauca præcepta tradenda ſunt & uſus exemplis confirmandus.*
      - *Secũdo*
        - *Doctrina etymologiæ maior & accuratior.*
        - *Vſus uberior ex Virgilio, Cicerone, Homero, &c.*
      - *Tertio, Syntaxis tota perdocetur.*
    - *Quarto Rhetoricæ regulæ à Dialecticis regulis & Grammaticis diſcretæ & diſtinctæ docentur. Et Rhetoricæ artis*
      - *Explicatio eſt in*
        - *Elocutione.*
        - *Pronũciatione.*
      - *Exercitatio eſt in*
        - *Analyſi.*
        - *Geneſi.*
    - *Quinto diſcipulus deducitur ad Dialecticæ artis*
      - *Explicationem in*
        - *Inuentione.*
        - *Iudicio.*
      - *Exercitationem in*
        - *Analyſi.*
        - *Geneſi.*
    - *Sexto Mathematica elementa docentur ut*
      - *Arithmetica, Geometria.*
      - *Muſica, Optica.*
    - *Septimo Phyſica traditur.*

TABVLA ARTIVM, QVAS IN hoc uolumine coniunximus.

In P. Rami diſciplina Philoſophica, conſider.

- *Idea illius diſciplinæ, expreſſa in Ciceroniano, qui exemplo inſtituti Ciceronis, puram ſynceramq́ bene inſtituendæ iuuentutis uiam indicat, multaq́ trita per gymnaſia publica inſtitutionis uitia in ſingulis artibus explicat: & ad liberalium artium amorem præco quidam communis & exhortator eſt.*
- *Curriculum & opus Philoſophicum, partim*
  - *Exotericum in*
    - *Grammatica*
      - *Latina.*
      - *Græca.*
      - *Gallica.*
    - *Rhetorica.*
    - *Logica ſeu Dialectica.*
  - *Acroamaticũ in*
    - *Arithmetica.*
    - *Geometria.*
    - *Phyſica.*
    - *Ethica.*

HIERONYMVS VVOLFIVS IOANNI THOMAE FREIGIO, S.

CVM ſuperiore menſe in P. Rami noſtri lucubrationes Oratorias & Vitam eius, abs te φιλαλήθως, καὶ φιλοσόφως, καὶ δὴ, καὶ φιλεργοτέρως deſcriptam incidiſſem: uir clariſsime, & propter philoſophicum ingenium (quæ his temporibus perpauca ſunt) mihi chariſsime: epiſtolam P. Rami annis ab hinc compluribus ad Rhæticum ſcriptam, abs te deſiderari animaduerti, ac uix tandem à D. Achille Gaſſero repertam & utcunque deſcriptam, ad te mitto: qua tu tuo arbitratu utaris. Vtinam uerò talem Aſtronomiam ἀνωμάλιστον καὶ ἀφάνταστον haberemus. Sed quid de ea ratione Tycho & Bracheus ſentiat, margini aſſcripſi: iudicium Schreckenfuchſij piæ memoriæ, ſoceri tui, te percepiſſe exiſtimo. Qui deſperent, uideo eſſe multos: ego (quod non ſine pudore & dolore confiteor) ἐγκωμιάζων ὤν, in ſententijs artificum, inter ſe non conſentientium, cogor acquieſcere. Quid acquieſcere dico? μᾶλλον δὲ ἐνέχομαι καὶ ἀναγκάζομαι καὶ μηδὲν λαβὼν, μηδὲν ἐρωτῆσαι. Si quid tamen aliquando certi fuerit: poſteritati fœlicitatem eam gratulabor.

Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτὸ τὸ ταλαιπώρῳ. σχεδὸν
ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον

Tu uero & ætate, & ingenio, & eruditione, & eloquentia, & (quod maximũ eſt & rariſsimum noſtra ætate) ſano iudicio rectaque uoluntate præditus, ſuccedes in eorum locum, qui hactenus Græcam & Latinam elegantiam omnemque liberalem doctrinam (qui quidem paucisſimi ſuperſunt) defendes: eaque re & munus Reip. literariæ maximè neceſſarium & utiliſsimum conferes: & immortalem ipſe gloriam conſequeris. Vale Auguſtæ Vindelicorum, poſtridie Cal. Septemb. Anno 1575.

Boni conſule, quæſo, lituras & κακογραφίαν pueri mei, ἄνω ἐξεσμημένα, ὡς δέον.

Hieronymus VVolfius, μετ᾽ ἐκτομὴν λίθου ἐννεακαιδεκαδράχμου μόλις ἀναβιοὺς, καὶ ζῶν ὅμως ὅμηρον εἶναι ἐν τοῖς ὀλιγοστιαίοις.

IACOBVS CALONIVS PORTANVS, GEORGIO IOACHIMO RHAETICO S.

BIENNIVM exceſsit, ex quo te conueni Cracouiæ, chariſsime Rhœtice, à Doctore Cratone tibi commendatus, & alijs pleriſque doctiſsimis uiris, quos Vratislauiæ tum temporis uideram. At cùm Viennam tibi dixiſſem me profecturum: mandaueras, ut tuis uerbis illuſtrem uirum, & egregiè doctum, comitem Iulium à Salm, ſalutarem: quod quidem, ſi præſtare potuiſſem: aut eorum aliquid, de quibus inter nos habitum ſermonem fuiſſe, meminiſti: ſcripſiſſem ad te perlibenter, feciſſemque de omnibus certiorem, ſed cùm meas ad te literas inanes uenire nollem: diſtuli in hoc uſque tẽpus, quo tempore, cum ueni Lutetiã: quamplurimos offendi Lutetiæ doctiſſimos uiros, tui cupidiſsimos, ac in primis clariſsimum uirum, Petrum Ramum, Regium eloquentiæ Profeſſorem, cuius ex literis, quæ ſit eius erga te uoluntas, & quantus amor, cognoſces. Cuperet te hîc eſſe. Nam Mathematicus quidam Regius antè annos aliquot obijt: cui ſuffectus eſt nemo: & poſt bella noſtra ciuilia, inter quæ bonæ omnes iacuerunt diſciplinæ atque artes, Academiam Pariſienſem priſtino nitori Rex cupit reſtituere. Scripſit ad te Ramus, uoluntatis tuæ tentandæ cauſa. Quod ſi ex tuis literis te intellexerit ab ea profeſsione, quæ offertur, non abhorrere: faciet & efficiet apud eos, qui poſſunt in ea re omnia, ut honorificè uoceris, isque tibi detur locus, qui hactenus patuit non niſi doctiſsimis quibusque uiris, ingenio atque uirtute præſtantibus, tuique ſimillimis. Reſpondẽbis igitur, ſi commodum eſt, ad meas & Petri Rami literas: ut uoluntate tua cognita, quiſque noſtrum, tua cauſa, quicquid poterit, agat, ſicque ſtatues, de te eruditiſsimum quemque in Gallia uirum, ut de præſtantiſsimo ætatis noſtræ Mathematico & ſentire & loqui. Benè ac feliciter uale, chariſsime Rhetice. Datum Lutetiæ Pariſiorum 17. Auguſti. Anno 1565.

PETRVS RAMVS, GEORGIO IOACHIMO RHAETICO, S.

SI corporum noſtrorum, mi Ioachime, eadem libertas eſſet, quæ animorum: nihil nobis opus hac epiſtola eſſet, ad te, tam longo, tot interiectis nationibus, interuallo, conueniendum. Equidem certè non ſolum facie, ſed ſermone, communicatione, conſuetudine, mente denique tota tibi notus eſſem. Sed tamen quò loci corpore adire non licuit: huc certè animo contendere ſtatui, tibique abſens exponere, quæ coràm agere maluiſſem. Multa adhuc in artibus ingenuis

nuis paulò accuratiore uia inſtituendis, uno logicæ organo conatus ſum, in quibus Geometria & Aſtrologia præcipuum laborem attulerunt. Sed Geometriæ labor eiuſmodi fuit, qui diligentia ſuperari poſſet, adhibitis præſertim bonorum autorũ monumentis (quæ undiq; conquiſieram) pro auxilio peritorum hominum, qui licet rari, tamen nonnulli, in hoc erudito puluere uerſarentur. Ad Aſtrologiæ autem formam, quam optaſſem, componendam, nulla neque Logicæ, neque copię, uel opis cuiuſquam librorum uel hominum adiumenta ſatisfactura uidebantur, cùm tam inuolutam, tamq; perplexam hypotheſibus diſciplinam perſpicerem. Tandem Canonis tui libellus (quem inter autores eiuſdem doctrinæ complures ad hoc ſtudium mihi, aliquot antè annis, ſepoſueram) iterum atque iterum perlectus, ac ſubinde repetitus, mirificè nos excitauit, ad bene ſperandum: cum Mathematico (in numeris præſertim diligenter exercitato) polliceretur, Aſtrologiam, non ſolùm labore inuenti Pythagorei, & Gabrei, ſed infinitis tabellarum centurijs uacuam prorſus ac liberam. Hīc uerò te ex animo ueteq; complexus ſum, magnamq; tibi pro tanto tuo in omnes præſtantiſsimæ diſciplinæ ſtudioſos beneficio, gratiã habui, protinusq; tuos de triangulis, deq; motibus inæqualibus libros, per omnes bibliopolarum officinas requirendos curaui: ſed aliud conſequi non potui, quàm quòd crediderim abs te nondum editos eſſe. Interea uerò redijt ad nos è Polonia Calonius Portanus, nobilis adoleſcens, quondam noſter diſcipulus, non ſolum literarum ingenuarum noticia, ſed uariarum gentium peregrinatione uirtutem egregiam conſecutus, multaq; mihi curioſius percontanti de tua ſingulari eruditione, de libris triangulorum, & inæqualium motuum, deq; compluribus alijs abs te conſcriptis, ita diſertè ac iucundè narrauit: ut me tui cupiditate totum incenderit: addidit etiam, te nonnullo inuiſendæ Galliæ deſiderio teneri. Quæ res mihi cauſa fuit, non ſolùm amoris, erga te mei declarandi, omniaq; amantiſsimi hoſpitis, ſi Lutetiam ueneris, ſtudia officiaq; pollicendi: ſed multò magis eadem cauſa fuit ſolicitandi & cohortandi tui, ne tam nobiles tamq; ſæculis omnibus profuturæ meditationes perirent: ſed protinus in lucem prodirent: quin etiam his altiora præſtares. Excitaſti canonis illius promiſſo non ſolùm in Germania tota (quæ iam pridem una Mathematum tutelam cuſtodiamq; ſuſcepit) ſed apud exteras nationes expectationem laudis admirabilem: quam agedum, ſuſtine fide, conſtantia, uirtute. Sed enim, quoniam in diuitias animi tui ſemel inuaſimus, audi quamnam præterea largitionem abs te, in iſtiuſmodi magnificentia, fieri cupiam. Conſilium tuum ſingulare eſt, & in Aſtris collocandum: quo Aſtrologiam magna laboris infiniti difficultate ſubleuandam cogitas: at ſi laborem totum tolleres, non partem laboris: ſupra Aſtra omnia meo iudicio te collocarem. Id uerò te conſecuturũ arbitrarer, ſi, ſublatis hypotheſibus omnibus, tam ſimplicem Aſtrologiam faceres, quàm ſimplicem Aſtrorum eſſentiam natura ipſa fecerit. Sed abſq; hypotheſibus, (reſpondeat aliquis) cœleſtium motuum dignitas retineri, numerus etiam continuari non poteſt. Hæc opinor duo hypotheſium patrocinia ſunt. Alterum enim illud eſt à Proclo, motum in ſtellis deprehendi ἄλογον, ἄστατον, ἄτακτον, ἀνώμαλον: rem diuinis corporibus alienam & indignam: ut etiam inde ruina, diſſolutioq; cœli metuenda ſit. Ideoq; à ſummis Aſtrologis repertas hypotheſes eſſe, quæ αἰτίας εὐλογίστους numeroq; congruente definitas, ordinatas, æquabiles, conuerſionem quamq; referrent, perpetuamq; cœli conſtantiam defenderent ac tuerentur. At (inquam) inæqualitas iſta quæ accuſatur, æqualitas ſumma eſt, primò in periodis & conuerſionibus totis: deinde in colis, in commatis, in punctis denique ſingulis: temporaq; curſus, recurſus, ſtationis, regreſsionis, altitudinis, perinde in ſingulis ſeparatim ſtata ſunt ac rata. Sic à Platone in extremo legum ſeptimo, & in Timæo crimen hoc defenditur, affirmante, ſtellas omnes ὁμαλῶς motibus hiſce omnibus, qui cernuntur, moueri: non ulla infirmitate, (quod hypotheſium autoribus uideretur) ſed conſtantia mirabili, neque quicquam hypotheſium machinis indigente. Nullam igitur temeritatis culpam ἀνωμαλία, quæ dicitur, in cœli motibus, ſuſtinet: ſed conſtantia præclariſsimi ordinis oſtendit: nec inde ruina cœli metuenda fuit. Quid uerò? utrum numerus temporis ſine hypotheſibus continuari non poteſt? hoc enim alterum hypotheſium eſt patrocinium. Hīc, amabo te, complectere iſtam cauſam: deq; tuis theſauris ea deprome, quibus nobis neceſſaria demonſtratione perſuadeas (quod libentiſsimè alioqui crediderim) Aſtrologiam ſolis Arithmeticæ & Geometriæ elementis & principijs fundatam, ſine ullis hypotheſibus præclarè poſſe conſiſtere. Primo fieri poſſe, an argumentum tibi nullum uideatur: quòd motus omnes Geometricis inſtrumentis animaduerti poſsint, & notari? imò ſemper animaduerſi ſint & notati? Verum uerò (quod caput quæſtionis eſt) continuatio ipſa futurorum motuum, per proportionem aliquam præteritorum, ſine hypotheſibus ullis collecta ſit aliquando, & quomodo: ex hiſtoriæ temporum, quam tu notiſsimam tenes, iudicium eſto. At hypotheſes (ut hīc etiam memoriam tuam exuſcitem) è quatuor Aſtrologorum ſectis, quæ à Plinio ſtatuuntur, Chaldæorum, Aegyptiorum, Græcorum, Latinorum, recordare quæſo, ſi quæ Chaldæorum, ueterumq;, tum Aegyptiorum, tum apud Platonem Græcorum memorentur. Plato certè (quod Proclus in Timæo animaduertit) hypotheſes nullas in Aſtrologiam adhibuit. Attamen, cum in ſtellarum motibus, ullam anomaliam uel confuſionem eſſe pernegaret: occaſionem (aiunt Ariſtotelis interpretes in libris eius de cœlo) Mathematicis præbuit, hypotheſes inquirendi, quibus planetarum φαινόμενα defenderent. Itaq; Eudoxus Cnidius primus hypotheſes ἀνελιττουσῶν reperit: quas cum Callippo Ariſtoteles correxit & emendauit. Et Ariſtoteles certè, in quęſtione de numero ſphærarum cœleſtium, duodecimo philoſophię libro, hæſitans, & Aſtrologos, tanquam iudices idoneos recurrens, non alias hypotheſes, quàm Eudoxi, & Callippi, & ſuas de conuentricis orbibus nominauit: nec in ijs ſibi ſatisfecit, ut & illis, & problematis de altitudinis differentia, ſignificatum eſt. Paulò poſt à Calliſthene, Ariſtotelis mandato, Babyloniorum obſeruationes annorum 1903 in Græciam miſſæ memorantur: hypotheſes tamen nullæ. Pythagorei deinde, ut Proclus ait, conuentricis exploſis, epicyclos & eccentricos attulerũt. Verum autem hi Pythagorei, Cæſarem & Soſigenem

ſecuti

ſecuti ſint, conſiderato hypotheſiumq́ originem, & tanquam natalem, cum tanta tamq́ longæua Aſtrologiæ ætate, cõparatio & iudicato, utrum Aſtrologia aliquando ſine hypotheſibus fuerit, & quàm commoda ratione, notatis & obſeruatis ſtellarum motibus, poſsit in annum centeſimum, aut milleſimum prædici coniunctio & effectio ſyderum quælibet futura? Enimuerò, ut (quod ſummum hîc arbitror) adiungam, uidetur non ſolùm Logicæ legibus ualdè contrarium: ſed omnino profanum, in ſacra & cœleſti doctrina, commenta, præſertum manifeſtè falſa & abſurda, permiſceri. At hypotheſes Epicyclorum & eccentricorum commenta, falſa & abſurda eſſe: epiſtola tua, niſi fallor, Copernico præpoſita, manifeſtè ex epicyclo Veneris oſtendit. imò uerò Proclus ipſe ad finem ὑποτυπώσεων, hàs hypotheſes, quamuis facillimas omnium quæ antea fuerant, attamen commento ſupino confictas eſſe, profitetur, errareq́ in epicyclis, & eccentricis grauiter Aſtrologos, ſi figmenta tantùm putent eſſe: quod quia per ea quæ in natura rerum non ſint, doceat, cauſas nullo modo ab hypotheſium Aſtrologis aſsignatas ait eſſe. Vnde concludit, ualdè præpoſtero progreſſu ab eiuſmodi Aſtrologis, non ex hypotheſibus concluſiones (quod cæterarum artium exemplo faciendum erat) ſed ex concluſionibus hypotheſes deduci. Quare tantum tantæ artis elenchum, tanquam Gordium aliquem nodum diſſoluendum, aut certè frangendum tibi propoſito: & exiſtimato, non Aſiæ, ſed Aſtrologiæ regnum ſolutionis præmio eſſe propoſitum. Neq́ porrò uerendum eſt, ne quis dicat, ſublatis hypotheſibus, magnam pulcherrimarum demonſtrationum copiam perituram eſſe. Pulchritudo enim, è falſis coloribus inducta, ueram naturæ ſpeciem ac uenuſtatem nihil exornat: ſed omnino deformat & corrumpit. Quamobrem per ego te Deos illos rogo, de quorum domicilijs ac templis agimus, ſuſcipe curam præſtanti induſtria tua digniſsimam: ut Aſtrologia, figmentis hypotheſium per te liberata, Aſtrorum ſuorum lumina pari ſplendore animis hominum oſtendat, atque natura oculis contemplanda propoſuit. Hoc munere maius nullum eſſe arbitror, quo ad ſempiternam nominis tui gloriam genus hominum tibi poſsis obligare. Vale, ac ſi quid nobis (quod ualdè ſpero) reſponderis: literas tuas ad D. Camerarium, doctiſsimum uirum, & tui amantiſsimum mittito; ut ab eo ad nos tutiùs perferantur. Vale rurſum, Lutetiæ in gymnaſio Preliæo 8. Calend. Septemb. Anno 1563.

DOMINO IOANNI THOMÆ FREIGIO I.V.D. CLARISSIMO, FREDERICVS BEVCHVSIVS SCHOLÆ TREMONIANÆ

Profeſſor S. P. D.

ETSI, uir doctiſsime, nulla mihi tecum uel familiaritas, uel neceſsitudo intercedit: tamen & nominis tui claritate, & ueræ Socraticæq́ inſtitutionis amore, quo te flagrare doctiſsima tua monumenta oſtendunt, adductus, etſi minimè uideretur decere, tamen facere non potui, quin aliquid litterarum ad te darem, diuturnamq́ cupiditatem te ſalutandi ſaltem explerem.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ, inquit Theocriti paſtor, Multò igitur magis nos, qui honeſtiſsimorum ſtudiorum, & ſimilium laborum ſocietate tanquam ſanctiſsimo uinculo copulati ſumus, decere arbitrabar, amicitiam etiam inter abſentes & longiſsimo locorum interuallo ſeiunctos contrahere, cuius ſemina in ſempiternam illam uitam nobiſcum adferremus. Quod igitur per ſe importunum uidetur: id non dubito tua humanitate fieri æquiſsimum, ut has litteras ab incognito, & ab eo de quo ne ſemel quidem audiueris profectas, pro tua humanitate in bonam partem accipias, & benignè legas, Vt uerò ad te præcipuè (ut nuper ad clariſs. Henricum Schorum, qui humaniſsimè reſpondit) in exteras nationes litteras mittam, facit communio Rameorum ſtudiorum, meumq́, ut diſcipuli, aureæ illius & antiquiſsimæ inſtitutionis deſiderium. Tuus enim amor, præclaraq́ Rameæ Philoſophiæ ſtudia elucent ex editis doctiſsimis monumentis tum proprijs, tum Rameis, partim à me, partim ab amicis uiſis & coemptis, ut ſunt. Artium logicarum Schematiſmi, Quæſtiones Logicæ & Ethicæ, Partitiones Iuris utriuſq́, Practica Iuris Germanica, Rami Ciceronianus, libri de Moribus ueterũ Gallorum, de Militia Iulij Cæſaris, Rami uita, prælectiones in octo conſulares, Ciceronianus è tuo ipſius patrimonio profectus: quæ tantopere Scholis noſtris & iuuentuti probantur, ut exemplarium copia ſatisfacere nequeat. Deo igitur Opt. Max. gratias agimus, qui non modo ueram philoſophandi rationem excitauerit, uerum etiam ad eam conſeruandam, & longè lateq́ propagandam principes uiros inflammet, & Ramo ſucceſſores induſtrios mittat uotaq́ facimus ut eos numero dotibusq́ diuinis auctos confirmet & ſuſtentet. De meo uerò ſtudio in hoc genere non eſt quod quicquam prædicem: deſiderio certè eius & amore flagro. Habui præceptores clariſs. D. Ioannem Lambachium, & D. Bernardum Copium Tremoniæ, Iuris Doctores, & Matthæum Cardemum Coloniæ, quibus principia & optimam partem huius ſtudij accepta fero: deinde priuatim & tandem publicè in Scholis Rami doctiſsimos libros legi, ac paulatim mihi aliquam ueræ illius philoſophiæ cognitionem comparaui, quam deinceps augere & ſtabilire uehementer cupio. Quare non modò P. Rami, ſed aliorum etiam in hoc genere doctorum uirorum libris, & conſilijs neceſſariò mihi utendum eſt: quòd per rerum mearũ anguſtias celeberrimas Academias adire, uiuaq́ clariſsimos homines uoce docentes audire mihi non licuerit, ut quem inopia penè prius ad docendũ, quam perdiſcendum deduxerit. Schorus itaq́ & Freigius eorumq́ ſimiles huius ſtudij principes mihi aliquando ſunt appellandi, & rogandi ut no-

¶ 2 ſtros e-

ſtros etiam conatus & labores in his inferioribus Scholis nō modò libris in lucem editis, verumetiam litteris aliquando iuuent. Neq; etiam dubito, qui ipſorum eſt in politiora ſtudia amor, quæq; in litterarum ſtudioſos omnesq; bonos humanitas, quin quod ſcribimus benignè accipiant, & quod petimus ad publicam utilitatem haud grauatè ſint facturi. Vt igitur intelligas, quò hæc ſcriptio, eiusq; excuſatio ſpectet, ſcito me ardere cupiditate incredibili, neq; (ut opinor) repræhendenda, P. Rami, Palamedis illius uel Socratis noſtri æui clariſsimi ὡς γνησιωτάτου φιλοσόφου, ὡς ἀνδρὸς ἀνθρώπων μάλιστα σοφωτάτου nomen ut illuſtrare & propagare pro excellenti tua eruditione pergas. Quo de curriculo honeſto & utili etſi tua ſponte non decedes, tamen in iſto ut conſtanter perſeueres, quia mos eſt ita hortandi, te hortor. Vtinam coram liceret colloqui, & de ijs te interrogare, quæ mihi aliquando ſcrupulum iniiciunt, aut ab alijs obijciuntur. Sed quoniam illa occaſio nobis in puluere ſcholaſtico aſsiduè uerſantibus deeſt; patere mi Freigi, ut de quibuſdam rebus per litteras interrogem, & ſi à grauibus negocijs tantum otij fuerit, ſaltem tribus uerbis reſponde, & litteras Coloniam ad Ludouicum Hanen bibliopolam mitte. Intelligo ex P. Rami epiſtola ad te Lutetiæ 16. Auguſti Anni 1572. miſſa, atq; Ciceroniano præfixa, non ſolum Latinam Grammaticam, Rhetoricam & Dialecticam, à Ramo recognitas Pariſijs 1572. editas eſſe, ſed eaſdem quoq; in Francicum ſermonem conuerſas, & porrò Grammaticam Græcam ibidem eodem anno in lucem emiſſam eſſe. Latinas quidem habemus: ſed Francicas & Græcam non uidimus, nec audiuimus qui uiderit. Editio Græcæ, quam nos poſtremam habemus, facta eſt Anno 1567. Cognoui ex amico quodam meo Theodoro Dunéuero Vnnenſi Dialecticæ Francicæ mentionem fieri in primo Tomo Bibliothecæ Ioſiæ Simleri Tigurini, ſicut & librorū Rami de Theologia & aliorum quorundam, needum tamen hic uiſorum. Et in Rhetorica Talæi cap. 27. mentio fit uiginti præſtantiſsimarum orationum P. Rami diligentia obſeruatarum: de quibus ſimiliter non omnino nobis conſtat. Quapropter peto unicè, ut ſi fieri poſsit, illos libros cures à bibliopolis in has nationes mitti, aut ſaltem de ijs, alijsq; Rami & Talæi ſcriptis, quid tibi conſtet, nobis ſignifices. Vidimus Petri Martinij Nauarri Hebræam Grammaticam Rami Methodo deſcriptam, & Pariſijs Anno 67. editam: quæ an poſtea recognita & rurſus edita ſit, ſcire cuperem. Foquelinus, Fabricius (quanquam hunc Franciſcum Duſſeldorpianum Gymnaſiarcham intelligimus) & Veſſodus, quos numeras in uita Rami, ſcire etiam uelim quínam ſint, & quid ad Rami illuſtrationem ediderint. De Veſſodi Rhetorica & Dialectica audiui, ſed non uidi. Simonius mihi non uidetur prorſus Rami ſtudioſus, niſi me opinio ex ipſius quodam ſcripto collecta fallit. In noſtra Vveſtphalia plurimi ſunt Rami ſtudioſiſsimi, ut D. Ioannes Lambachius noſter Gymnaſiarcha, D. Bernardus Copius, huius aliquando ſcholę Prorector, & in ea meus præceptor, nunc Aſſeſſor ſupremi iudicij Haſsici, & Profeſſor Græcæ Linguæ Marpurgi, uterq; Doctor Iuris: Ioannes, & Engelbertus Copius fratres, Georgius Heſter Eriſtæus, Rodolphus Goclenius, Ioannes Neuuualdus, Moſes Gummersbachius, Henricus Betuleius, & alij quamplurimi. Iuuentus autem in omnibus ferè Scholis auidiſsimè Ramum & Ramea legit. Quare & ego diſcipulorum aſsiduis precibus adductus, quæ priuatim & publicè ſolitus ſum ad Ramum illuſtrandum proponere, typis mandaui, ſed ita, ut domeſticis pædagogis tantum inſeruiant: ſunt enim omnia craſsiore filo ad incipientes pueros erudiendos contexta. Diſtribui autem totam illam Commentariunculam in tres partes: quare prima Annotationes in Dialecticam Rami, quę ad paſcha euulgata eſt, ſecunda Cōparationes cum alijs Dialecticis, quæ iam ſub prælo eſt: tertia uaria exēpla ad multiplicem Logicæ uſum per analyſin & geneſin accommodata & in ſingulis locis collocata complectitur. Primam partem ad D. Schorum tum miſi: & iam ad te mittere omnino uolebam: ſed mercatores noſtri Francofurtum proficiſcentes, quò has miſi, eam portare, quia abſq; uehiculis proficiſcuntur, omnino recuſabant. Si cognouero Coloniā ad te commodè mitti poſſe, curabo ut habeas, & præterea ſi quid hic ſit noui, quod te uelle ſcire exiſtimem. Cùm autem in manus tuas uenerit, oro per cōmunia litterarum ſtudia, ne graueris mihi indicare, ſicubi uel Ramo non ſatisfecerim, uel alioquin aberrauerim. Vtrunq; enim facile in his anguſtijs noſtris & curta ſupellectili accidere potuit. Sunt qui primam Philoſophiam Logica generaliorem, & ſic notiones ſimplices, argumentorum affectionibus priores faciunt: & Hotomannus ita uidetur Notionem Argumenti genus conſtituere: quibus quid planè reſpondendum ſit, cuperem ſcire. Ego notionem argumenti fructum, & omnia affectione argumentorum, etſi hanc imperiti non intelligant, cognoſci exiſtimarem. Vtinam etiam Freigius, uel Schorus aliquid edat uel ad me ſcribat, de uocum ſignificationibus rectè inueſtigandis, & quomodo Logica uocum ſignificationes doceat, itemq; de Geneſeos & Analyſeos ordine, uarijsq; modis. Sed quorſum labore & ſubita impolitaq; ſcriptione ineptarum quæſtionum, te, ornatiſsime Freigi, obtundo? Etiam atque etiam peto, ut pro ſua benignitate hæc nimis temerè & ſubitò à me effuſa in bonam partem accipias: & pauca, ſi per grauiora ſtudia & negotia liceat, reſcribas. Vale in Christo. Raptim Tremoniæ Kalend. Septemb. Anno à Chriſto nato. CIↃ. IↃ. LXXV.

IOANN.

IOANN. THOMAS FREIGIVS, IOANNI MARTINO OLTINGERO, FRATRI SVO S.

TRiceſimus tertius ætatis meæ annus nunc agitur, Oltingere: cuius temporis hiſtoriam, ſi tibi in memoriam reuocare uellem, longum opus fieret: ſed quaſi quidam pictor parua quadam tabella ſummam tibi delineabo. Quantum itaque præteriti temporis ſeriem, quamq́ longiſsimè reſpicere poſſum: nullum momentum ferè moleſtijs, calamitatibus & laboribus uacuum uideo. Parentem puer uix decem annorum amiſi: matris ſecundæ, eæq́ inauſpicatæ nuptiæ nihil non moleſtiarum attulerunt: tutorum incuria & negligentia patrimonium, ſi quod reliquum fuit, afflixit. Secuta eſt peſtis, quę mihi chariſsimam matrem unà cum tribus ſororibus abſumpſit. Sed omnium triſtiſsimum eſt quod me, alioquin natura ad magnarum rerum cognitionem propenſum, tempeſtas ad ſophiſticos ſcopulos & Cimmerias tenebras detulit. Et extremo hoc articulo, in tempora incidi inimica uirtuti & eruditioni: in quo maximum certamen cum ἀμουσίᾳ extitit, animo quidem pari, ſucceſſu uerò diſpari. Quid enim hactenus aliud actum eſt, quàm ut (licet immeritò) patria extorris, peregrina auxilia, multis quidem cum liberis, ſed tenui patrimonio, quęrere cogar? Hæ moleſtiæ tibi non ſunt ignotæ & apud utrunq; noſtrum ſæpè ſæpiusq́ deploratæ. Quod uerò ad labores meos attinet: peſtis illa, de qua modò dixi, in proſcenium orbis theatri me uocauit. Hinc enim liber meus Triſtium primò exortus eſt: ſecuta eſt gratulatio Archiduci Ferdinando, unà cum ipſius Genealogia, inſcripta. Interea tanquam abortus, exciderunt mihi tabulæ trium artium logicarum, ut uocant. Secutæ ſunt annotationes in Ouidium: præfatio in Calabrum Græca. Partitiones iuris: Paralipomena Pauli Aemylij. His acceſsit libellus Derreri de iuriſdictionibus: acceſſerunt & Rami noſtri lucubrationes præfationibus noſtris ſtudioſæ iuuentuti commendatæ: ut liber de moribus Gallorum, de militia Cæſaris, Ciceronianus, Logica ad Academiam Pariſienſem, Animaduerſiones Ariſtotelicæ, prælectiones in Ciceronis octo Conſulares item Audomari Talæi opera. Quæſtiones uerò noſtræ Logicæ & Ethicæ, ex Organo Ariſtotelis, eiuſdemq; Ethicis & Ciceronis Officijs, tantam commendationem apud ſtudioſos meritæ ſunt, ut typographo recudendæ & à nobis accuratius emendandæ, augendæq́ ſint. Has ſecutus eſt Ciceronianus noſter, in quo locorum communium inſtituendorum rationem prolixè uerbis & exemplis Ciceronis demonſtraui. Et ne ſolùm Græca & Latina noſtra cognoſcas: etiam Germanicam praxin (non quidem eam quæ ex ἰατρικῇ mea extiterit: tota enim parentis mei fuit, ut noſti) noua ratione, eaq́; methodica & Logica diſtinctam publicaui. Vt omittã quæ in Euſebio aliqua ex parte conuerti: & epitomen Baſilicôn, quam à me ex Græco in Latinum tranſlatam, & maximis laboribus correctam, & ſub alio nomine extiſſe uideo. Ex omnibus autem libris per me uel ſcriptis uel editis, nullus eſt quem maior doctorum uirorum & ſtudioſæ iuuentutis expectatione deſiderari ſciam, quam Rami regiam profeſsionem uel Philoſophicam diſciplinam à me in tabulas redactam: & Foquelini in Perſium meditationes. Atq; hæc quaſi ſtudiorum meorum adoleſcentia eſt: ſequitur robuſtior & magis uirilis labor. Si enim Deus Opt. Max. longiorem huius lucis uſuram mihi conceſſerit: hæc ordine conſequentur breui: Primò Cicero totus Logico artificio diſtinctus: & Zaſius meus: deinde liber de moribus ueterum Hebræorum, ſeu Moſaicus, Platonicus, Poëticus, Loci communes, &c. quæ omnia inter aduerſaria latentia, extremam manũ expectant. Sed quorſum hæc, dices? ut ſcilicet Freigij tui (quem interuallo locorum à te diſiunctum, nondum tamen tibi excidiſſe puto) labores tecum recognoſcas, quoniam calamitates meas memoria iam tenes: ſimulq; illud intelligas, pro quantis laboribus quantulam gratiam apud ingratam patriam conſecutus ſim: ad hæc ut ſcriptorum meorum ſtudioſi (quorum plures ſunt, quàm unquàm exiſtimaſſem) ſciant quid à nobis editum, quidq; deinceps à nobis ſperandum ſit. Habes igitur poëtica, hiſtorica, philoſophica, iuridica adoleſcentiæ meæ ſtudia: habes præfationes, artes, conuerſiones, orationes noſtras: habes Græca, Latina, Germanica monumenta: habes læta & triſtia: habes denique animi & de Rep literaria benè merendi ſtudij mei pignora locupletiſsima: quæ utinam celebris aliqua Academia & bonarum artium amans à me ſuſcipiat: unà cum ſorte uſuram liberaliſsimè perſoluam. Sed hæc Deus gubernabit. Vale, frater mi. Menſe Martio: Anno CIↃ. IↃ. LXXVI.

IN P. RAMVM, IOANNES MARTINVS OLTINGERVS.

CVM ſis exiguis Gallorum laudibus auctus,
Deſpectus patriæ ſis quoq; Rame tuæ:
Redduntur Chriſti uera his quoq; uerba, PROPHETA
NEMO SVIS CHARVS FINIBVS, *eſſe ſolet.*
At tua propterea floreſcent ſcripta perenni
Germanis fama, nomine digna tuo.
Indigne exceſſus malis, at uiuere ſemper
Præclaris dabitur per tua fata uiris.
Namq; & Ariſtoteles, Cicero & mirabilis ore
Romano, uiuunt munere Rame tuo.

Idem ad Hermannum Hortenbergum Nouiomagum.

Aetas cum laudet uel carpat geſta priorum
Poſterior, patrum ſecla probetq; nepos:
Et Ramus multo ingenij, laudumq; labore
Tullij inexhauſta pinxerit arte decus:
Hortenberge refer, Cicero præſtet'ne diſertus
Ramo: uel Ramus ſit Cicerone prior.

Hortenbergi reſponſio.

Diuitias Rami ſi Tullius ipſe uideret,
Iudice non alio cederet æquus ei.

Ἀνδλμέριχον Hermanni Hortenbergi.

Porphyriana ſolo Logico prouenerat arbor
Horrida, Tenedia penitus reſecanda bipenni:
Illa graui fructu, (mirum) ſed pellice, craſsis
Perplacuit multis, ceu delectabile lotum:
Vt capitur ſtipula magè quàm auro uilis aſellus,
Quales in numeros etiam fœcunda ferebat
Corporeos, incorporeos, animæq; carentes,
Dum uetus Herculeo uix eſt exciſa labore:
Poſtea uireſcens Ramus (quem oppreſſerat illa)
Protulit & fructus, & flores ſænore tanto
Vt niteat benè cultus ager, lætetq; culta
Gaudeat ipſa ſibi ſedes hic figere Pallas.

PETRI RAMI CICERONIANVS.

Ciceronianus, exemplo inſtituti Ciceronis, puram ſynceramq́; benè inſtituendæ iuuentutis uiam indicat: & ad liberaliũ ARTIVM *amorem præco quidã commonitor & exhortator eſt: quo Cicero totus diligenti diſcipulo imitandus proponitur, ut efficiatur* VIR BONVS, DICENDI PERITVS. *In Cicerone itaq; conſid.*

- *Vita. hoc eſt eius*
  - *Natalis, parentes & patria.*
  - *Doctrina, ſtudia & actiones*
    - *Pueritiæ.*
    - *Adoleſcentiæ: in qua conſid.*
      - *Studia ſeu fundamenta eloquentiæ in*
        - *Poëſi.*
        - Oratoria.
        - *Logica.*
        - *Philoſophia.*
        - *Iure.*
      - *Actiones forenſes.*
      - *Exercitationes*
        - *Frictiones.*
        - *Peregrinationes.*
    - *Virilis ætatis hoc eſt*
      - *Curſus publicorum honorum*
        - *Quæſturæ.*
        - *Aedilitatis.*
        - *Præturæ.*
        - *Conſulatus.*
      - *Acta poſt Conſulatum*
        - *Actiones forenſes.*
        - *Studia.*
        - *Inimicitiæ cum Clodio: ubi eius*
          - *Exilium.*
          - *Reditus.*
        - *Proconſulatus.*
        - *Bellum ciuile.*
    - *Senectutis.*
- *Mors.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

DISCE PVER VIRTVTEM EX ME, VERVMQ́VE LABOREM.

In Cicerone imitando, non Latinitatem ſolam, ſed ornatum prudentiam, cognitionem rerum, uitæ in primis, morumq́; uirtutem: neq; ſolùm Ciceronis epiſtolas, orationes, ſcholas & diſputationes: ſed multò magis pædagogos, proceſſus artium, laboresediſcendi & uigilias meditationum, quibus orator tantus inſtructus eſt, Ciceronis imitator intueri, & eloquentiæ Ciceronianæ principia potius, quàm extrema contemplari: Ciceronemq́; ipſum non næuo aliquo aut crepundijs, ſed toto corpore, uel potius animo uitáq; tota complecti: gradus ætatis, magiſtrorum prudentiam, diſciplinarum genera, commentationum labores: continentiæ, fortitudinis, ſapientiæ, iuſtitiæ, omneſq; uitæ uniuerſæ tanquam fabulæ actus conſiderare debet: ut appareat, quomodo efficiatur VIR ille benè dicendi peritus i. Orator, ſiue in foro ciuilium cauſarum actor, quales ſunt Iurecõſulti: ſiue religionis interpres & populi Doctor, quales ſunt Theologi: Hũc enim modò generaliter & communiter inquirimus, non unius artis hominem.

LABOR OMNIA VINCIT.

Ciceronis Natalis, Patria & Parentes.

Natus eſt M. Tullius L. Cepione & Q. Serrano Coſſ. anno urbis DC. XLVIII. Arpini, patre M. Tullio, matre Olbia, nullo puerperij dolore, moxq́ eius nutrici ſpectrum quoddam dixiſſe ferunt, eam magnum Reip. commodum alere. De quibus duobus nil in Cicerone comperio: de patre & patria, Marcus ipſe & Atticus ſecundo legum colloquuntur.

Pueritia Ciceronis.

- *In Pueritia conſiderand.*
  - *Protaſis, de Ciceronis ſtudijs*
    - *Domeſticis. Etenim quem citius, potiusúe Tullio filio erudiendo pædagogum fuiſſe dicam, quàm Tullium pereruditum patrem? Pater ætatem ferè egit in literis. At hominum generi natura propè datum eſt, non ſolùm ut liberi parentum laudes adament, ſtudioſéq; perſequantur, ſed multò ſtudioſius à parentibus ad eas excitentur. Ergo filius, patris exemplo, imò etiam adhortatione, conſilio, inſtitutione literas amauit: literatiq́; ſermonis elementa, quæ nondum arte poterat, conſuetudine domeſtica didicit. Multum enim intereſt, quos quisq́; audiat quotidie domi, quibuſcum loquatur à puero: quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam loquantur.*
    - *Grammaticis. Nam Græcis literis prius eſt eruditus Tullius, deinde Latinis. Græcæ enim literæ Tullio externæ fuerant: familiares autem & domeſticæ, Latinæ. Excellebat L. Plotius Grammaticus Latinus exercendæ iuuentutis fama: Græci tamen ut excellentiores & commodiores Grammaticæ doctores, Ciceroni quæſiti ſunt.*
  - *Apodoſis ſeu relatio comparationis. Quorſum igitur hæc ad imitationem Ciceronis? Nempe ut æmulo Ciceronis & imitatori proponamus,*
    - *Primò familiarem hunc & quaſi nutricium puræ & incorruptæ orationis (in qua oratorem uolumus efficere) uſum. Puer igitur Ciceronis æmulus, unà cum lacte nutricis puræ uitæ, puriq́; ſermonis naturalis, utroq́; ſucco nutriatur. Nulla pars humanæ uitæ laboris & diſciplinæ uel auidior, uel capacior eſt, quàm mollis hæc ætas & tenera: imò per ſe laborioſa & quietis impatiens. Hinc de bonis & malis rebus prima opinio: hinc uocabulorum cóceptio & recordatio. Hic animi tam, hîc bonæ dictionis prima eſt ratio, prima ſatio. Quare primis incunabulis, ut corporis, ſic animi ſtatus habitusq́; parentis induſtria curaq́; inſtituatur. Itaq; paterna domus, imitandi Ciceronis ſchola prima nobis erit: ſchola quidem uoti potius & optati cuiuſdam quàm ſtudij: ſchola tamen futuro oratori, & Ciceronis æmulò in primis neceſſaria.*
    - *Grammatica deinde ſtudia. Græcis igitur & Latinis literis Ciceronianus noſter prius erudiatur quàm popularib. & uernaculis. Quid ita? Quia Græci ſermonis intelligentia, Chriſtianis in eccleſia Latina uiuentibus, religionis & diſciplinarum (quæ Græcè primò ſcriptæ ſunt) gratia ualdè utilis eſt, ut earum cognitio purior è primis fontibus hauriatur. Latini autem uſus, eſt etiam neceſſarius: quia doctrinarum documenta, quia legum non ſolùm humanarum, ſed etiam diuinarum inſtituta Latinè in ſcholis docentur & ediſcuntur: quia deniq; Europæ Chriſtianæ ſola communis eſt hæc lingua, cuius communione, tanquam publico aliquo & ſacroſancto fœdere, tot nationes & gentes, licet linguis ſingulæ diſpares, attamen uniuerſæ conueniunt & coniunguntur. Verum ut Græca & Latina, ſic patriæ & uernaculæ linguæ ludus aperiendus eſt, magiſterq́; audiendus: ratio tamen uſusq; coniungatur: ut ſingula coniunctaq́ uerba Græca & Latina, ſingulis & coniunctis paribus & uernaculis à doctore reddantur: cumq́ Græca & Latinæ linguæ puritate, puritas noſtræ perdiſcatur. Ciceronianus itaq; noſter ita coniúctis uariorum ſermonum ſtudijs Grammaticam exercebit. Vide ſignum ☞*

☞ *In Gram-*

Grammatica Exercitatio.

- *In Grammatica exercitatione conſid.*
  - *Imitatio: in qua cõſid.*
    - *Autores, quos imitabitur Ciceronianus puri & elegantis ſermonis gratia: Præſtantiſſimos ſcilicet eiuſq; ſermonis,*
      - *Græcos Græci ſed Atticos in primis, maximeq́; Demoſthenem. Hanc enim imitationem Cicero maximè probauit.*
      - *Latinos Latini. Nec eos ſolùm unde Cicero proficere potuit: ſed in primis Ciceronẽ ipſum.*
      - *Populares popularis, quicunq; ditare patriam & illuſtrare benè loquendi laude ſtuduerunt. Populari enim lingua, ciuium ſuorum cauſas in foro tractabit: religionem & ſanctos mores populo ſuadebit: quacunq; in re & ubicunque uerſabitur, apud ciues & populares ſuos orabit.*
      - *Imitabitur denique, ut Liuius ait, Demoſthenem & Ciceronẽ. tum ita ut quiſq; ſit Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus.*
      - *Atq; ut apes è uarijs uariarũ arborum floribus mellificant: ſic è poëtarum, hiſtoricorum, oratorum, omninoq́; benè loquentium hominum dictis & ſcriptis, ſermonis copiam & elegantiam comparabit.*
    - *Genera duo Imitationis, ut*
      - *Conuerſio eaq; uel*
        - *Sermonis in aliam ſententiã: quæ eſt Conuerſio Verborum: Volo enim cum à doctore, uerborum & ſingulorum intelligentia, & coniunctorum phraſis expoſita diſcipulo fuerit, conſimilis alicuius ſententiæ thema uernaculo ſermone dictetur: quod Demoſthenis, Ciceronis aut expoſiti oratoris uerbis & phraſi reddatur.*
        - *Sententiæ in alium ſermonem, quæ eſt conuerſio Rerum. Volo enim ut interdum non expoſitus Græcus locus Latinè, aut Latinus Græcè, uel uterq; etiam uernaculè conuertatur.*
        - *Sed utrobiq; Conuerſio ſermonis*
          - *Oratorij prima erit. Ad ſtylum enim ſermonis inchoandum & informandum, oratorum epiſtolas faciliores primùm, magisq́; familiares maluerim, quarũ imitatione oratorijs uerbis & oratoriè coniũctis uti facilius puer aſſueſcet.*
          - *Poëtici ſecunda erit. Stylo enim iam paululum confirmato, eadem conuerſio in Poëtis adhibeatur. Verſus enim ſoluere, uerba quædam Poëtica cum oratorijs permutare, tum paraphraſi audacius uertere, cõtrahere quædam uel amplificare, ſententia etiam permanente, uerborum genere & numero tantum cõuerſo & permutato, permittatur ſanè. Ad excitandum enim uarijs affectibus, uelut ſopitum iuuenis animũ: ad exemplum non ſolum Grammaticæ, cuius proſodia difficillima ſit: ſed maiorum artiũ, quæ deinde perdiſcentur: ſed morum in primis honeſtorũ & laudabilium, quos oſtẽtare præceptor diſcipulo ſelectis locis & unicè commendare debeat, poëtas iuuentuti concedam.*
      - *Scriptio: cuius exercitationis eadem ratio Rhetoricæ etiam & Logicæ, deinde communis eſt: hic tamen præponenda, unde poſsit deinceps etiam in ſequentibus artibus adhiberi. Scribendo autem prius, quàm loquendo imitatio tractari debet. Nam in iſtis ipſis exercitationibus, etſi utile eſt etiam ſubitò ſæpè dicere: tamen illud utilius ſumpto ſpatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. Caput autem eſt (quod, ut uerè dicam, minimè facimus, eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus) quamplurimum ſcribere. Stylus optimus ac præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter. Neq; iniuria. Nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè uincit: hanc ipſam profectò aſsidua & diligens ſcriptura ſuperabit.*
  - *Schola. Monuit enim Quintilianus in huius artis ſtudio Quæſtionem, Vtilior'ne ſit puero priuatus an publicus magiſter. Sed quid pluribus hoc diſputare neceſſe eſt? Quid? Cicero noſter (quem pro exemplo, pro lege & autoritate quæſtionis uniuerſæ ſpectamus) in qua ſchola eruditus eſt? priuata'ne an publica? In publica: & quidem in urbe præmijs laudis & exemplis affluentiſsima. Ciceronis igitur æmulus non ſolùm in publica, ſed in ampliſsima celeberrimaq́; ſchola erudiatur.*

Sed Eloquentiæ ſolum & fundamentum in literis ſic expoſitum ſit: fundamentum in magna quidem laude numeratum: ſed non tam ſua ſponte laudabile, quàm quòd ſit à pleriſque neglectum. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. Quamobrem ut Grammaticæ imitationis exemplum concludamus: Græcos & Latinos poëtas, & hiſtoricos, & oratores Cicero legit: ſcribendo & loquendo, tum ſermones, tum ſententias eorum conuertit: primiſq; annis ea diligentia futuri ſplendoris indicia non obſcura portendit. Hic labor in medio nobis poſitus eſt, & cuiuis imitabilis eſt.

Adoleſcentia Ciceronis: & auditiones Oratoriæ, Logicæq́.

Pueriles adhuc meditationes & in Claris oratoribus ſilentio præteritæ: cóſequentes magis prædicabiles & gloriandæ viſæ ſunt, ideóq́ à Cicerone diligentius expoſitæ: primum ut decem ferè perpetuos annos in foro, roſtris, curia audierit: deinde ad cauſas & priuatas & publicas acceſſerit: perpetuisq́ deinceps exercitijs eloquentiam aluerit & amplificarit: quem locum Ciceroniano noſtro iam plenius & uberius exponemus: per Ciceronis

- *Auditiones ſeu fundamenta eloquẽtiæ: Auditiones verò fuerũt partim*
  - *Poëticæ. Hinc*
    - *Pontius Glaucus tetrametro verſu ab adoleſcente factus.*
    - *Aratus Latinè conuerſus.*
    - *Marius: & de Conſulatu poëma factum.*
    - *De temporibus tres libri deſcripti.*
    - *Poëma quoddam aliud ad Cæſarem.*
    - *Oblectatio ingenij ad ſenectutem uſq; perducta: adeò ut ſenex noctè quadam ſomno excitatus, ingenij impetu quingentos verſus effuderit. Et certè tam multi poëtarum verſus in orationibus, ſed in ſcholis philoſophicis præſertim côuerſi & citati, ſignificant eum Poëtarum ſtudioſiſſimum fuiſſe.*
  - *Aliæ magis prædicabiles Ciceroni viſæ, vel*
    - *Forenſes ſeu Oratoriæ & Logicæ. Venit autẽ in forum, cum primum ex ephebis exceſſit & togam virilem ſumpſit, anno ætatis 17. Hîc conſider.*
      - *Protaſis. Nam Cicero duobus primus annis oratores in decem audiuit:*
        - *Memmiũ, à quo acerbitatem accuſandi habuit.*
        - *Pompeium, à quo aliquam dicendi ſpeciem aſſumpſit.*
        - *Philippũ, in quo oratore adiumenta varia reperit. Timidus natura fuit: libertatem itaq; hîc didicit.*
        - *Curionẽ, qui ſingulare bonæ ſpei exemplũ Ciceroni fuit: cum unius virtutis gratia (elocutionis ſcilicet) tam illuſtre nomen haberet.*
        - *Metellum à quo popularitatem animaduertit.*
        - *Varium: in quo inuentionis acumen, orationis celeritas nec inopia, actio fortis obſeruationem merebatur.*
        - *Carbonem: in quo maximam laudem ad perſuadendum, Virtutis & autoritatis ſcilicet, notauit.*
        - *Pomponium: à quo ſuapte natura vehemens & ardens vehementior & ardentior factus eſt.*
        - *Iulium Cæſarẽ, Strabonem, à quo vrbanitatem & leporem ſumpſit.*
        - *Cottam: cuius acumen & puritas Ciceroni placuit.*
        - *Antonium, in quo quid Ciceroni non fuit admirabile?*

        Nec tamen eos audiuit ſolùm, ſed ipſo auditionis tempore acerrimo ſtudio tenebatur, tum
        - *Legendi. Nam quotidie legebat orationes oratorũ omniũ, & ad ſimilitudinis exẽplũ commẽtabatur. Sic Craſſi cum cæteras orationes, tum Seruilianam inprimis quaſi magiſtram ſibi fuiſſe profitetur.*
        - *Scribẽdi. De hoc enim Rhetorico & Logico fundamenta libros de Inuentione ſibi puero vel adoleſcentulo ex cõmentariolis inchoatos & rudes poſtea conqueſtus eſt exciſſe.*
      - *Apodoſis. Ciceronianus itaq; noſter cum Ciceronis exemplo Grammaticis ſtudijs inſtitutus, didicerit propriè ac purè loqui & ſcribere, oratoriaq́ & Logicæ meditationis aliquid attigerit, ut per ſe communes orationis & diſputationis virtutes poſſit cognoſcere: in foro, in templo, in omni deniq; loco oratores, ſi qui præſtent & excellant, inprimis audiat & ad eorũ ſimilitudinem ſeipſum conformet. Erit in foro orator aliquis, erit in tẽplo concionator aliquis, q exemplo plus inſtituet, quàm mille præceptis & regulis intelligi poſſit.*
    - *Philoſophica.*
    - *Iuriſprudentia.*

      Minimè enim Rhetoricis & Logicis exercitationibus perpetuò contentus fuit. Oratorias cõmentationes illas quidem nunquam dimiſit, ſed confirmandi, augendi, ornandi principis illius ſtudij gratia, philoſophiam reliquam & iuriſprudentiam aſſumpſit. Sed ut earum doctrinarum magiſtri occurrebant, ita cognouit: iuriſſcientiã tertio anno, philoſophiã quarto & deinceps compluribus annis. Tertio etiam anno, bello ſociali, tyro fuit in exercitu C. Pompeij, ut eſt 12. Philippica.
- *Actiones. A.*
- *Exercitationes. B.*

Philoſophicæ auditiones.

Cicero Iuriſſcientiam prius, poſtea Philoſophiam cognouit: illam tertio anno, hanc quarto & deinceps compluribus alijs annis. At è philoſophiæ fontibus, æquitas iuris, iuſtitiaq; manauit. Quare ſi philoſophiam Ciceronianus noſter ante cognoſcat, poſtea iuris prudentiam: Ciceronis non eandem uiam, ſed Ciceronis laudi ac uirtuti, quam imitatur, magis accommodatam ſequetur. Cicero itaq; quarto anno.

Sulpitij in Tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi natura ſua uehementer accommodatum, penitus cognouit. Fuit enim Sulpitius uel maximè omnium, quos quidem adhuc Tullius audierat, grandis & ut ita dicam, Tragicus orator.

Oratio incitata & uolubilis.

Vox cũ magna, tum ſuauis & ſplendida.

Geſtus & motus corporis uenuſtus.

Cicero igitur natura elatus & ingenio affluens.

Hanc orationis granditatem & ubertatem promptè alacriterq; complexus eſt.

Illius uocis ſuauitate et ſplẽdore geſtus illius uenuſtate, uocis aſperitatem corrigere & motum corporis cõponere didicit.

Philoſophiæ ſtudiũ coniunxit, et deinceps cõtinuauit. Hic conſid.

Protaſis, de philoſophia

Doctoribus. Quatuor enim excellentes doctores, Diodorus, Philo, Antiochus, Poſidonius, à Cicerone numerantur. Nos autem (ait primo de Nat. Deorum) nec ſubito cæpimus philoſophari, nec mediocrem à primo tempore ætatis, in eo ſtudio operã curamq; conſumpſimus, & cũ minimè uidebamur, tum maximè philoſophabamur. Quod & orationes declarant, refertæ philoſophorum ſententijs, & doctiſſimorum hominum familiaritates, quib. ſemper domus noſtra floruit, & principes illi, Diodorus, Philo, Antiochus, Poſidonius, à quibus inſtituti ſumus. Et ſi omnia philoſophiæ præcepta referuntur ad uitam, arbitramur nos & publicis & priuatis in rebus ea præſtitiſſe, quæ ratio & doctrina præſcripſerit. Hæc de philoſophiæ magiſtris Cicero ſenex: ubi uidemus philoſophiæ

Studium à prima ætate rẽpetitum.

Quatuor doctores nominatim appellatos:

Diodorum.

Philonem principem Academiæ.

Antiochum.

Poſidonium.

Sectis. Tria enim philoſophorũ genera ætate Ciceronis floruerunt,

Epicureorum.

Stoicorum.

Academicorum.

Quæ omnia Ciceroni cognita quidẽ ſunt, ſed non omnia probata. Nam genus

Epicureũ diſplicuit: quia ab eõ nec uir bonus, nec dicendi peritus efficeretur. Eam tamen philoſophiam didicit à Zenõne, Phædro, Patrone.

Stoicum arriſit, quia uir bonus in primis & fortis, & conſtãs et diſſerẽdi peritus hîc fieret.

Academicum maximè omniũ placuit: quia tota laus Oratoris hîc informaretur: ut[er]q; bonus & dicendi peritus inſtitueretur.

Apodoſis. Quamobrem ad imitationem Ciceronis, eam philoſophiam Ciceronianus ſequatur, unde & animi conſtantiam, & benè dicendi peritiam conſequatur: Siue in forum uenturus ſit, ciuiumq; ſuorum controuerſias moderaturus: ſiue Theologus & religiones interpres, uitæq; doctor ſit futurus, uel quaſcunq; res acturus, Ciceronis iter ingrediatur: aliorũ philoſophorũ decreta, quãuis nõ probet, tamẽ (ſi lubet) intelligat. Sed Ariſtotelis & Philonis exercitationem, ornatæ & copioſæ philoſophiæ principem, ſequatur.

Cicero.

- *Anno quinto Moloni Rhodio operam dedit & actori ſummo cauſarum & magiſtro.*
- *Trien mo proximo*
  - *Verſatus eſt dies noctesq; in omni doctrinarum meditatione. Nam*
    - *Audiuit*
      - Hortenſium: *in quo fuit inſignis*
        - Rhetorica. Nã
          - *Verborum*: *Splendore elegans.* / Compoſitione aptus. / *Facultate copioſus.* — erat.
          - *Voce canora & ſuaui.* — erat.
          - *Motu & geſtu plus artis habebat, quàm oratori eſſet ſatis.*
        - *Logica. Nam*
          - *Non prætermittebat ferè quicquam, quod eſſet in cauſa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum. Quod erat Inuentionis.*
          - *Attulerat minimè uulgare genus dicendi: duas quidẽ res, quas nemo alius:*
            - Partitiones, *quibus de rebus dicturus eſſet.*
            - Collectiones.
            - (Partitiones et Collectiones:) *Quod Syllogiſmi et Methodi eſt. Vnde Memoria tãta, quãta in ullo oratore cognita ſit, ut quę ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis iiſdem redderet, quibus excogitauiſſet.*
        - *Diligentia, omnium Hortenſij uirtutum maxima. Ardebat enim cupiditate ſic, ut in nullo unquam flagrantius ſtudium Cicero uiderit. Nullum enim patiebatur eſſe diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum: ſæpiſsimè autem eodem die utrunq; faciebat.*
      - *Antiſtium, qui rabula, ut ait Tullius, probabilis fuit.*
      - *Piſonem.* / *Pomponium.* / *Carbonem.* / *Philippum.* — *rurſum.*
    - *Fuit cum Diodoro illo Stoico cæco, à quo ſtudioſiſsimè quidem in Dialectica exercebatur, ſed & in alijs artibus uarijs, ut Geometria, Muſica & cæteris Mathematicis artibus.*
  - *Ab exercitationibus oratorijs nullo die uacabat. Commentabatur cum M. Piſone & Q. Pompeio declamitans: cum quibus multùm Latinè, ſed Græcè ſæpius declamitabat, quòd Græca oratio plura ornamẽta ſuppeditans, conſuetudinem ſimiliter Latinè dicendi afferebat. Itaq; Ciceronianus noſter ueſtigia Ciceronis ingreſſus, Græcia & Italiæ opimioribus illis ſpolijs patriam ſuam decorabit & amplificabit: ornamenta ipſe noua pariet Latinè & Græcè declamitabit initiò ſæpius: quia linguæ illæ modò ſunt uberiores, pluraq; afferunt ornamenta ſimiliter dicendi.*

Iuriſprudentiæ ſtudium.

Sed adhuc Cicero, Grammaticis, Rhetoricis, Logicis Mathematicis & reliquis philoſophicis ſtudijs eſt informatus. Quid? Ius ciuile rem ad diſceptandas ciuium cauſas maximè neceſſariam quomodo didicit? Didicit ſanè, ut dictũ eſt, ante philoſophiam, cum ſpeciale hoc ſtudium melius & commodius è generali philoſophiæ fonte deriuetur. Itaq; huc etiam à nobis reiectum eſt. Hic conſider.

- *Doctor: Nam iuris ciuilis ſtudio multum operæ dedit Q. Scæuolæ homini in iure paratiſsimo & acutiſsimo ad excogitandum, quid in iure aut æquitate uerum eſſet, aut non uerum: omninoq; mirabili in interpretandi, explicandi, diſſerendiq; genere, ſic ut ſimile nil fuerit. Multa in ſeueritate comitas non deerat, imò neque orationis elegantia. Quo exemplo Ciceronianus noſter iuris doctorem optabit, non ſolùm ſcientiæ ciuilis peritum, ſed etiam eloquentia, grauitate, comitate, id eſt Mutiana uirtute præditum.*
- *Lectio. Nam hanc iuris intelligentiam aſſequebatur legendis XII. Tab. prætorum edictis, reſponſis prudentum, ſenatuſconſultis, plebiſcitis. In quibus ſi quis locus aut obſcurus, aut controuerſus incidiſſet, Scæuola conſulebatur, reſpondendoq; explicabat.*

Sed è decem annis, octo ita traducti ſunt. Duos reliquos abſtulit ciuilis tumultus, cui ſub Sylla tempore quodam Tullius miles interfuit, ut ait Plutarchus. Sed mox Syllana tyrannide offenſus, ad priſtinas exercitationes ſeſe retulit: de quibus nihil annotatum comperio. Quapropter propoſiti decennij ſtudia concludamus:

I. *Cicero Oratoribus, Logicis, Mathematicis, Philoſophis, iureconſultis audiendis, eorumq́; uirtutibus imitandis lectione, commentatione, ſcriptione, declamatione, Græca & Latina, decem annos conſumpſit.*

Ciceronianus noſter in eodem curriculo parem laborem & uigiliarum curſum conficiat.

II. *Cicero natura excellenti fuit: ſed induſtria & labore partibus infinitis excellentiore.*

Quare ne mihi naturam Ciceronis & ingenium prædicato (quod tamen ualde prædicabile eſt) uigilias diurnas & nocturnas: auditionem, lectionem, meditationem, commentationem, ſcriptionem, declamationem, diſciplinam denique & exercitationem prædicato. Neq́; Oratorem tantùm naſci putes: faciendus eſt (mihi crede) tantis difficultatibus, quantas expoſui. Neque deſperatio tamen ulla ſit:

———LABOR OMNIA VINCIT.
IMPROBVS.———

Actiones forenſes.

- **Protaſis: in qua conſid.**
  - 1. De Tyrocinio oratoris, primoq́; agendi tempore
    - Exempla ſingularia. Nam
      - *Demoſthenes admodum puer actiones pupillares habuit.*
      - *Craſſus accuſauit C Carbonem eloquentiſſimum hominē, anno ætatis primo & uiceſimo.*
      - *Q. Hortenſij admodum adoleſcentis ingenium, ut Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum & probatū eſt. Licinio Craſſo & Scæuola Coſſ. primùm in foro dixit, undeuiginti annos natus.*
      - *Caluus, Cæſar, Pollio, multò ante quæſtoriam ætatem, annumq́; ſecundum & triceſimum, grauiſsima iudicia exercuerunt.*
      - *Cæſar Auguſtus, duodecim natus annos, auiam pro roſtris laudauit.*
    - *Quintiliani iudicium, qui ſecundum uires cuiuſq́;, tempus hoc metiendum arbitratur.*
  - 2. *Ciceronis tyrociniū. Nam iis fundamentis eloquentiæ ita poſitis (non ut in foro diſceret, quod tum pleriq́; faciebant, ſed ut quantum efficere potuiſſet, doctus in forum ueniret) adire cœpit ad cauſas.*
    - *Priuatas, quarum primo anno actarum nulla extat. Eodem tempore iterum Moloni dedit operam. Dictatore enim Sylla legatus ad Senatum de Rhodiorum præmijs uenerat.*
    - *Publicas. Itaque prima cauſa publica pro Sexto Roſcio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla eſſet, quæ non digna Ciceronis patrocinio uideretur. Tum Cicero ſextum & uiceſimum annum attigerat, M. Tullio Decolā & Cn. Cornelio Dolabella Coſſ. Nec enim Gellius hîc ueram chronologiam ſequitur: nec rectè Quintianam defenſionem præponit, quæ poſt Dictatorem Syllam (ut ex ipſa oratione cognoſci poteſt) habita eſt.*

A. Quid tandem uerò quis erit ediſcēdi modus? quādo denique ex hac domeſtica palæſtra & umbratili concertatione, medium in agmen puluerem q́; deducemur? quando hæc incluſa meditatio commentatioq́; in uſum, in ſolem, in ueritatis lucē proferetur? Hic conſid.

- *Apodoſis. Quanquam enim Ciceronis illud publicæ cauſæ tyrociniū, fuit loris nonnullis iuuenile, quodq́; aliquantò poſt Tullius ipſe ſenſit non ſatis deferbuiſſe: tyrocinium tamen laudabile, & Ciceroniano noſtro ad imitationem propoſitum. Enimuerò gradus artium ita ferè diſtincti ſunt, ut Ciceronis ætate poſitis Ciceronianus noſter in forum uenire, aut in templi ſuggeſtum aſcendere. Nullus eſt ad uirtutem ſtimulus acrior laude, id eſt uirtutis fructu. Itaq; maturè fructum hunc ex arbore decerpamus, nec expectemus donec decidat.*

Peregrina-

Peregrinationes Ciceronis.

Frictiones & certi numeri deambulationes, quas etiam poſt Conſulatum continuauit Recreandæ uocule cauſa neceſſe eſt mihi ambulare, ſcribit ipſe Conſularis ad Atticum. Tum etiam Roſcio Comœdo & Aeſopo Tragœdo formandum ſeſe tradidit, eorumq́ opera & eruditione, geſtum & uocem conformauit. Fuit enim cum Quintium defendit, iam tum familiaris Roſcio.

B Age uerò quoniam Ciceronianus Ciceronem ſuum non næuo aliquo, aut crepundijs, ſed corpore omni debeat agnoſcere: nihil omittamus, omnia complectamur. Natura Ciceroné ſtudio flagrantem & ardentem perq́ medias eloquentiæ laudes, quaſi quadrigis uehentem, obiecta corporis infirmitate tardauerat: Erat enim tempore in Tullio ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collũ: qui habit⁹, & quæ figura, non procul abeſſe putatur à uitæ periculo, ſi accedit, labor, & laterum magna contentio. Vox præterea magna quidẽ & bona, ſed inſuauis & aſpera fuit. Actionis igitur inſtrumenta Ciceroni natura negauit: uerum induſtria comparauit. Itaq; cum cenſeret remiſſione uocis & commutato genere dicendi, ſe & periculum uitare poſſe & temperatius dicere: ut conſuetudinem dicendi mutaret, eaq́ corporis impedimenta uinceret, ad illam corporis habitudinem roborandum adhibuit tum.

Peregrinationes. Nam magiſtris illis non contentus, cũ eſſet biennium uerſatus in cauſis, & in foro celebratum nomen eius eſſet, Roma profectus eſt in Græciam. Vbi conſid.

- *Protáſis: in qua conſideremus, quales Ciceroni noſtro transmarinæ artes hæ fuerint, quãq; attulerint exercitationem.*
  - *Athenis certè fuit Ciceroni coniunctio ſtudiorum eadem, quæ antea Romæ fuerat. ſex menſes cum Antiocho Aſcalonita, ueteris Academiæ nobiliſsimo & prudentiſsimo philoſopho fuit. Fuit autem Antiochus Philonis illius auditor, quem iam Romæ Cicero audiuerat, è philoſophis ſuorum temporum ingenio ſcientiaq́ acutiſsimus, politiſsimus, leniſsimus, ideo'q Ciceroni chariſsimus: qui philoſophiæ ſtudium nunquam intermiſſum: à primaq́ pueritia cultum & ſemper auctum, hoc rurſus ſummo auctore & doctore renouauit. Quinetiam cogitauit reliquam uitam cum Antiocho otioſè traducere. Itaq́ ut antea Romæ eodem anno Philonẽ Molonem, ſic Athenis eodem tempore Antiocho Demetrium Syrum, ueterem & nõ ignobilem dicendi magiſtrum commiſit, & apud eum ſtudioſè ſeſe exercuit.*
  - *Poſtea cum Syllæ mors nunciata eſſet*
    - *Aſiam totam peragrauit, ſummisq́ eius oratoribus quatuor ſimilem operam dedit, ex his fuit*
      1. *Princeps Menippus Stratonicenſis, tota Aſia diſertiſsimus, et ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum, Atticorum eſt, etiam Atticus.*
      2. *Dionyſius Magnes, qui cũ eo aſsiduiſsimè fuit.*
      3. *Aeſchylus Gnidius Adramitenus.*
      4. *Xenocles, qui fuit idem & pugil et orator, proq́ Aſia in Romano ſenatu aliquando auditus.*

      Horum igitur quatuor, tam quã mediocrum opera debilem illum corporis habitũ mutare fortaſſe potuit.
    - *Rhodum cum Seruio Sulpitio uenit, ſeq́ ad eundem, quem antea Romæ bis audiuerat, Molonem tertiò applicauit, cũ actorem in ueris cauſis ſcriptoremq́ præſtantem, tum in notandis, animaduertendisq́ uitijs prudentiſsimum. Hic conſid.*
      - *Notatio animaduerſioq́ Molonis. Is enim dedit operam (ſi modò id conſequi potuit) ut nimis redundantem Ciceronem & ſuperfluentem iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas defluentem coërceret. A.*
      - *Atticiſmus Ciceronis. B.*
- *Apodoſis. C.*

A. *Quid? Quam'nam in Cicerone iuuenilem licentiā magiſter Molo animaduertit? Equidem illam, credo, quæ ab aduerſarijs Atticis Ciceroni obiecta eſt, propter uitia illa*

- *Rhetorica, quòd eſſet*
  - *Aſiaticus & multis modis redundans: non ſolùm in docendo, ſed etiam mouendo & delectando.*
  - *Compoſitione mollis: quo nomine uerborum figuræ & numerus intelliguntur.*
  - *Genere toto orationis & actionis elatior & ardentior. Ciceronianus itaq; noſter modum quendam in his ardorib. adhibebit, uelut harmoniæ, cuius ipſe tibia ſit & tibicen, auditor uerò, iudex & moderator: ut ornatus orationis ad naturam non ſolùm cauſæ, ſed etiā perſonæ cum dicentis, tum audientis accommodetur.*
- *Logica, quòd eſſet in*
  - *Repetitionib. nimius.*
  - *Digreſſione leuis.*
  - → *Repetitionum illa inanitas & leuitas digreſſionum, Ciceroniano noſtro Ciceroniana non erit. luxuries iſta ſtyli, commendatione & accuratione depaſcenda eſt. Logica methodus Ciceroniano Ciceroniana potius erit, in qua repetitioni ſuperuacuæ & digreſſioni uanæ locus eſſe non poteſt.*
- *Ethica, quòd eſſet in*
  - *Salibus immodicus.*
  - *Oſtentatione inſolēs.*
  - → *Quæ ſunt uitia urbanitati & modeſtiæ oppoſita. Quamobrem*
    - *Lepôrem illum humanitatis & ſuauitatis plenum Ciceronianus imitetur, inſipidum & amarū ſalem fugiat: hac ingenij procacitate Cicero multos offendit.*
    - *Si quicquam in Cicerone Ciceroniano maximè cauendum fugiendumq́ ſit, iſta ſane iactantia eſt, quia maximè animos audientium lædit. Atq; hæc omnium calamitatum, quæ poſtea Ciceronē cōtigerunt, præcipua apud Plutarchum cauſa eſt.*

B. *In Atticiſmi diſputatione conſider.*

- *Contentio Ciceronis cū Atticis. Nam tam graues ab illis plagas, grauiter ac moleſtè tulit. Rex eloquentiæ & eſſe, & haberi uoluit: ab his igitur Atticis tanto regno ſpoliari & exturbari, moleſtiſſimū fuit. Hinc tot locis aduerſus Atticos p̄lia, in Bruto, in Optimo genere oratorum, in Oratore, in Tuſculanis. Et tamen nihil ad ſingulas illas notas ſubtiliter reſpondet, nec uſquam nominatim uitia hæc in ſe reprehenſa proponit: Oratoria quadam aſtutia contra reprehenſionis uniuerſum genus diſputat, in eoq́ adiutore populo utitur. Hic conſid.*
  - *Summa diſputati tā multis locis ſyllogiſmi.*
    - *Qui populo ſummus orator uidetur, ſummus orator eſt. Syllogiſmi propoſitio in Bruto latiſſimè diſſeritur. in ſecunda uerò Tuſculana breuiter iteratur: in Oratore quoq; & de Optimo oratorum genere inſtituitur.*
    - *Tullius populo ſummus orator uidetur: quia populum docet, delectat, mouet: id quoniam modeſtè dici non poterat, Atticis detractum eſt, quod Tullio ſignificaretur attribuendum.*
    - *Tullius igitur ſummus orator eſt, non Attici. Quod allegoria in extremo Bruto concludit.*
  - *Reſpōſio Atticorum, qui fortaſſe huius ſyllogiſmi & propoſitioni et aſſumptioni reſiſterent: neq; ad complexionē ſine controuerſia peruenire Tullium ſinerent. Quid igitur reſpondebunt ad*
    - *Summam illam & primam ratiocinationis Ciceronianæ partem? Arripient, ni fallor, Ciceronis in primis illud, quòd uulgus interdum non probandum oratorem probet, cum à mediocri aut etiam à malo delectetur, eoq́ contentus ſit, quia melius nihil ſentiat. Quamobrem propoſitio Ciceronis labaſcit & uacillat, & totius Ciceroniani iudicij fundamentum corruit.*
    - *Aſſumptionem? Attici ieiuni ſunt, ait Tullius & languidi, nec ideò populo probati. At una de multis M. Bruti ad Ciceronem epiſtola, magnū quendam & elatum ut animum, ita ſtylum partibus omnibus oſtendit.*
- *Iudicium de hac contentione, utrius ſcilicet partis cauſa ſit uerior, Certè utroſq; modo quodam uerum dicere Tacitus exiſtimauit. Attici Logicam docendi prudentiam magis excoluerunt, quod etiam præcipuum in orando & Græcis, & Latinis magiſtris uiſum eſt: ideoq́ λογικώτεροι ſunto. Rhetoricā mouendi gratiam & uehementiam Cicero impenſius affectauit. Quare ῥητορικώτερος eſto.*

C. *Atq; hæc Ciceronis Græca peregrinatio in Atticis, Aſiaticis, Rhodijs non priuatorum hominū colloquijs, ſed nobilium profeſſorum publicis ſcholis fuit. Quid Ciceroniano noſtro peregrinatio iſta? quod exemplum quam imitationem præbebit? Rarum eſt ac fortaſſe inauditum ut perfectæ uirtutis genera omnia una in ciuitate reperiantur: ſed ferè ſit, ut in alijs urbibus alia ingenia præſtent atq; excellant. Quid de Pythagora, Platone, Democrito loquar? à quibus propter diſcendi cupiditatem uidemus ultimas terras eſſe peragratas? Quare Ciceronianus noſter optabit ille quidem ut in ſua ciuitate laudum, uirtutumq́ omnium exempla conſpiciat: ſecus Græciam, Aſiamq́ aut quamlibet ſeiunctam regionem adeat. Cauendum tamen prudenter fuerit, ne peregrinatione uitia collegiſſe, non uirtutes acquiſiſſe uideamur.*

Virilis ætas Ciceronis, & curſus honorum.
Quæſtura.

- *Verùm Cicero Græcia, Aſia, Rhodo peregrinatus, anno ætatis triceſimo Romam rediјt, &*
  - *Primùm tardatus Apollinis oracula. (Nam cum Deum rogaſſet, quid'nã ageret, ut clariſſimus euaderet, Pythia præcepit, ut ſuam naturam, non uulgi opinionem, ducem ſequeretur) Remp. & forum deſpiciens, Græcus & otioſus uulgò ab opificibus appellabatur: ſed à patre reliquisq́ amicis incitatus, tum gloriæ deſiderio inflammatus, rediјt ad illam Romam fori ſcholam, longè omnibus Græciæ Aſiæq́ ſcholis omni dignitate præſtantem. Duo tum in illa excellebant oratores, qui illum imitandi cupiditate incenderent,*
    - *Cotta, ob infirmitatem laterum remiſſus, lenis & comprehendens ſolutè ac facilè ſententiam.*
    - *Hortenſius ornatus, acer, uerborum actionisq́ genere incitatus. Itaq; Tullius eum hoc ſibi magis arbitrabatur rem eſſe, quòd & dicendi ardore erat propior & ætate coniunctior. Vnum igitur annum, cum Rhodo rediјſſet, cauſas nobiles egit: quarum tamẽ hodie nulla extat.*
  - *Deinceps eſt conſecutus.*
    - *Quæſturam, cum Conſulatum Cotta, Aedilitatem peteret Hortenſius. Annus igitur triceſimus ſecundus Quæſtorem Sicilienſem excepit. Cum autem Cotta ex Conſulatu profectus eſt in Galliam, princeps & erat, & habebatur Hortenſius, abſentibus æmulis Cotta & Tullio. Tullius enim Quæſtura Sicilienſi uehementer occupatus, arma tamen illa Italiæ, Græciæ, Aſiæ ſtudiјs inſtructa, ſitu & rubigine corrumpi nequaquam paſſus eſt: ſed Romanis adoleſcentibus nobilibus, apud Prætorem Siciliæ reis, quòd locum in acie deſeruiſſent, patronum ſe præbuit, eosq́ magna eloquentiæ ſuæ gloria, periculo liberauit. Atque hæc ſtudia omnia ſunt ingeniј, & dicendi peritiam demonſtrant. Virtutis etiam exemplum eſt, quod ipſe Cicero ſenex poſtea ſua ipſe uoce in foro iudicibus commemorauit. Frumenti, inquit, in ſumma caritate maximum numerum miſeram: negotiatoribus comis, mercatoribus iuſtus, municipibus liberalis, ſociјs abſtinens, omnibus eram uiſus in omni officio diligentiſſimus. Domum reuerſus, habitaui in oculis populi Rom. preſſi forum: neminem à cougreſtione neque ianitor meus, neque ſomnus abſterruit. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otioſum? Etenim M. Catonis illud, quod in principio ſcripſit Originum ſuarum, ſemper magnificum & præclarum putaui, clarorum uirorum atque magnorum non minus otiј, quàm negotiј rationem extare oportere. Hæc Cicero ſenex de uirtutibus & ſtudiјs adoleſcentiæ: quæ Ciceroniano noſtro ad conſimilem non ſolùm in otio induſtriam, ſed in negotio diligentiam, comitatem, iuſtitiam, liberalitatem, abſtinentiam maximè propoſita eſſe uelim. Hoc ego in Cicerone magis admiror & laudo, quàm omnes aſſenſiones, acclamationes, admirationes, quas benè dicendo ſit unquam aſſecutus. Veruntamen cum Tullius anno poſt è Sicilia ſe recepiſſet, iam uidebatur eloquentiæ uis illa eſſe perfecta & habere maturitatem quandam ſuam. In plurimis deinde cauſis & principibus patronis cum quinquennium ferè uerſatus eſſet, tum in patrocinio Sicilienſi anno octauo & triceſimo maximè in certamen uenit cum Hortenſio. Probandæ uirtutis ampliſſimus campus in Verre, Hortenſio familiaris & amici, iudicio fuit. Cæcilius accuſationem petebat: uerum non modò deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem poteſtatem obtinuit: Diuinatio Ciceronis uictoriam illam meruit.*
    - *Aedilitatem.* A.
    - *Præturam.* B.
    - *Conſulatum.* C.

Aedilitas.

A. Cum in Accuſatione Verris, ſingularis diligentia, integritas, religio Ciceronis populo Rom. perſpecta eſt, cum inſignita largitione in aedilitiis communiis contrà Verres uteretur, populus Rom. animo libentiſſimo fecit, ut cuius diuitiis Cicero de fide deiici non potuiſſet, ne eiuſdem pecunia de honore deiiceretur. Aedilis itaq; prior deſignatus eſt, eodem anno, quo Coſ. Hortenſius. Quo in magiſtratu conſider. exemplum Viri.

- *Boni. Trinos enim ludos, & quidem exiguo ſumptu fecit: quòd eam largitionem minorem duceret, quæ prodeſſet Reip populum tantum delectaret: Meliores autem illas impenſas iudicaret, muros, nauales, portus, aquarum ductus, omniaq; quæ ad uſum Reip. pertinet. Hoc uerò eſt demum Reip. principem eſſe, ad Reip ſalutem & dignitatem magiſtratus, conſilia atq; acta omnia referre: & hoc inprimis Ciceroniano, cum ad imperium ciuitatis & magiſtratum uenerit, ante oculos ſubiectum erit, nec à mente & cogitatione tantum exemplum recedet.*
- *Diſerti. Hinc*
  - *Secunda Verrina contra Hortenſij non eloquentiam ſolùm, ſed artes iniquas & improbas acerrima contentio, nouaq; actionis inuentio ad dilationem iudicij corruptelamq; reiiciendum: ut ubi unumquodq; crimen explicatum & argumentis diſputatum eſſet, tum teſtes ad crimen accommodarentur. Cuius actionis nouitate fractus & debilitatus Hortenſius, cùm perpetua oratione uti nō poſſet, ſed ad ſingula reſpondere ex tempore cogeretur, obmutuit: Verres non expectato iudicij exitu, exilij cauſa ſolum uertit. Actionis uerò ſecundæ quinq; orationes, ad comperendinatum credo comparatæ fuerunt: Habitæ tamen non ſunt, ſed ad induſtriæ ingeniiq; laudem publicatæ. Atque hoc prælio magnificè uictus eſt Hortenſius.*
  - *Secutæ ſunt Fonteij & Cecinnæ defenſiones: nec deinceps dubius eloquentiæ principatus fuit.*
- *Laborioſi. Perſpectum planè eſt, labore uno autore eloquentiam parari & conſeruari: ſed uno Hortenſij exemplo planius perſpicitur. Hortenſius poſt Conſulatum, ſummum illud & flagrantiſſimum ſtudium, quo à puero fuerat incenſus, remiſit: Coquus, piſcator, arborator, quàm diſertus orator & Reip rector eſſe maluit. Quid interea Cicero? Credo equidem tam ſubitu aduerſarij caſu, uictoriaq; occaſione oblata, gaudio & lætitia exultaſſe, omnesq; animi corporisq; uires intendiſſe. Non deſiſtebat enim cum omni genere exercitationis, tum maximè ſtylo (qui præſtantiſſimus atque optimus dicendi effector & magiſter antè dictus eſt) partas & ingenij & orationis opes & facultates augere. Quare iam ſine controuerſia regnum forenſi potitus eſt. O' dirum & improbum laborem: imò uerò gratum & liberalem. neque enim honorum ſuorum cauſas aliò Tullius retulit. Laboris huius gratia factus eſt antea Quæſtor & Aedilis: eiuſdem laboris gratia fiet Prætor.*

Prætura.

B. Quadrageſimo anno Prætor primus ex omnibus, cunctis centuriis ac ſuffragiis eſt factus. In quo magiſtratu conſid.

- *Cauſa honoris huius. Nam cum propter aſſiduitatem in cauſis & induſtriam (quæ & ſummorum & mediocrium, & infimorum gratiam colligebat) tum propter exquiſitius minimeq; uulgare orationis genus, animos hominum ad ſe, dicendi quadam nouitate conuerterat.*
- *Exemplum uiri*
  - *Diſerti. Nam*
    - *Manilia lege Pompeium temperata oratione ornauit.*
    - *Cluentium in periculum capitis adductum ſua eloquentia liberauit.*
    - *Singulari defenſione Cornelium defendit.*
  - *Laborioſi. Labor autem & ſtudium eius fuit in*
    - *Declamando. Nam uſq; ad hanc ætatem Græcè declamauit, ut ait Suetonius: imò uerò Grammaticorum ſcholas etiam Prætor frequentauit, ut M. Antonij Gniphonis.*
    - *Scribendo. Ab hoc enim Præturæ tempore tam multi epiſtolarum libri, quàm multi hodieq; extant, conſcripti ſunt.*
    - *Academia ſeu bibliotheca ſignis & libris ornanda. Quod ſtudium quantum fuerit, paſſim declarant epiſtolæ ad Atticum. Itaq; Ciceronianus noſter eadem diligentia, curaq; bibliothecam & bibliothecæ ſpeciem & gratiam undiq; conquiret. Docent enim multa libri; & tanquam multarum ætatum magiſtri, ſic inuenta ſuperiorum, legentibus aperiunt: & ornatus loci, legendi cognoſcendiq; laborem conſolatur.*
  - *Boni in iure dicundo, miræ integritatis in C. Licinio Macro, de quo Valerius.*

Hoc tempore Tulliola C. Piſoni L.F. deſponſata eſt. Eodemq; anno filiolo auctus eſt.

C. *Sed ad laborem, Quæſturæ, Aedilitatis, Præturæ autorem reuertamur. Hic idem labor, qui Quæſtorem, qui Aedilem, qui Prætorem creauerat, Conſulem biennio poſtea hominem nouum nobilitate poſthabita, ſuo anno non tabula, ſed uiua uniuerſi populi uoce, mirificè creauit. Creuerunt Ciceronis honores, creuerunt etiam eloquentiæ labores. Itaq; cum penè iam euanuiſſet Hortenſius, & Tullius anno ſuo, id eſt quadrageſimo quarto, ſexto autem poſt Hortenſium Coſſ. Conſul factus eſſet, reuocatus eſt ad illam eloquentiæ magiſtram induſtriam: ne cum honore pares eſſent, aliqua reſuperiores uiderētur. Quid ergo? Hic conſiderandum quę nam Cicero noſter in hoc magiſtratu ediderit. Viri*

Conſulatus.

Boni operat ubi cōſid.

Protaſis, de Conſulatus rebus geſtis, deq; honorib. propterea partis: quæ in ſuum quondam aduerſarium L. Piſonem audientibus patribus dixit:

- *Ego Calendis Ianuarijs Senatum & bonos omnes legis Agrariæ, maximarumq; largitionum metu liberaui:*
- *Ego agrum Campanum, ſi diuidi non oportuit, conſeruaui: ſi oportuit, melioribus autoribus reſeruaui:*
- *Ego in C. Rabirio perduellionis reo, 40. annis ante me Conſulem, interpoſitam Senatus autoritatem ſuſtinui contra inuidiam atq; defendi.*
- *Ego adoleſcentes bonos & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut ſi eſſent magiſtratus adepti, Reip. ſtatum conuulſuri uiderentur, meis inimicitijs, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui:*
- *Ego Antonium collegam, cupidum prouinciæ, multa in Rep. molientem, patientia mea atq; obſequio mitigaui:*
- *Ego prouinciam Galliam, Senatus autoritate, exercitu & pecunia inſtructam & ornatam, in concione depoſui:*
- *Ego L. Catilinam eadem Senatus, interitum urbis non obſcurè, ſed palàm molientem, egredi ex urbe iuſsi: ut à quo legibus non poteramus, mœnibus tuti eſſemus.*
- *Ego tela extremo menſe Conſulatus mei, intenta iugulis ciuitatis, de coniuratorum nefarijs manibus extorſi:*
- *Ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium, comprehendi, protuli, extinxi:*
- *Me Q. Catulus princeps huius ordinis & autor publici conſilij, frequentiſsimo Senatu parentem patriæ nominauit.*
- *Mihi hic uir clariſsimus, qui propter te ſedet, L. Gellius, his audientibus, ciuicam coronam deberi à Rep. dixit:*
- *Mihi togato Senatus, non ut multis benè geſtæ, ſed ut nemini, conſeruatæ Reip. ſingulari genere ſupplicationis Deorum immortalium templa patefecit, &c.*

Apodoſis. Hæc ille, magnificæ uirtutis conſcientia fretus, uera gloria gloriatus eſt. Illa igitur, illa uera uis eſt uiri boni ac diſerti: illa iuſticiæ ciuilis harmonia eſt: Liberare Remp. periculis: priuata commoda deſpicere prouidere communibus: publicam pacem retinere: ſummos ciues cum infimis, utroſq; cum medijs, optimo illo æqualitatis & iuſtitiæ uinculo coniungere. Nulla de Ciceronis laudibus tam Ciceroniana eſt: nulla Ciceroniano noſtro magis intuenda, magis imitanda, magis æmulanda.

Diſerti monumenta: ubi cōſid.

Protaſis: Nā illa duce quidem uirtute, ſed comite etiam orationis facultate acta ſunt. Conſulariū enim orationum materies illa fuit: quæ ad Atticum ſic enumerantur:

- *Vna eſt in Senatu Cal. Ianu.*
- *Altera ad Populum de lege Agraria.*
- *Tertia de Othone.*
- *Quarta pro Rabirio.*
- *Quinta de proſcriptorū filijs.*
- *Sexta cum prouinciā in concione depoſuit.*
- *Septima qua Catilinā emiſit.*
- *Octaua quam habuit ad Populum poſtridie quam Catilina profugit.*
- *Nona in cōcione, quo die Allobroges inuocarunt.*
- *Decima in Senatu Non. Decemb.*
- *Duæ breues quaſi ἀνακεφαλαιώσεις legis Agrariæ.*

Ad illas Conſulares orationes aggregari poteſt

- *Murenæ defenſio, cum à Coſſ. & quidē ſummo ſtudio dicta ſit. Nam cum prior Hortenſius egiſſet, magnamq; eius actionis gloriam tuliſſet: Tullius totam noctem uigilijs & meditationibus inſomnem traduxit, ne dicendo inferior eſſe uideretur.*
- *Metellina, de qua ad Metellum & Atticū.*

Apodoſis. Ergo illa præclara ſunt & uirtutis, & eloquētiæ cōmunia ſtudia, Ciceroniano noſtro omnibus & uirtutis & eloquentiæ ſtudijs imitanda. Aſcendere certè poteris ad ſummum ciuitatis tuæ gradum, cenſum magnum conſequi: magnas opes & dignitates obtinere. Demq; quod oratori uero longè maximum præſtantiſſimumq; præmium eſt, uir bonus ac benè dicendi peritus fies. Tantus bonæ mentis ac bonæ orationis fructus labores tuos ſuſtentabit ac conſolabitur. Ergo politica iſta noſtri Ciceronis uirtus in primis aſpicienda & imitanda eſt: illudq; in maximis Ciceronis laudibus numerandum.

Acta poſt Conſulatum.

- **Poſt Conſulatum, laborum ſtudiorumq́ ratio à Cicerone nū quam omiſſa eſt. Itaque in his annis poſt conſulatum, conſid.**
  - *Actiones forenſes. Cauſæ eum dictæ ſunt pro*
    - *Flacco.*
    - *Sylla.*
    - *Archia.*
  - *Studia & opera uiri diſerti & boni. Vigilantia enim ingenij ſempiterna eſt atq; induſtria. Hic ergo conſid ſtudia*
    - *Literarum. Nam his annis poſt Conſulatum*
      - *Scripta eſt hiſtoria rerum in Conſulatu geſtarum, & quidem commentarijs diuerſorum generum. Nam & Græcè & Latinè de his ſcripſit: & tertiò poëma.*
      - *Bibliothecarum in uillis curam continuauit.*
      - *Geographiam tentauit.*
      - *Satyras in tyrannos iſtos infinitas Theopompino genere, uel etiam aſperiore, quotidie pangebat, quæ Attico tantum legerentur, mox perderentur: ἀνέκδοτον ἢ ἡρακλείδειον eiuſmodi ſcriptum in epiſtolis frequenter appellat.*
    - *Reip. Nam in his literarum ſtudijs, Reip ſtudia nequaquam abiecit. Pompeius & Cæſar legationem in Aegyptum Ciceroni offerebant, ut abſente Reip. patrono, pro libidine omnia agerent. Quid Cicero? Hector apud Homerum, Troianorum & Troianarum, ſed Polydamantis præcipuè ſermonem metuit, ſi certamen cum Achille fugiat: ita Cicero, Romanorum & Romanarum, ſed præcipuè Catonis reprehenſionem timet, ſi contra ciues improbos pro Rep. certare metuat. Quæ (per Deum immortalem) Ciceroniane mi, diligenter attende. Cum malis conſilijs perditorum hominum atq; artibus tentubere, hic pudor, hic boni nominis amor, tibi cuſtos uirtutis eſto. αἰδέομαι τρῶας, aduerſus hos impetus obijcito: Ciceronisq́ tui, licet in magnis tempeſtatibus, Reip. tranquillitatem ſpectato.*
  - *Inimicitia cum Clodio. Hactenus enim uirtutis & ingenij, imò etiā felicitatis cuiuſdā laus fuit: Initia deinde calamitatis facta ſunt, quæ ab odioſa illa dicacitate atq; iactātia orta eſt. Nā proſperis rerum euentis inſolentior factus, plerosq́ ciuitatis principes aſpernari & nōnunquam aſperius cauillari uſus eſt. Ex illa igitur leuitatis origine, procacitas & iactantia deriuatæ, moleſtias graues attulerunt. Hic igitur conſid.*
    - *Iudicium Clodianum, quo totius inuidiæ ſanguis primùm miſſus eſt. Clodius patritia & ſummis opibus fundata familia, maximeq́ popularis adoleſcens fuit: Ciceroni adeò familiaris, ut Clodiæ ſororis nuptias Terentia Ciceronis uxor inde metueret. Itaq; cum de uiolatis religionibus Clodius reus ageretur, Tullius à Terentia leuiter (ut Plutarchus putat) impulſus, & Conſulatus potentia adhuc elatus, teſtimonio ſuo Clodium acriter primo perculit: deinde ciuitatis conſenſum diſſolutum, id eſt, potentiam ſuam debiliorem animaduertens, uela contraxit: Clodiusq́ magna quidem iudicum turpitudine, ſed tamen contra teſtimonium Ciceronis abſoluitur. Ita res initiò ſeuerius actu, deinde neglecto, quadriennio poſt exilij cauſa Ciceroni fuit, dum Clodius Craſſum, Pompeium, Cæſarem & reliquos illius inuidiæ principes ſibi conciliat, Tullius negligentius retinet: unò Clodium quotidie magis ac magis in perniciem ſuam irritat. Qua de re inſignis aduerſus Clodium contentionis & altercationis exemplum in epiſtolis ad Atticum habetur. Verum ſocia iſta proſperitatis & comes inſolentia, Ciceroniano ſtudioſè cauenda eſt. Attici eloquentia his in rebus potius Ciceroniana fuerit.*
    - *Ciceronis.*
      - *Exilium. Clodius enim factus Tribunus pl. iam inſultabat audacius. cumq́ Tullius legatione (quam Cæſar offerebat) effugere potuit: ſed auebat dimicare, modicèq́ minis & contentionibus Clodij mouebatur. Clodius metuens ne Cicero Cæſari legaretur reconciliationem gratiæ ſimulat. Itaq; ſeductus Cicero, legationem miſſam facit: quo Cæſar incitatus, Clodium ſua ſponte incenſum, uehementius inflammat, Pompeiumq́ diſiungit. Tullius itaq; reus agitur à Clodio, quòd ciues Rom. indicta cauſa necauiſſet. Cicero atra ueſte, profluente coma, reatuq́ miſero, & plebis miſericordiam ſuppliciter implorat. Sed nihil illi ſuæ lacrymæ, nihil uiginti millium luctus, nihil quòd Senatus ueſtis etiam mutatione conſimilem dolorem declarandum cenſuiſſet, profuit: Clodij rogatione ultro quadringenta ab urbe millia exulare iuſſus eſt. Theſſalonica in Macedonia ad miſeriæ locum, propter Plancium quæſtorem amiciſſimum, delecta eſt. Exilium uerò molliter ac muliebriter tulit, ut interdum etiam mentis errore quodam affectus ex eo dolore uideretur. At neq; lacrymæ tam muliebres, neq; iſtæ neſcio quæ iudicij tenebræ, Ciceroniana nobis erunt. Non fuit autem Clodius exilio Ciceronis contentus, domum & uillas eius incendit: in area domus, Libertatis atrium erexit: omniaq́ Ciceronis bona publicauit. Sed uis iſta diuturna non fuit.*
      - *Reditus. Vide ſignum. A.*
  - *Proconſulatus. C.*
  - *Bellum ciuile. D.*

A. *In Reditu Ciceronis ab exilio, conſider.*

Cauſa reſtitutionis. Nam decimo pòſt menſe, dum Clodius in Pompeium & optimates reliquos impotentius inuehitur omnium ordinum animis ad Ciceronem conuerſis, Clodiana lex abrogata eſt, reditusq́; Ciceroni & omnium bonorum reſtitutio decreta. Promulgatio autem hæc cruenta admodum fuit: Corporibus ciuium Rom. Tiberis completus eſt, cloacæ referta: Q. frater in comitio iacuit, ſeq́; ſeruorũ ac libertorũ corporib. obtexit, ut eſt pro Seſtio. Enimuerò reditus is fuit inſtar inauditi cuiuſdam triũphi. Nam à Brunduſio uſq; Romã agmẽ perpetuũ totius Italiæ fuit. Neq; enim regio fuit ulla, neq; municipium, neq; præfectura aut colonia, ex qua non publicè ad ipſum uenerint gratulatũ. Quid dicam effuſiones hominum ex agris, patrumfamilias cum coniugibus ac liberis? quid eos dies, qui feſti ac ſolennes ſunt Ciceronis aduentu reditúq; celebrati? Vnus ille dies, illi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam rediẏt: cum Senatum egreſſum uidit, populumq́; Rom uniuerſum: cum ipſa Roma ipſa prope conuulſa ſedibus ſuis ad complectendum conſeruatorem ſuum procedere uiſa eſt. Quæ cum ita accepis, ut non modò omnium generum, ætatum, ordinum omnes uiri ac mulieres omnis fortunæ ac loci, ſed etiam mœnia ipſa uiderentur & tecta urbis ac templa lætari. Conſequentibus diebus Ciceronem in ea ipſa domo, qua Clodius eum expulerat, quam expilarat, quam incenderat, Pontifices, Coſſ. Prætores collocauerunt: ipſiq́; (quod ante ipſum nemini) pecunia publica ædificandam domum cenſuerunt. Hæc de reditus ſui gratulatione & tanquam triumpho Tullius ipſe in oratione pro Seſtio commemorat. Reſtitutionis igitur huius quædam cauſa, ſed fortuita eſt in Clodio qui Pompeij oppugnatione, Ciceronis reſtitutionem imprudens machinatus eſt. Sed Ciceronianæ uirtutum memoria, magnorumq́; in Remp & in pleroſq; principes ciues, meritorum recordatio, primaria cauſa fuit. Vt igitur effuſior illa iocatio iactatióq; miſeria: ſic ingenij animíq; uirtutes ſingulares, gloriæ Ciceroni autores extiterunt. Itaque etiam Ciceronianus noſter, ſi quando (ut humanus erit) uitio peccauerit, uirtute culpam redimat.

Conſecuta reſtitutionem, ut

- *Opera ingenij. Nam poſtridie reditus gratias egit.*
  - *Senatui prima oratione illa, quæ propter magnitudinem dicta de ſcripto eſt.*
  - *Ad Quirites.*
- *Artes maiores adhibitæ ad dignitatem tuendam. Nam poſt reditum frumentaria lex in ſententiam Ciceronis lata eſt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum dabatur. Atque è Pompeij legatis X. primus à Pompeio Tullius nominatus eſt, fuitq́; iam Cicero planè tãtus in Rep. quantus antea fuerat. Vnde & quorundam odium occultum, & inuidia aperta renaſcitur. Itaque ipſe & frater, Pompeium Cæſaremq́; arctis uinculis ſibi conſtrinxerunt. Craſſus etiam, antequam ad Parthos proficiſceretur, Tullio reconciliatus eſt. Ergo iſta dignitatis retinendæ firmiſſima columna fuit: quæ prius neglecta, ruinam creauerat. Hoc exemplum, hanc proſperæ euerſǽq; fortunæ cauſam uolo Ciceronianus noſter aſpiciat. Prudentiores imprudentioribus fortunatiores eſſe, Socrates uerè monuit. Quin & Ciceronis facilitas tanta fuit, ut etiã nonnunquam homines non optimè de ſe meritos, rogatu eorum, qui optimè meriti eſſent, defendere cogeretur, ut C. Antonium, Vatinium, & alios pleroſq. Hæc reconciliationis facilitas in Cæſare laudata eſt: nec uideo cur in Cicerone non debeat humanitas eadem laudari.*
- *Opera uiri diſerti & laborioſi.* B.

B. *Poſt*

B. *Poſt reditum ab exilio, Cicero edidit opera Viri*

- *Diſerti: ut Orationes: inter quas ſunt*
  - *Summa contentio de domo ſua. Diximus apud Pontifices (ait) pridie Cal. Octob. Acta res accuratè à nobis, & ſi unquàm in dicendo fuimus aliquid, tum profectò doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. Domus autem & uillæ ſumptu publico reædificatæ ſunt: quanquam domi quidam pugnacio rerum de Terentia, opinor, ſolicitabant.*
  - *Aliæ permultæ: quarum extant quædam, ut pro Plancio, Seſtio, in Vatinium, de prouincijs conſularibus, pro Balbo, in Piſonem.*
- *Laborioſi, in*
  - *Otio. Nã deinceps magna Ciceronis ſolicitudo & diligentia fuit in*
    - *Reſtituendis bibliothecis & gymnaſijs, quæ cum ædificijs dilapidatæ fuerant & incenſæ.*
    - *Studijs. Videtur enim Tullius hoc tẽpore philoſophiam Latinè primũ tractaſſe, quam antea Græcè tantum legerat. Muſarum itaq; una cura eſt, ne otium iners uideatur, diuiſum in occupationes.*
      - *Legendi. Sed mehercle, ait, à cæteris oblectationibus deſeror & uoluptatib. propter Remp. ſic literis ſuſtentor & recreor: maloq́; in illa tua ſedecula, quã habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. Et paulò poſt: Nos hic literas uoramus. Quid igitur, Ciceroniane tu, cum Ciceronem in bibliotheca tam aſſiduè aſſidentem uideas, ubi'nam potius, ut Ciceronianus ſis, tibi putas acquieſcendum?*
      - *Scribendi: conſtruebat enim multa nobilia opera, quæ uel*
        - *Suo nomine ederet, ut libros de*
          - *Oratore.*
          - *Republica.*
          - *Temporibus ſuis tres, uerſib. ſcriptos.*
          - *Legibus.*
        - *Daret alienæ laudi: ut laudationes funebres Pompeia & Appio, & Serrana.*
      - *Inſtituendi pueros Cicerones. Atq; in hoc ipſo Rhetorici magiſterij ſpatio fortaſſe. Partitiones oratoriæ cõſcriptæ ſunt: & Latinè filio traditæ. quæ Græcè priùs audiuerat. Sic enim & pater fuerat prius Græcè inſtitutus.*

      Nec interea tamen dies erat ullus, quo die non diceret pro reo: Ita quicquid conficeret aut cogitaret, in ambulationis ferè tempus conferebat. O' diuinam hominis induſtriã! Quapropter perpetuæ lectionis, meditationis, commentationis exempla in Cicerone comperimus, ut Ciceronis imitatio res longè alia ſit, quàm uulgò exiſtimetur: Nec uita Ciceroniana aliud eſt, quàm ſempiterna in recta Reip. gubernatione, uel in erudita atq; exercitatione, diligentia & induſtria. Quare omnis inertia & ignauia à Ciceronis imitatione depellatur.
  - *Negotijs. Nam*
    - *His ferè temporibus Cicero in Craſſi iunioris à Parthis interempti locum (ut Plutarchus ait) nominatus eſt Augur à Cn. Pompeio & Q. Hortenſio, ut eſt in Bruto & ſecunda Philippica, cum magiſtratum illum antea neglexiſſet, ut ſcriptum eſt ad Catonem.*
    - *Milo poſteà Clodium Appia uia necauit, Ciceronemq́; acerrimi inimici metu liberauit. Cicero in hoc iudicio beneficium Milonis, non cauſam ſecutus (ut ſcribit ad Atticum) quamuis egregia fide animoq́; ſingulari uteretur, Miloni tamen partim gratiam referre non potuit, ut eum quoque periculo liberaret. Enimuerò tum maximè perſpecta eſt Hortenſij & Tullij facultas & exercitatio, paulò antequam armis ciuilibus hoc ſtudium conticuit ſubitò & obmutuit, cum Pompeij lex in Milonis iudicio eloquentiæ uelut frenos impoſuit, iuſſitq́; datis ante teſtibus, eodem die duabus horis ab accuſatore, tribus à defenſore perorari. Legis enim huius ſeueritatem pleriq; tum oratores ferre non potuerunt: eaq́; difficultate, ut aurum igne, ſic in duobus his oratoribus eloquentia probata eſt. Ergo in his anguſtijs Milo defenſus eſt, nouiq́; iudicij noua forma animos terruit. Sic Rabirius Poſthumus eſt etiam defenſus. Sed nequaquam tamen talis Hortenſius his temporibus extremis fuit, qualis antea fuerat. Defloruit enim ſenex qui tantoperè adoleſcens floruerat. Hortenſius à Craſſo & Scæuola Coſſ. uſque ad Paulum & Marcellum Coſſ. quatuor & quadraginta annos floruit: Tullius à Sylla dictatore ad eoſdem Coſſ. in eodem curſu ferè triginta annos fuit: in quibus orationes, quæ extant, exceptis tribus ad Cæſarem & quatuordecim Philippicis, deſcriptæ ſunt & quidem, ut ipſe ſcribit, ludis & ferijs, ne unquam eſſet otioſus: & ſic primo Legum gloriatur ſe plura, & quidem ſucceſſiuis temporibus ſcripſiſſe, quàm omnino è Latinis quiſquam.*

Proconſulatus.

C. In Proconſulatu Ciceronis conſid.

- *Protaſis in qua cõſid.*
  - *Profectio. Prouinciam illam Seleucianam antea Cicero contempſerat: tandem proconſulem in eam ſe mitti paſſus eſt. Proficiſcitur igitur in Ciliciam Tullius ſummo cum imperio, ſummo etiam cum deſiderio ueræ laudis, ueræ gloriæ. Hic ergo conſider. opera uiri*
    - *Boni, hoc eſt ſtudia & officia politiæ prouincialis ſeu proconſularis: in quibus conſid.*
      - *Magiſter. Gloriæ enim & laudis admonitori & quaſi doctorem habuit Atticum, quem cõſiliorum magiſtrum, quem ſcriptorum ſuorũ Ariſtarchum ſemper habuit. Itaq; diligens diſcipulus magiſtro diſciplinæ rationẽ accuratè ſingulis propè dieb. ita reddidit, ut iuuenis quondã Moloni uidelicet declamationum & commentationum rationem reddiderat.*
      - *Species officiorum, ut*
        - *Abſtinẽtia ſeu Continẽtia, in qua conſid.*
          - *Hiſtoria primorũ ſex menſium. Nam*
            - *Actium ad 17. Cal Quintiles uenit.*
            - *Actio ad 15. Cal. Quintiles uenit Athenas: adhuc ſumptus, ait, nec in me aut publicè aut priuatum, nec in quenquam contulĩ.*
            - *Epheſum uenit ad 11. Cal. Sextiles. Hic oſtentationum ſuarum diſcrimina iocando, indicat & laudis auaritiam perpetuã meditatur. Epheſi Nigidius Romam ex legatione decedens, Tullium expectauit: eodemq; uiſendi & ſalutandi Ciceronis gratia, Cratippus Mitylenis uenit: quæ uerum di Timæi, tum fuit occaſio.*
            - *In Aſiam Epheſo deinde traiectũ eſt: auaritia iſta non intermittitur.*
            - *Laodiceam uenit pridie Cal. Sextiles. Moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade. Hic prædonem quendam prouinciæ in Appio uidemus: patrem in Cicerone. Cicero hic Scæuolam ſibi imitandum propoſuit, ut antea propoſuerat Hortenſium.*
            - *Interea Ariobarzane R. Cappadociæ reſtituto, prouincialibus recreatis, caſis Amanenſibus hoſtibus, caſtellis captis & incenſis, Pindeniſſo Eleutherocilicum oppido capto, ſeptimo & quadrageſimo die poſtquam oppugnari cœptũ eſt, Tullius imperator appellatus eſt apud Iſſum, ubi quondam Alexander Darium uicerat: eiq; propterea ſupplicatio à ſenatu decreta eſt.*
          - *Honorum fructus. Nam ſex menſium illa uirtutis proconſularis ſtudia prouincialium iudicio diuina fuerunt: quoniam his meritis diuina ſtatuarum, quadrigarum & fanorum præmia inſtituta ſunt. Sed Cicero nullos ſibi honores, niſi uerborũ, decerni ſinit: ſtatuas, fana, τέθριππα prohibuit. Iter igitur per Aſiam ita fecit, ut etiam fames (qua nihil miſerius eſt) quæ tum erat in hac ſua Aſia (meſſis enim nulla fuerat) ipſi optanda fuerit. Quacunq; iter fecit, nulla ui, nullo iudicio, nulla contumelia: autoritate & cohortatione perfecit, ut & Græci & ciues Rom. qui frumentum compreſſerant, magnum numerũ populis pollicerentur.*
        - *Aequitas in iuriſdictione.* α.
        - *Gratia popularis.* β.
      - *Docti. Nam his politiæ prouincialis ſtudijs & officijs, Ciceronum puerorum inſtitutio non omittebatur.*
  - *Deceſſus ex prouincia.* γ.
- *Apodoſis.* δ.

α. Cicero

α. Cicero tribus capitibus iudiciariam rationem ſicut uſuras omnes, æquitate ſumma tēperauit. Itaq; propter illā Διοίκησιν ſuam, breue ſuū edictum ait fuiſſe: cuius aliud fuit.

- Ἔγγραφον: de quo duobus generibus edixit: quorum
  - Vnum prouinciale: in quo erat de
    - Rationibus ciuitatum.
    - Ære alieno.
    - Syngraphis.
    - Publicanis: & quidē
      - Ipſos habebat in delicijs, obſequebatur, uerbis laudabat, ornabat, efficiebat ne cui moleſti eſſent.
      - Vſuras eorum, quas pactionibus aſcripſerant, ſic ſeruabat. Diem ſtatuebat ſatis laxam, quam ante ſi ſoluerent, dicebat ſe centeſimas ducturum: ſi non ſoluerent, ex pactione. Itaque & Græci ſoluebant tolerabili fœnore, & publicanis res erat gratiſsima, ſi illam iam habebant.
  - Alterū, quod ſine edicto tranſigi commodè non poterat, de
    - Hæreditatum poſſeſsionibus.
    - Bonis poſsidendis.
    - Magiſtris faciendis.
    - Vendendis.
    - (omnibus:) Quæ ex edicto poſtulari & fieri ſolebant.
- Ἄγραφον de reliquo iure dicundo. De quo ſua decreta ad edicta urbana accommodabat: in quo αὐτονομίαν Græci ſe adeptos putabant, cum ſibi libertatē eam datam uiderent, ut diſceptarent inter ſe ſuis legibus. In eoq; Cicero ſecutus eſt Scæuolam, qui multa patrijs legibus iudicibusq; ſubiecerat.

β. Genus illud popularis gratiæ non omittendum eſt. Aditus (ait de ſe Tullius) ad me minimè prouinciales: nihil per cubicularium: ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus: grata hæc & magna, mihiq; nondum laborioſa. Ergo dormientem Ciceronem in atrio manè nemo præſtolabatur, nemo ſomnum eius anteuertebat. Et illa uirorum militia uetus eſt, de qua iam antea in Quæſtura dictū eſt: neminem à congreſsione neque ianitor meus, neque ſomnus abſterruit. Quare tu Ciceroniane, exemplo Ciceronis tui uigila, præſto ſis ſalutem implorantibus ſi præſidere uis: & hanc popularitatem maximè Ciceronianā exiſtima.

γ. In deceſſu Ciceronis è prouincia, conſideran.

- Solicitudo de prouincia tradenda. Reliqua, ait, plena adhuc & laudis, & gratiæ, digna ijs libris quos tu laudas: Conſeruatæ ciuitates: cumulatè publicanis ſatisfactum: offenſus contumelia nemo: decreto iuſto & ſeuero per pauci: nec tamē quiſquam ut queri audeat: res geſtæ dignæ triumpho: clauſula eſt difficilis in tradenda prouincia: ſed hæc Deus aliquis gubernabit.
- Parſimonia. Nam ex pecunia in annuum ſumptum attributæ reliquo, annuum ſucceſſori ſuo & præterea H S M. Romam retulit, id eſt, noſtrorum coronatorum trecenta ſeptuaginta quinque millia.
- Supplicatio. Nam propter res in prouincia benè feliciterq; geſtas, cum imperator eſſet appellatus, ſupplicationem iudicio Senatus meruit.
- Reditus. Nam Rhodum & Athenas ad Rhetoras & philoſophos ſuos redijt & triumphum à ſenatu, propter illam ſuam παλιγγενεσίαν expectauit: ut aliquando ambitionis huius hominem pœnituerit.

δ. Quid igitur e quid in hoc magiſtratu Ciceronianum nobis erit? Enimuerò ſingulare continentiæ & æquitatis exemplum omnibus in Rep. principibus & magiſtratibus, aureis literis notandum, & in uita ac moribus ad eximium ueræ gloriæ decus imitandum. Atticus Epicureus fuit: Tullius nouus Academicus, nec ueri Dei cognitione melius inſtructus: attamen uidemus, quàm ſanctè Epicureus ille præcipiat, & quàm religiosè nouus hic Academicus obſequatur. Pro cœleſtis atque æterne pater, tanto tamq; ſingulari exemplo non excitabimur? Magnifica religionis uocabulā nos delectant: Chriſtiani appellemur. Ecquid unquam intereſt, quo nomine appellemur ſi nos ab Epicureis, ſi nos à nouis Academicis, uitæ morumq; probitate, & religione ſuperemur? Ciceronem ut oratorem magnum imitari uolumus, rectè oratoris igitur primam præcipuamq; gloriam, temperantiam, conſtantiam, æquitatem (per Deum immortalem) imitemur: & tum demum ſi lubet, Ciceronianī appellemur, cum tam probanda, laudandaq; Ciceronianæ uirtutis opera conſequemur.

Tullia Dolabellæ tertijs nuptijs abſente patre in Cilicia, nupſit, mortuo Craſsipede, aut certè diuortio facto: & Hortenſius mortuus eſt.

Bellum Ciuile.

Priuata & arcana cum Attico deliberationes de utriuſq́, Pompeij & Cæſaris, copijs & cauſa: quâ de re quatuor libri epiſtolarum ad Atticum perſcripti ſunt. Vnde cognoſcimus duos iſtos principes, quos hiſtoriarum aſſentationes & fabulæ in aſtris collocant, duas Reipub. peſtes extitiſſe. Contra, φιλόπατρις ille Conſul, Catilinæ domitor, Reip. uindex, libertatis conſeruator comperetur: illos ciuibus ſuis lupos, hunc ciuibus ſuis Deum fuiſſe iudicabis. Verus igitur amor in patriam, Ciceronianus erit: Reip. pernicies, Ciceroniana non erit.

D. *Interea incidit tempeſtas altera bellorum ciuilium, id eſt, materia ingenio Ciceronis alieniſſima, uiri nempe nihil minus quàm ad bella nati. Nam tameſi politicæ fortitudinis in foro, curia, roſtris, ad oratoris perſonam & dignitatem tuendam ſatis habuit, militaris certè ac bellicæ multùm non habuit Ex his autem ciuilibus bellis prudenter perſpexit, nihil niſi tyrannidem futuram. Pompeium tamē & Cæſarem complectebatur: illum, quia de ſe optimè meritus erat: hunc quia tantum poterat. Cum Pōpeio frequēs fuit, Cæſarem literis ſæpe cōuenit: in agro etiam Trebulano uidit iam Italia potitum, ut eſt ad Matium. Fecit itaq́ atq; effecit, ut neutri illorū quiſquā eſſet Cicerone charior. Attamen cum uterq́ de ſua potentia periculo ciuitatis dimicaret, ab utraq́ parte, quoad de pace actum eſt, Pompeiusq; & urbe, & Italia et Hiſpania pulſus eſt, integrū ſe ſeruauit, quamuis à Pompeio oræ maritimæ ἐπίσκοπος creatus, quamuis à Cæſare, ut Romæ eſſet, uehementer rogatus. Interea conſider. Ciceronis,*

Exitus in tam obſcuris rebus, tamq́ ancipiti deliberatione. Certè cogitauit aliquando Tullius idem quod Cato, neutram partem ſequi: & Solonis legem illam negligere, quæ capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet: & in patria uel à tyranno oppreſſa remanere, exemplo Socratis, qui cum triginta tyranni eſſent Athenis, pedem porta non extulit. Attamen ad Solonis legem tandem reſpexit: Cæſaris partes tutiores uidebantur: ſed nec tyranno nimium confidebat. Pompeij autem caſtra ſpeciei plus habebant, ad quæ boni ferè omnes confluxerant: itaq; Tullium eò trahebant, ſed præcipuè Pompeij merita. Quid ergo Tullius? Ego uerò (ait) quem fugiam, habeo: quem ſequar, non habeo. Quid igitur acturus? Idem (reſpondet) quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequūtur greges, ut bos armenta ſic ego bonos uiros, aut eos quicūq; dicentur boni ſequar, etiamſi ruent. Hæc in tantis periculis conſilia longius & prolixius agitata ſunt, quòd exilij memoria, metum impendentis eiuſdem, aut etiam grauioris calamitatis acriorem faciebat. Quare magnum prorſus exemplum Ciceroniano noſtro hîc animaduertendum eſt, ne in magnis & periculoſis rebus quicquam præcipitetur, ſed momenta rerum in utranq; partem perpendantur: Sex enim menſium conſultatio iſta fuit. Interea conſid. Ciceronis.

Priſtina uitæ conſuetudo. In ſtudijs enim ac literis conſumitur omne tempus ad Demetrij Magnetis exemplum uidetur tum neſcio quid περὶ ὁμονοίας meditatus & commentatus eſſe, ad quam Pompeium & Cæſarem cohortaretur, ſed diſperſione ſenatorum actio illa de pace ſublata eſt. Sumpſit etiam quaſdam tanquam θέσεις politicas, ne ſe totum ægritudini dederet, utq́ & abduceret animum à querelis & in eo ipſo, de quo agebatur, exerceretur. Sic inexhauſta hominis induſtria, in ſummo etiam tumultu, cum cæteri pilis & gladijs acuendis eſſent occupati, ingenij ſui res acuebat, non ſolum Latinè, ſed etiam Græcè declamitans. Tam multa quotidie ſcribebat, ut propter aſſiduas uigilias, lippitudo illa uideatur eſſe contracta, de qua ſæpè conqueritur.

Furiæ. Tandem enim Cæſare & Italiæ & Hiſpaniarum domino, in Pharſaliam, id eſt ad peſtem ante oculos poſitam, prudens & ſciens, uiuus & uidens profectus eſt. A' Cæſare tamen & Cæſarianis omnibus modis inuitabatur: imò penè ui retinebatur. Magna etiam rei pecuniariæ inopia premebatur. Omnis enim pecunia Ciceronis tum fuit HS bis & uicies, id eſt, ſexaginta millia coronatorum, quam ſummam uel dimidiam, uel totam potius mutuam Pompeius exegit. Hæreditas tamen interea obuenit, quâ fidem & famam apud creditores tueri utcunque poſſet. Cum uerò in caſtra Pompeij perueniſſet, reprehenſus eſt à Catone quòd Cæſaris inimicus nulla neceſſaria cauſa factus eſſet: neque uerò quæ accidebant, quæq́ agebantur, ullo modo probabat: itaque refugit omne munus. Quin etiam cauillatus eſſe dicitur omnem illam Pompeij militiam, ut inertem: magnamq́ inde moleſtiā & ſolicitudinem contraxit, unde corporis infirmitas ea conſecuta eſt, propter quam remanſit in caſtris eo tempore, quo Pompeius acie Pharſalica uictus eſt. Marcus tamen filius in eo bello alæ alteri præfectus cum magna laude fuit.

Reditus è bello ciuili. Vide *

* Cicero

- * *Cicero Brunduſium rediȷt, literis adductus Dolabellæ, qui ſibi Cæſarem mandauiſſe ſcripſerat, ut Cicero quamprimũ in Italiam rediret. Hic conſid,*
  - Dolores Ciceronis tres
    1. *Nam à Cæſarianis non eſt receptus quin Antonius Italia è Cæſaris contra Pompeia nos edicto expellere cogitauit, ſed abſtinuit propter illas Dolabellæ literas. Hinc illud eſt beneficium latronum Philippica ſecunda, quòd Antonius Tullio uitam ſe dediſſe iactaret, quam non eripuerat.*
    2. *Acceſsit enim ad hunc grauem caſum grauior dolor, cum apud Cæſarem à Q. fratris filio ingratiſsimè & ſceleratiſsimè accuſatus eſt. Cuiuſmodi moleſtiam, quæ prudentia boni uiri poſsunt euitare, neſcio. Hic perditus adoleſcens, non modo patruum impiè uexauit, ſed in tanti ſceleris ſocietatem Quintum patrem pellexit: quibus tamen nihil aliud Cæſar credidit, quàm ut illius ad Pompeium profectionis lituum fuiſſe Quintum diceret.*
    3. *Tertius enim acceſsit dolor è Terentia nondum repudiata, quæ tum ſceleratè quædam facere dicebatur. In his anguſtijs etiam mollior & fractior Cicero fuit, quàm fuerat in exilij calamitate perferenda.*
  - *Reſtitutio & reditus in gratiam cum Cæſare. Nam interea dũ Brunduſij iaceret.*
    - *Sæpè ad Cæſarem ſcripſit de excuſatione profectionis ad Pompeium, & deprecandi cauſa M. filium cum Salluſtio mittere cogitauit. Tantam animi humilitatem & abiectionem, in aduerſis rebus Ciceronianam non eſſe moueo, Catonem ſibi hac uirtute Cicero ipſe longiſsimè præponeret, potiúſq; præponeret ad imitandum.*
    - *Cæſar ad Ciceronem literas reſcripſit ſatis liberales ut ad Terentiam ſcribitur: & tandem ex Aſia uictor in Italiam reuerſus, Ciceronem reſtituit.*

Senectus Ciceronis.

- *In Ciceronis ſenectutẽ incidunt.*
  - *Moleſtia de uxore. Poſt reſtitutionem, biennij integri ſilentium deinceps eſt in epiſtolis ad Atticum, uſq; ad Cæſarem quartùm Conſulem, quo tempore repudiata eſt Terentia: quod facinus ut indignum reprehendit Antonius, uxorem, apud quam iur cõſenuerat, tandem repudiatam eſſe. Et repudium tamen ita factum eſt, ut coniunctio quædam animorum remanſerit, cum alterum de alterius teſtamento ſolicitum in epiſtolis uideamus. Sed hic αινιγματωδῶς quædam Cicero reticuit. Nupſit autem deinde Terentia Salluſtio ſcriptori hiſtoriarum, tum Valerio Meſſalæ.*
  - Ciceronis.
    - *Regnũ Tuſculanũ & ſcholaſticũ. Nã reſtitutus Cicero, in illũ portũ refugit nõ inertiæ, neq; deſidiæ, ſed otij moderati atq; honeſti, quódq; ſuperioris uitæ ſtudijs actum erat, id reliquæ uitæ meditationib. ſeruatũ eſt, ut rerũ doctrina & orationis copia coniũgeretur. Quid igitur poſt reditum in gratiam quid à Cicerone inſtitutum eſt?*
      - *Libri: ubi conſider.*
        - Γράμματα. Nam
          - *Hiſtoriam de claris oratoribus adhuc uiuo Catone ante bellum Africanum, & ante Tulliæ obitum (quamuis libri ipſius proœmium ὕστερον πρότερον neſcio quid indicet) primum uidetur conſcripſiſſe, ab Attico excitatus.*
          - *Deinde poſt illud confectum bellum, ſecuta eſt laudatio Catonis.*
          - *Poſt Brutum & Catonem libri de Finibus bonorum & malorum meditati ſunt.*
          - *Orator mox ſcriptus eſt.*
          - *Librũ de Cõſolatione ſcripſit in Tulliæ filiæ obitu, ob quem incredibilem animi mœrorem concepit. Itaq; ad eum conſolandum literæ Attici, Bruti, Cæſaris, item Sulpitij, quæ adhuc extant, ſcriptæ ſunt.*
          - *Ad animum Cæſaris retinendum συμβουλευτικὸν ad Cæſarem eiuſmodi cogitatum eſt, quale ad Alexandrum Ariſtoteles ſcripſerat.*
          - *Maioris impulſu philoſophiã à Græcorũ libris deſcribebat, uerba Latina à ſeipſo ſumebat. Prima uerò fuit Academica philoſophia, quæ Logicã quandã haberet de genere philoſophandi & iudicandi.*
          - *In his philoſophicis operibus texendis, ἱστορικὰ quædam & πολιτικὰ ad Dolabellam, ut minus philoſophiæ & reconditioris doctrinæ peritũ, commentatus eſt.*
        - Ἀνέκδοτα. α.
      - *Schola Rhetorica. β.*
  - *Cæſaris.*
    - *Regnum. γ.*
    - *Interitus. δ.*

α. *Hactenus Tullij benè dicendi, benéq; ſentiendi coniunctum ſtudium audiuimus, quod adoleſcens ſummorum magiſtrorum auctoritate in ſcholaſticis & domeſticis declamationibus ſecutus erat, quódq; Ciceroniano noſtro imitandum antea monuimus. Sed hæ ſimiles theſes & declamationes, uberiores multò & eruditiores fuerunt, atque eandem ferè amplitudinem & uarietatem philoſophiæ Logicam, Mathematicam, Phyſicam Ethicam, Politicam complexæ. Quare, cum tam multa Ciceronis ſcripta meminerimus, imitationem non obliuiſcamur. Tempeſtates & miſeriæ ſimiles frequentius accidunt, quàm uelimus: tempeſtatum & miſeriarum conſolationem à noſtris ingenijs, à noſtris libris & literis repetamus.*

β. *Eſt uerò operæpretium generoſæ huius animæ ſempiternum laborem & ſtudium meminiſſe. Tam multa dies noctesq; inchoauit & abſoluit: occupare tamen tanta licet opera artificem totum non poterant: materies operoſior quæſita eſt, quæ uis ingenij teneretur & exerceretur. Rhetoricæ in foro exercendæ poteſtas, aut certè libertas erepta erat: ſchola quædam inſtituendæ Rhetoricæ facta eſt. Hac enim de re ſic eſt ad Papyrium: Cum otioſus eſſem in Tuſculano, propterea quòd diſcipulos obuiam miſeram, ut ijdem me quàm maximè conciliarent familiari ſuo, accepi tuas literas, pleniſsimas ſuauitatis, ex quibus intellexi probari tibi meum conſilium, quòd ut Dionyſius Corinthi dicitur ludum aperuiſſe, ſic ego ſublatis iudicijs, amiſſo regno forenſi ludum quaſi habere cœperim. Hæc Cicero de ſuo Tuſculano regno: quo exemplo cognoſcimus uirtutem, ubicunque ſit, liberam eſſe: imò uerò regnare & imperare.*

γ. *Cæſar interea ex Hiſpania uictor redijt, & Dionyſij regnū, nonnihil potentiore regno mutatum eſt. Hic conſid.*

- *Protaſis. Nam in illo Cæſaris regno*
  - *Oratiunculæ tres numerantur. — Nam*
    - *Marcellus à Cæſare reſtituitur. Hæc igitur reſtitutio diuturni ſilentij finem attulit, & ſcholaſticum regem in aulam Romani regis ad gratias agendum auocauit. quæ in actione gratiarum, συμβουλευτικὸν illud de ſtatu Reip. deq; Cæſaris laudibus (opinor) expromitur.*
    - *Deinde Ligariana deprecatio ſucceſsit: qua Cæſar, licet tot uictorijs elatus, à uicto tamen oratore uictus eſt. Tanta uis eloquentiæ tum fuit, ut tum uerè orator arma de manibus irati imperatoris excuſſerit, miſeróq; ſupplici ueniam impetrarit. Itaq; uehementer oratio probata eſt Attico, Balbo & Oppio.*
    - *Proxima fuit Deiotari regis defenſio, maioris quidem perſonæ, ſed eloquentia nequaquam paris. Itaq; Cicero cauſam tenuem & inopem dicit, nec ſcriptione magnoperè dignam. Sed ego (ait) hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui leuidenſe, craſſo filo: cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.*
  - *Philoſophia literis Latinis mandata eſt. Nam*
    - *Scripti primùm in Academica quæſtione ſunt libri duo, ut dixi, Catulus & Lucullus. Deinde cum Varro librum quendam Ciceroni (ut fortaſſe fuit opus de lingua Latina) polliceretur, è duobus Academicis libris Tullius fecit quatuor, duobus longè meliores: ſummotis perſonis Catuli, Luculli, Hortenſij: Varronis autem, Attici, Tullij repoſitis.*
    - *Eodem tempore libri de Finibus Bruto nuncupati ſunt.*
    - *Secutæ tandem ſunt quæſtiones Tuſculanæ: & funebris laudatio Porciæ, quæ Catonis ſoror fuit.*
- *Apodoſis. Nam ſuperiores illæ commentationes tam multæ, uiuo Cæſare fuerunt conſolationes & priuatarum & publicarum moleſtiarum: exempla Ciceroniano noſtro conſimilium in priuatis & publicis moleſtijs conſolationum.*

δ. Cæſaris

A. Cæſaris interitus multa conturbauit: ingenium tamē oratoris nequaquam conturbauit. Nam

1. *Rediit ad Remp. & Thraſybuli Athenienſis exemplo pacem & concordiam ſuaſit.*
2. *Mox ſtatu rerum offenſus ad priſtinū otium ſe retulit: in quo tamen*
   - *Legationem liberam in Græciam accepit à Cæſare,*
     - *Primò filij gratia, quem quàm optimum & omni genere doctrinæ ornatiſsimum eſſe cupiebat.*
     - *Tandem poſt interitum Cæſaris, cædis etiam uitandæ cauſa.*
   - *Studia nunquam intermiſit. Caue enim ne in hoc liberæ legationis otio Ciceronem otioſum putes. Nihilminus unquā otioſus fuit, quàm cum eſſet otioſus. Nam*
     - *His otij menſibus*
       - *Nobilis diſputatio de* { *Natura Deorū.* / *Diuinatione.* / *Fato.* } *deſcripta eſt.*
       - *Panſam & Hirtium deſignatos Coſſ. ueteranus hic magiſter inſtituit, & armis eloquentiæ contra futuros tumultus armauit. Nouit enim antea caſtrenſem et armorum comitem eloquentiam aliquando fuiſſe.*
     - *Deinde*
       - *Meditabatur.*
         - *Hiſtoriam præſentium temporum, hortatore Attico.*
         - *Ἀνέκδοτον, neſcio quid, in tyrannidem interfecti Cæſaris, Attici quoq; monitu: de quo etiam Trebonius ad Ciceronem. At Tullius deterritus eſt periculo. Arbor enim erat exciſa, ſed non euulſa. Itaq; fruticabatur: ſublatoq; tyrāno, multiplex tamē tyrānus remanebat.*
       - *Scripſit*
         - *Catonem maiorem.*
         - *Lælium.*
         - *Libros de officiis: eoſq; filio miſit Athenas. Cicero officiorum opus, è philoſophicis operibus longè pulcherrimum, in tanta rerum perturbatione, mente tranquilliſsima compoſuit, & quò morti propior, tantò uegetior, bonarumq; cogitationum ac meditationum plenior & abundantior fuit. Ideoq; imitandi Ciceronis hæc ætas præcipuè eruditis ingenijs expoſita eſt, cum turbulenti motus animorum reſederint, conſilijq; & iudicij, cogitationis ac doctrinæ fructus maturi ſint.*
         - *Libros duos de gloria. Tot enim labores & ſudores gloriæ cauſa exhauſti ſunt: itaq; animo laudis auidiſsimo ſummum bonum id fuiſſe uidetur.*
         - *Epiſtolarū συναγωγὴν quandā p Tyronē, ut ederētur.*
         - *Topica in Græcæ legationis itinere, Veliæ.*

Mors Ciceronis.

Quartus & extremus calamitatis uelut actus impendebat à Cæſarianis. Quemcunq; enim hæc pars lætatum morte Cæſaris putaret (lætitiam autem apertiſsimè Cicero tulerat) hūc in hoſtium numero uidebatur habitura. Itaque Ciceroni reſtabat ut ad Sextum in Hiſpaniam, aut ad Brutum in Græciam ſe conferret. Exarſere interea contentiones Octauij & Antonij. Hic cōſid. Ciceronis

- *Deliberatio. Nam ab Octauij propinquis, Philippo & Marcello ſolicitatus eſt, ut ſe puero coniungeret aduerſus Antonium. Plutarchus ſomnio quodam impulſum Ciceronem narrat: ſed hac de re prudentemq; Ciceronis & ſpectatam deliberationem in epiſtolis, non inſomnij ſpeciem comperio. Ergo futura proſpexit; & tum Remp. tanquam deſperatam, miſſam omnino fecit, quia deſperatis etiam Hippocrates uetaret adhibere medicinam. Attamen patriæ charitas peruicit, ut uoluntatis ſuæ ... beneq; laudandæ exemplo quoq; ſuo laudaret, ea præſertim ætate, quam abeſſe longè à ſepulcro negant oportere.*
- *Dimicatio cū Antonio. Nā miſſa legatiōe Græciæ, pro patriæ libertate contra Antoniū tanquā cygnea uoce, 14. Philippicis perorauit:*
  - *Prima itionis in Græciam & reditionis [illegible], quem Atticus requirebat, habuit.*
  - *Secunda ſenex ōrator, ... anno 64. contra Antonium ...*
  - *Reliquæ deinde in Antonium conciones, tanquam σκιαμαχίαι quædam & umbratiles pugnæ fuerunt. His enim Antoniū urbe expulit, & ad eum perſequendum Coſſ. Hircium & Panſam, tum Octauium armauit.*
- *Mors. Nam cum Remp. & ſeipſum puero Octauio (dum ei imperium, exercitum, ouationem, conſulatū deniq; procuraret) miſerè crediſiſſet: ab eo proditus eſt. Itaq; cum iam in altum inuectus, ad Brutum aut Sextum poſſet effugere, fugæ uitæq; pertæſus: Moriar, inquit, in patria ſæpius à me ſeruata. Itaq; afflicta per Triumuiros Rep. ab Herennio ingrata auaritia occæcato (hunc enim ipſum parricidij reum, Tullius periculo capitis liberauerat) Antonij iuſſu trucidatur, trucidatiq; caput inter duas manus pro roſtris ponitur: acu etiam, qua Philippicas pronunciaſſet, à Fuluia ſauciatum. Sic igitur uir eloquentiſsimus extinctus eſt, paulatimq; deinceps eloquentia ipſa extingui cœpit, ut ipſe paulò antè mortem uelut auguratus eſt Tuſculan. 1.*

Peroratio.

Quamobrem, qui Ciceronis eloquentiam uobis ad imitandum proponitis, tantæ uirtutis, tam uarias, tamq́ graues cauſas ex hoc uniuerſæ uitæ curſu, ante oculos reuocate: quæ doctrinæ, quæ ſtudia infantis, pueri, adoleſcentis, uiri, ſenis denique Ciceronis fuerint: nullam uniuerſæ uitæ partem laboribus eloquentiæ, uigiliiſq́ uacuam reperietis:

- *Natus eſt in erudita familia.*
- *Infantiæ incunabula, rudimenta futuri oratoris fuêre.*
- *Puer primum Græcis, deinde Latinis Grammaticis traditus, pueros omnes benè loquêdi, beneq́ ſcribendi diligentia ſuperauit.*
- *Adoleſcens omnes omnis generis omniſq́ loci*
  - Rhetores.
  - Oratores.
  - Philoſophos.
  - Iureconſultos.

  auſcultauit & obſeruauit.
- *Quid uirilis ille forenſium actionum, publicorumq́ honorum curſus, Quæſturæ, Ædilitatis, Præturæ, Conſulatus ſpacio definitus, quas animi ingeniiq́ contentiones, quos ſudores, quæ pericula, quam uictoriam tandem palmamq́ non habuit?*
- *Quid decurſus ætatis & flexus, quàm præclara, quamq́ multa boni illius eloquentiſq́ uiri monimenta, quàm admirabili mentis acie, quamq́ incredibili ingenii uigore compoſuit?*

Ad ſummum eloquentiæ principatum Ciceroni

- *Natura, rudia initia contulit.*
- *Ars incrementa dedit.*
- *Improbiſſimus ille perpetuæ commentationis & exercitationis labor, infinita quadam acceſſione, & naturæ initia & artis incrementa ſuperauit.*

Quare qui reuera ac ueritate Ciceronianus eſſe, non ſpecie tantum ac nomine haberi cupiet: optabit ille Ciceronis

- Naturam.
- Doctrinam.
- *Induſtriã illam, uniuerſæ uitæ ſociam & comitem perpetuam.*

Finis Ciceroniani.

PETRI

De morte Ciceronis
M. A. Mureti.
Cum ferus Laenas stricto mucrone satelles,
Quaerere supplicium de Cicerone parans,
Invecto vultu, atq; oculis constantibus, illa
[illegible] infracta colla secanda manu.
Publica libertas vita mihi carior, inquit
[illegible] quoq; me fuerat, te moriente mori.

PETRI RAMI
EXOTERICA.

Hoceſt

I. GRAMMATICA

LATINA.

GRAECA.

GALLICA.

II. RHETORICA.

III. LOGICA.

P. RAMVS

BIBLIOTECA NAZ. ... EMANUELE

P. RAMVS *Lectori S.*

SI requiris Lector, quid hæc Grammatica ſupra cæteras omnes Grammaticorum artes afferat: Certè ut ſit breuitate & facilitate accuratior (Etymologíam enim ſingularum uocum, deinde coniunctarum Syntaxim interpretando, fuſas etiam per utranque proſodiam & orthographiam interpretatur: communia ſemel exponit, ut ſyllabę quantitatem, ut uocis accentum, ſpeciem, figuram, numerum, ut genera nominum: propria proprijs locis digerit:) Sic ordinis compendio & claritate totum dimidio breuius & facilius efficit. Genera autem declinationum & coniugationum ad infinitam uocum multitudinem apta partitione diſtinguendum, præcipui laboris fuerunt. In quibus ſi contra grammaticos alia probata, alia repudiata: ſi totam deniq; Grammaticæ ſpeciem mutatam miraberis, Scholæ Grammaticæ cauſam tibi explicabunt. Vnum certè quidem & in etymologia, & in ſyntaxi à nobis elaboratum eſt, ut grammatica ex uſu benè loquentium deprompta, & ad eundem uſum apta traderetur. Nihil enim huc ex opinione Grammatici cuiuſquam translatum: ſed per nos è præſtantibus autoribus obſeruata probataq; omnia tibi tradidimus.

Vale.

PETR

PETRI RAMI GRAMMATICA LATINA.

Generalis Typus Grammaticæ.

- Grammaticæ duæ ſunt partes.
  - Etymologia. Vocum: in Voce autem conſid.
    - 1.
      - Partes.
        - Litera cuius, eſt
          - Proſodia.
          - Orthographia.
        - Syllaba.
      - Communes affectiones.
        - Accentus.
        - Notatio.
    - 2. Species. Eſt enim uox alia
      - Numeri, uel
        - Nomen: in quo conſider.
          - Genus: à cuius differẽtia nomen eſt uel
            - Adiectiuum: cui accidit Comparatio.
            - Subſtantiuum: cui accidit Diminutio.
          - Caſus: ex quo Declinatio: quæ eſt uel
            - Pariſyllaba
              - Prima ubi Anomala.
              - Secunda: ubi Anomala.
            - Impariſyllaba.
              - Prima: ubi Anomala.
              - Secunda: ubi Anomala.
        - Verbum
          - Tempus. / Perſona — Vnde Coniugatio, quæ eſt uel in
            - Bo
              - Prima.
              - Secunda.
            - Am
              - Prima.
              - Secunda.
      - Sine numero.
        - Aduerbium, ſub quo
          - Interiectiones.
          - Præpoſitiones.
        - Coniunctio.
          - Enunciatiua —
            - Congregatiua.
            - Segregatiua.
          - Ratiocinatiua —
            - Cauſalis.
            - Rationalis.
  - Syntaxis Orationis, in qua cõſid.
    - Species.
      - Analogia, id eſt,
        - Conuenientia uocis.
          - Cum numero.
          - Sine numero.
        - Rectio in uocibus. —
          - Numeri.
          - Sine numero.
      - Anomalia, ut Ellipſis.
    - Differentia & diſtinctio per Proſodiam & Orthographiam.

Hic generalis typus ſufficit pro duabus ſequentibus Grammaticis, Græca & Gallica: idem enim eſt utriusq; ordo.

De Literis & Syllabis.

- *Grāmatica eſt ars benè loquendi. Partes verò eius duæ ſunt,*
  - *Etymologia, quæ eſt prima pars Grammaticæ, quæ uocum ſingularum proprietates interpretatur. Vox eſt nota, qua unumquodq; uocatur. Fit autē è ſyllaba. In uoce conſid.*
    - 1.
      - *Partes duæ*
        - *Litera, quæ eſt in ſyllaba ſonus indiuiduus: cuius*
          - *Proſodia è poteſtate, orthographia è forma percipitur.*
          - *Diſtributio: eſt in*
            - *Vocalem, quæ eſt litera, quæ per ſe ſyllabam poteſt efficere: eſtq; uel*
              - *Diducta, quæ fit ore diducto ut A,e,i.*
              - *Contracta, q̄ fit ore contracto, ut o,u,y.*
            - *Conſonam, eſt litera, quæ tantū cum uocali poteſt ſonare: eſtq; uel*
              - *Semiuocalis, q̄ ſonū, tanquam uocalis dimidiū efficit: eſtq; uel*
                - *Liquida, cuius ſonus emollitur a liquādo & tanquā liqueſcit, ut S. R. L. M. N.*
                - *Firma, quæ immutabilem ſonum habet, ut Iod, Vau, F.*
              - *Muta, q̄ ſola dūtaxat conatum quendam mutit. Eſtq;*
                - *Aperta, ut T. D. C. K. Q. G.*
                - *Clauſa. B. P.*
            - *Quibus*
              - *Compēdia ſcripturæ à Græcis accepta ut Z. X.*
              - *Notæ aſpirationis ut H.*
        - *Syllaba eſt in uoce ſonus integer, ut dos, flos. In ea cōſid.*
          - *Cōpoſitio. Syllaba enim fit è litera, quæ eſt ſyllaba ipſa per ſe aut pars ſyllabæ. Eſt ergo ſyllaba uel*
            - *Vnius literæ, ut Vocalis qualibet.*
            - *Plurium literarum & uel è*
              - *Vocalibus tantum; idq; duabus tantum, unde diphthongus appellatur: duarum nempe uocalium in unam ſyllabam comprahenſus ſonus: eaq; quadruplex, æ, au, œ, eu: quales ſunt primæ ſyllabæ in ætas, audio, œſtrum, euge.*
              - *Vocali & conſonante mixta, quæ plures literas complecti poteſt: modò duas, ut ab: modò tres ut ars: modò quatuor, ut Mars: modò quinq; ſtās: modò ſex: ubi ſi tres conſonæ antecedāt uocalē, duæ tantum ſequentur: aut ſi duæ antecedant, tres ſequentur. ut in monſtrās, ſtirps. Hic conſid.*
                - *Coniunctio conſonantium continuarum, quæ qualis eſt in uoce, talis in ſcriptura eſſe debet, ut quæ coniunctè proferūtur, coniunctè quoq; ſcribantur. Hæc etymologia ſpectat præcipuè medium ſimplicis uocis, ubi coniungendæ conſonæ ſunt, quæ coniungerentur in principio uocis: quas diuidere ſyllabis barbariſmus ſit.*
                - *Diuiſio ſyllabarum, quæ pendet è contraria coniunctione conſonarum: nam quæ non coniunguntur, diuiſæ ſunt. Vna lex eſt hîc communis: Si duarum in eadem ſimplici dictione ſyllabarum præcedens deſinat in conſonam, ſequens incipiet à conſona: itaq; ſi hæc à uocali incipiat, illa deſinet in uocalem: & ſi ſimplex cōſona ſit in medio, erit ſyllabæ ſequentis. ut in Gallus, pius, pater, ſunt Gal, lus pi, us: pa, ter.*
          - *Quantitas. Vide Agnum* *
      - *Communes affectiones.*
    - 2. *Species.*
  - *Syntaxis.*

- **Syllaba eſt.**
  - 1. *Tantũ*
    - *Breuis, quæ conſtat uno tempore, ut*
      - 1. *Vocalis ante uocalem: ut prima ſyllaba in Deus. In Græcis tamen obſeruetur ſua quantitas, ut in Δι@, Dius.*
      - 2. *Finalis a, e, y. ut Muſa, lege, Moly.*
      - 3. *Qualibet uocalis ante finales r. l, t, d, m, b. ut iubar, nihil, legit, apud, templum, ab.*
      - 4. *I & u ante finalem s, ut triſtis, bonus.*
    - *Longa, quæ conſtat duobus tẽporibus. Eſt autem longa uel*
      - *Natura ut*
        - 1. *Omnis diphthongus, ut prima ſyllabæ in ætas, audio, cœna, euge.*
        - 2. *I & u in fine dictionis, ut in ueni & manu.*
        - 3. *Qualibet uocalis ante finalẽ n & c. ut Titan, ſplen, delphin, Xenophon, Phorcyn: illac, halec: dic, hoc, duc.*
        - 4. *A, e, o ante s finalem, ut amas, doces, nepos.*
      - *Poſitione, quando ipſius uocalem ſequũtur duæ conſonantes aut duplex, ut eſt. pax, gaza, aio. Nam i in medio duarum uocalium longa eſt perinde atq; x & z. Excipe quando liquida r uel l, in eadem ſyllaba poſt uocalem natura breuem ſequitur aliquam harum ſeptem conſonantiũ f. t, d, c, g, b, p tum enim liqueſcunt, & ideo ſyllabam faciunt ancipitem, ut Afri, arbitror, exedra, &c.*
  - 2. *Communis, ut O in fine, ut homo, amo. Monoſyllaba tamen producuntur, ut ô, ſto, flo, do, pro.*

De Accentu & Notatione.

- *Vocis communes affectiones ſunt.*
  - *Accentus, quo uox uelut accinitur: eſtq; in unica ſyllaba dictionis, quã uis polyſyllabæ, unicus & quidem uel*
    - *Acutus, quo ſyllaba eleuatur.*
    - *Habet.*
      - *Grauis, quo ſyllaba deprimitur.*
      - *Flexus quo ſyllaba tum eleuatur, tum deprimitur.*
    - *In Accẽtu conſider.*
      - *Locus. Nam in*
        - *Monoſyllabis accentus notus eſt, ut in ſum, es, eſt.*
        - *Diſſyllabis penultima habet accentum: ut in bonus, uarus.*
        - *Polyſyllabis eſt in*
          - *Penultima, ſi lõgu eſt*
            - *Natura, ut Romanus.*
            - *Poſitione, nec tamen anceps, ut ſeneſco.*
          - *Antepenultima, ſi penultima anceps eſt, uel breuis, ut dominus, celebris, uolucris.*
      - *Mutatio. Accentũ enim mutat.*
        - *Interrogatio & in ultimã transfert. Vt ſed quid ego?*
        - *Diſtinctio, ut in una, uerò & in cæteris ambiguis.*
  - *Notatio, quæ diſquiritur uocis.*
    - *Species, quæ eſt notatio quæ diſquiritur primáne ſit uox, an aliunde flexa. Prima ut amo, flexa ut amabilis. Commutat aliquando ſpecies quantitatem uocum: ut prima ſyllaba in lucro producitur, in latco corripitur: contra in lucerna & laterna. Martial in Apophor. Dux laterna uiæ clauſis feror aurea flammis, Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.*
    - *Figura, quæ diſquiritur utrũ uox ſimplex an compoſita ſit: ſimplex ut doctus, compoſita ut perdoctus. Compoſitio uerò mutat interdum.*
      - *Literas ut cognoſco pro connoſco.*
      - *Coniunctionem conſonarum, item diuiſionem, ut in abutor ſyllaba prior deſinit in conſonã, poſterior incipit à uocali.*
      - *Quantitatem ſyllabæ, ut omni & cuncti ultimam producunt, quæ corripitur in omnipotens & cunctipotens.*

DE NOMINE & Generibus.

- *Vox eſt uel*
  - *Numeri, quæ ad ſignificat numerum: et quidem ſingularē aut pluralem, unde uox numeri ſingularis aut pluralis appellatur. Singularis numerus eſt, quo res ſingularis exprimi poteſt: ut doctus legit. Pluralis, quo res plures exprimi poſſunt: ut docti, legūt. Vox numeri.*
    - *1. Eſt uel*
      - *Finita, quæ numerum certo flexionis fine definitum ad ſignificat: ut doctus, legit.*
      - *Infinita, quæ non ad ſignificat, ut nequam, præſto, amare, amandi.*
    - *2. Eſt uel.*
      - *Nomē, quod eſt uox numeri cū genere & caſu. Eius igitur ſpeciales differentiæ duæ ſunt*
        - *Genus. Genus eſt differentia nominis ſecundum ſexū. eſtq́ uel.*
          - *Simplex.*
            - *Naturale.*
              - *Maſculinum. Maſculini generis nomē eſt, cui hic præponi poteſt: qualia ſunt mari, aut rebus maris ſpecie conceptis congruentia, ut Marcus, Catilina, Dinacium piſtor, Sequana, Aprilis.*
              - *Fœmininū. Fœminini generis nomē eſt, cui hæc præponi poteſt: qualia ſunt nomina.*
                - *Fœminæ, aut rebus fœminæ ſpecie conceptis congruētia: ut Tul ia, Glycerium, obſtetrix.*
                - *Regionum, ut Aegyptus, Samos.*
                - *Vrbiū, ut Roma, Carthago.*
                - *Arborum, ut pyrus, ceraſus.*
            - *Fictum, ut Neutrū Ficti generis nomē eſt, cui hoc præponi poteſt, ut hoc templum.*
          - *Multiplex.*
            - *Commune Communis generis nomē eſt, cui hic & hæc præponi poteſt. ut ciuis, ſacerdos, homo.*
            - *Omne. Omnis generis, cui hic & hæc & hoc præponi poteſt, ut fœlix, amans.*
          - *Et differentia generis nomen eſt uel.*
            - *Adiectiuū.*
            - *Subſtantiuū.*
        - *Caſus.*
      - *Verbum.*
  - *Sine numero.*

De Adiectiuis & Comparatione.

- *Adiectiuum eſt nomen trium generum, etiam in uno fine. In eo conſid.*
  - *Fines. Habet.n. uel.*
    - *Vnum, ut fœlix, amans. item infinita, eiuſmodi, iſtiuſmodi, illiuſmodi, huiuſmodi, damnas, mancipi, nequam, præſto, frugi.*
    - *Duos, ut fortis forte.*
    - *Tres, ut bonus, bona, bonū: acer acris acre: ſequeſter, ſequeſtris, ſequeſtre: equeſter, equeſtris, equeſtre.*
  - *Cōparatio, quæ adiectiuis pleriſq́ accidit: ut diminutio contra etiam ſubſtātiuis. In cōparatione conſider.*
    - *Gradus. ut*
      - *1. Abſolutus ut doctus.*
      - *2.*
        - *Cōparatiuus qui per abſolutū p magis explicatur. ut doctior, magis doctus.*
        - *Superlatiuus qui per abſolutum per maximè explicatur. ut doctiſsimus, maximè doctus.*
        - *Formatur uterq́ ex abſoluto fine in i:*
          - *Comparatiuus addito or pro cōmuni genere & ut pro neutro. ut à docti, doctior, doctius.*
          - *Superlatiuus addito ſsimus, ſsima, ſsimū: ut doctiſsimus, doctiſsima, doctiſsimum. Si abſolutus deſinat in r, ſuperlatiuus fit addito rimus, rima, rimum.*
    - *Affectio. Nam plerunq; è tribus gradibus, alius.*
      - *Deeſt: ut Exterior, extremus & extimus. Interior intimus Inferior, infimus. Ocyor ocyſsimus. Vlterior, ultimus. Superior, ſupremus Deterior, deterrimus. Citerior, citimus. Poſterior, poſtremus. Propior, proximus, unde & nouus comparatiuus proximior. Prior, primus. Adoleſcens, adoleſcentior.*
      - *Illegitimè formatur. ut Siniſter, ſiniſterior, ſiniſtimus. Sacer, magis ſacer, ſacerrimus. Vetus ueterior, ueterrimus. Frugi, frugalior, frugaliſsimus. Matur⁹, maturior, maturiſsimus & maturrimus. Malus, peior, peſsimus Magnus, maior, maximus. Multus, plus pro neutro ſingulari tantùm, plurimus. Quinq; in lis faciunt limus in ſuperlatiuo, Agilis, Humilis, Similis, Facilis, Gracilis.*
  - *Adiectiua quæ non comparantur.* *

Non com-

- * *Non comparantur adiectiua.*
  - *In*
    - *Vs purum, ut aureus, pius. Tenuior tamen tenuiſſimus & aſſiduiſſimè dicimus.*
    - *Dus, ut colendus.*
    - *Inus, ut opimus.*
    - *Plex, ut multiplex: ſimplicius Quintiliano placuit.*
    - *Iuus, ut deliberatiuus. Feſtiuior tamen & feſtiuiſſimus.*
    - *Tinus, ut matutinus.*
  - *A fero & gero, ut legifer, armiger: aliaq́ permulta, ut equeſter, ſylueſter, degener, memor, cicur, &c.*

De Subſtantiuis & Diminutione.

Subſtantiuum eſt nomen generis ſimplicis, aut ſummum duplicis. Ei diminutio accidit. Eſt autem diminutiuum, nomen ſine comparatione, ſignificãs in eodem genere diminutionem ſui primitiui. Finitur autem in

- *Io. ut ab homo, homuncio: à ſenex ſenecio.* — *Hi duo fines rariores ſunt.*
- *VS, ut*
  - *Eus, ut equuleus, ab equo: aculeus ab acu.* — *Hi duo fines rariores ſunt.*
  - *Lus, quod maximam turbã continet, L modò*
    - *Simplici, ut*
      - *Olus, ola, olum. filiolus, filiola, negotiolum, palliolum.*
      - *Vlus, ſeruulus, uetulus, regulus, aquula, ſyluula, capitulum.*
    - *Duplici, ut*
      - *Nus, na, num. ut aſinus, aſellus, aſella. gemellus gemella, gemellum. bonus, bellus, bella, bellum: pugnus pugillus.*
      - *Er, ra, rum. Ager, agellus. Liber, libellus. Libella, umbella: ſacrum ſacellum: lucrum, lucellum.*
      - *Lus, la, lum: catulus, catellus: codex, codicillus: fabula, fabella: tabula, tabella: uelum, uexillum.*
- *Er: qui finis rarior eſt: ut ſurdaſter, Antonaſter Ciceroni: parasitaſter Terentio. Dominaſter, Vitruuii. herbis.*

De Prima Declinatione Pariſyllaba.

Caſus eſt ſpecialis terminatio nominis in eo conſidet.

- *Quotuplex ſit. Eſt enim ſextuplex:*
  - *Nominatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accuſatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus.* — *Caſus ſimiles ſunt.*
    - *Bini in numero.*
      - *Vtroq́, nominatiuus & uocatiuus.*
      - *Purali, datiuus & ablatiuus.*
    - *Terni in neutris, in utroq́ numero: nominatiuus, accuſatiuus, uocatiuus.*
- *Declinatio, quæ eſt flexio nominis ſecundum caſus: eſtq́ uel*
  - *Pariſyllaba, cuius nominatiuo ſingulari datiuus pluralis in is pariſyllabus eſt, ut muſa, muſis Eaq́ duplex eſt*
    - *Prima quæ habet in numero.*
      - *Singulari.*
        - *Nominatiuum in A fœmininum, ut Muſa, hira amicitia, faba cepa, genuſta. Græcæ declinationis primæ pariſyllabæ maſculina in as, es, & e fœminina. Græcum finem frequenter hæc retinent, ut Aeneas, Sophiſtes, Helene. Patronymica in es maſculina & e fœminina ſunt omnia declinationis huius, ut Priamides, Nerine.*
        - *Genitiuum in Ae. excepto Græco familias, in paterfam. filiusfa.*
        - *Datiuum in Ae.*
        - *Accuſatiuum in Am.*
        - *Ablatiuum in A.*
        - *Vocatiuum in A. E. nominatiuo in as & es, abijcit s, ut Aeneá, Anchiſe.*
      - *Plurali.*
        - *Nominatiuum in Ae.*
        - *Genitiuum in Arum: qui interdum à poëtis contrahitur.*
        - *Datiuum & ablatiuum in Is: qui in ſex ſubſtantiuis faciunt abus, equa, liberta, filia, mula, nata, dea.*
        - *Accuſatiuum in As.*
    - *Secunda.*
  - *Impariſyllaba.*

Anomala primæ declinationis.

- *Anomala quædam ſunt.*
  - *Numero: & eorum quædã numero.*
    - *Altero rara & uel*
      - *Plurali, ut eloquentia, ſapientia & ſimilia ſubſtantiua: item adorea, fama, fuga, cholera. gloria.*
      - *Singulari: ut argutiæ, antiæ, epulæ, exequiæ exuuiæ, excubiæ, inſidiæ. infriæ, induciæ. ſalinæ ſcalæ, deliciæ, manubiæ, minæ, nugæ, nuptiæ, naluæ facetiæ feriæ, thermæ, tenebræ, diuitiæ, calendæ, cunæ, clitellæ, quiſquiliæ, balneæ, bigæ, quadrigæ. phaleræ.*
    - *Vtroq; declinãtur integrè, ſed uaria ſignificatione: ut Apina & Trica nomina oppidorum, apinæ & tricæ pro quiſquilijs. Scopa uiolæ genus, ſcopæ pro uerriculo. Litera pro elemento, literæ pro epiſtola. Nundina pro Dea, nundinæ quæ nono quoq; die redeunt tanquam nouendinæ Fidicula parua chorda, fidiculæ quibus rei torquentur. Sic numeralia illa, prima, ſecunda, nona, decima & pluraliter primæ, ſecundæ, nonæ, decimæ.*
  - *Caſu: ut*
    - *Dica, dicam, dicas triptoton & dicis Græca forma, ut dicis cauſa.*
    - *Suppetiæ. ſuppetias: Repetundarum, repetundis, diptota.*
    - *Inficias, monoptoton.*

De Secunda declinatione Pariſyllaba: & eius Anomalia.

- *In ſecunda pariſyllaba conſyder.*
  - *Analogia. Habet enim in numero.*
    - *Singulari*
      - *Nominatiuum in ſ uel r maſculinũ, uel in m neutrum.*
      - *Genitiuum in i. Quod ſi geminum eſt, interdum à poëtis reſcinditur, ut peculi pro peculij.*
      - *Datiuum & Ablatiuum in o.*
      - *Accuſatiuum in um.*
    - *Plurali*
      - *Nominatiuum in i uel a.*
      - *Genitiuum in orum. Qui ſæpè etiam in proſa contrahitur, ut Deûm, fabrûm, ſeſtertiûm, uirûm.*
      - *Accuſatiuum in os uel a.*
    - *Caſus græcus aliquando manet, ut*
      - *Samos, Leſbos, pro Samus Leſbus. Ilion pro Ilium.*
      - *Androgeo pro Androgei.*
      - *Orphei pro Orpheo.*
      - *Pergamon pro Pergamũ.*
      - *Ilionea pro Ilioneum.*
      - *Theſeu pro Theſee.*
      - *Cimmerion pro Cimmeriorum.*
  - *Anomalia. Nã quædã*
    - *Simplicia in.*
      - VS
        - *Numero caret,*
          - *Plurali, ut humus, uiſcus, fimus, limus, ceſtus, bolus, pontus.*
          - *Singulari, ut inferi, ſuperi, liberi, ludi, faſti, fori, cani, cancelli, poſteri.*
        - *Caſu anomala ſunt ut*
          - *Macte, macti, diptoton Grammaticis eſt.*
          - *Vocatiuo. Nam uocatiuo us in e mutatur: ſed*
            - *Tria communia deſinunt in i. Filius, fili: meus, mi: genius geni.*
            - *Deus uocatiuo manet.*
            - *A' proprijs in ius tollitur us, ut Antonius, Antoni.*
        - *Genere anomala ſunt. Hic ſpinus & rubus, & libanus quamuis arborum. Contra, hæc alnus, uannus & humus. Ficus arbor & fructus: at morbus maſculinum: item hæc domus. Græca pleraq; fœminina ſunt: ut lecythus, nardus, cryſtallus, papyrus, balanus: hic & hoc uulgus ſine plurali.*
      - *R. creſcunt genitiuo. penultima breui ut armiger ſigniferi & à fero geroq́ orta. Sic adulter, dexter. uir & inde compoſita, leuir, triumuir, &c.*
      - V M
        - *Carent numero.*
          - *Plurali ut aurum, argentum, acetum, apium, ſtannum, &c.*
          - *Singulari, ut arma, exta, munia, iuſta, uinacea, teſqua, &c.*
        - *Genus cum terminatione mutant: ut Auernus, Iſmarus. ſibilus, tartarus, carbaſus, Plurali neutra ſunt. At Elyſium, raſtrum, frenum, pluraliter Elyſij, raſtri, freni & frena.*
    - *Duplicia ſunt in declinatione uel.*
      - *Vna: ut Intubus, ſupparus, iugulus, fimus, chirographus, commentarius, crocus, clypeus, balteus, baculus, porrus, pileus: intubum, ſupparum, &c. Locus & iocus ſingulariter tantum: at pluraliter loci & loca, ioci & ioca.*
      - *Diuerſa ut ganea, ganeum: menda mendum, amygdala, amygdalum.*

De Pariſyllabis adiectiuis Anomalis, quæ Pronomina dicuntur.

Adiectiua pariſyllaba ſunt declinationis utriuſq; pariſyllabæ: ſed uario genere, ut bonus, bona, bonum. Ex adiectiuis pariſyllabis ſũt ea quæ uulgo pronomina dicuntur & ſunt 21. è quibus.

- *Tria, Ego, Tu, Sui, præcipuam anomaliam habent. Ex his tribus demonſtratiuis oriuntur poſſeſſiua regularia, Meus, Noſter, Noſtras: Tuus, Veſter, Veſtras: Suus.*
- *Reliqua 18. caſus primæ & ſecundæ pariſyllabæ magis oſtendunt: quorum*
  - *Sedecim ius in genitiuo faciũt.*
    - *1. Hic hæc hoc: is ea id: quis quæ quod: qui quæ quod. Hæc tria in ius impurum genitiuum faciunt.*
    - *2. Alius, alter, iſte ille, ipſe, unus, ullus, nullus, uter, uterq;, neuter, ſolus, totus: Hæc tredecim in ius purum faciunt genitiuũ i longa.*
    - *Ex his*
      - *Octo relatiua ſunt alicuius antecedentis alius, alter, u, hic, iſte, ille, ipſe, quis.*
      - *Tria ſunt demonſtratiua, hic, iſte, ille.*
      - *Reciproca ſunt proximi antecedentis, Sui & Suus.*
  - *Duo reliqua ſunt Ambo & Duo.*

De prima declinatione Impariſyllabâ.

Declinatio impariſyllaba eſt cuius nominatiuo ſingulari datiuus pluralis impariſyllabus eſt. Finitur autem ſingulari genitiuo in is, datiuo in i, accuſatiuo in em uel in neutralem finem, ablatiuo in e: plurali nominatiuo & accuſatiuo in es uel a, genitiuo in um, datiuo & ablatiuo in ibus.

- *Prima, cuius genitiuus ſingularis non creſcit: & fines habet*
  - *E neutrum ut mantile*
    - *Lac Lactis ſine plurali eſt: hæ lactes, ſine ſingulari. Mille ſubſtantiuũ ſingulariter aptoton, pluraliter integrè declinatur: adiectiuum plurale tantum eſt & aptoton.*
    - *Ablatiuus ſemper in i deſinit, etiam in adiectiuis, ut triſtis, triſte, triſti.*
    - *Nominatiuus pluralis eſt in ia, ut apluſtria. Singularia carent, magalia, mapalia: agonalia, ſaturnalia, bacchanalia & ſimilia dierum feſtorũ nomina: item ſponſalia.*
    - *Genitiuus pluralis in feſtorum dierum nominibus eſt ſecundæ pariſyllabæ, ut Agonalium, agonaliorum, ſaturnalium, ſaturnaliorum, &c.*
  - *S fœminina. Vt ſunt*
    - *Es ut uulpes, apes uel apis. Sine plurali ſunt, indoles, ſtrues, lues, fames, tabes, pubes: ſine genitiuo & datiuo plurali ſoboles, labes. Hic Verres, hic & hæc torques & uates: hoc panaces. Senex adiectiuum ſaltem ſingulari.*
    - *Is ut corbis, ſtrigilis, ratis, nonalis, etc. Hic cõſid.*
      - *Numerus. Plurali carent, ſitis, bilis, canabis.*
      - *Caſus.*
        - *Vis, uis, uim ui: at integrè plurali, uires, uirium, uiribus: uicem, uice, uices, uicibus, tetraptoton: ambage, ambages, ambagibus: gratis, grate, grates, triptota.*
        - *Accuſatiuo quædam deſinũt in*
          - *Im ut Ararim, ſecurim, ſitim, rauim, tuſſim, peluim.*
          - *Im & em ut reſtis, febris, nauis, turris, clauis, puppis.*
        - *Ablatiuꝰ eſt in*
          - *E uel i quando accuſatiuus eſt in em uel im, ut reſte reſti, febre febri.*
          - *I tantùm quando accuſatiuus facit im uel in. ut cucumim cucumi. Ararim tamen Arare.*
        - *Nominatiuus pluralis eſt Sardis, Trallis, non Sardes, Tralles.*
        - *Genitiuo plurali, contrahuntur ſtrigilis ſtrigilum, iuuenis iuuenũ, canis canum.*
      - *Genus. Maſculina tantum ſunt aſsis & inde compoſita, octuſsis, ſemiſsis, treſsis, decuſsis, centuſsis, uigeſsis: ſic acinacis, axis, enſis, orbis maialis, natalis, iugalis, uermis, uectis, faſcis follis, fuſtis & cætera in nis deſinentia: menſis, torris, caulis, caſsis, callis, collis, piſcis, poſtis, & ſine ſingulari, antes, manes, penates: at hic & hæc amnis, anguis, finis, funis, cl[illegible]uis, hoſtis, ſentis, ſcrobis, torquis, canalis, canis, clunis.*
  - *R maſculinum ut uenter, uter, imber. Item in ter ut accipiter, frater, & mater.*
- *Secunda.*

De Se-

De Secunda declinatione impariſyllaba.

Declinatio impariſyllaba ſecunda eſt cuius genitiuus ſingularis creſcit & maſculinorum eſt. In ea conſider.

- *Caſus*
  - *Singulares. Nõ.*
    - *Genitiuus Gracus hic frequenter manet per os breue, ut cuſtos Erymanthidos urſa.*
    - *Datiuus i interdum corripit.*
    - *E genitiuo & accuſatiuo Græco pariſyllaba quædam formantur: ut elephas elephantis: hinc elephantus elephanti: caſſis caſſidis caſſida: unde caſſida caſſida.*
    - *Ablatiuus adiectiuorum unius finis, habet e uel i ut amans amante uel amanti: ſic artifex, uber, ſupplex, uetus, felix. item illa contracta Arpinas, Fulginas, cuias: ſic comparatiua doctior doctius, fortior fortius: ſic uerbalia in trix, ultrix, uictrix. hoſpes, ſoſpes, pauper, e tantùm. Propria autem ex adiectiuis facta, ſunt analoga, Clemente, Felice.*
  - *Plurales. Nom.*
    - *Nominatiuus Græcis es corripit & inde accuſatiuus as, ut Garamantes Garamantas. Neutra ex ablatiuo in e, deſinunt in a, ut corpore corpora: at ex ablatiuo in i, habent ia, ut felici felicia. Comparatiua tamen detrahunt i, ut doctiora: ſic plura & complura, & uetera.*
    - *Genitiuus ex analogo ablatiuo tantùm contractus eſt, ut honore honorum, milite militum, Cæſare Cæſarum.*
- *Incrementũ quod fit per uocales.*
  - *A.* *ut Titan titanis, ciuitas ciuitatis, thema thematis.*
  - *E.* *ut Res rei, anſer, anſeris, pes pedis, ſerpens ſerpentis.*
  - *I.* *ut Glis gliris, nomen nominis.*
  - *O.* *ut Heros herois, mos moris, litus littoris.*
  - *V.* *ut ſus ſuis, grus gruis. Quædam in us declinantur, ut Cenſus, cenſus cenſui, etc. ſic ſinus, acus, ficus, manus, tribus, domus, porticus, penus, ſpecus, colus.*
  - *Y.* *ut Chalybs chalybis, ſardonyx ſardonychis.*

De Nominibus infinitis.

Analogia impariſyllaborum adhuc fuit. Nomina numero infinita Latinis pauca ſunt: ut

- *Neutra frit, git, pondo.*
- *Adiectiua opus, nequam, damnas, præſto.*
- *Singularia tantum, inſtar, fas, nefas, neceſſe, nihil, nil, gelu.*
- *Nauci, mancipi, frugi genitiui ſunt adiectiuum non ferentes. Talia ſunt eiuſmodi, illiuſmodi, huiuſmodi.*
- *Nomina numerorum pluralia, quatuor, quinq; & in a, triginta, quadraginta, &c ſic centum, mille, tot, totidem, quot, quotquot, aliquot.*
- *A, b, c. alpha, beta & cætera nomina literarum. Sic ſumpta ἀπεμφατικῶς, ut clarum mane, ſcire tuum.*
- *Barbara quædam, ut Adam, Noë, Axi, Illiturgi: quæ Latinè melius flecterētur Adamus, Noëus Axium, Illiturgum. Talia ſunt ſinapi, cepe, gadir, gummi, quæ melius declinantur ſinapis, cepa, Gades, gummis. Sic ex Cim Cimum fieret & ſimilia.*

Et hactenus de nominis Etymologia:
Sequitur de Verbo.

DE VERBO.

- **Verbum eſt uox muone rs cum**
  - **Tempore.** Eſt autem tẽpus differentia uerbi ſeruũ dum præſens, præteritũ & futurum. Hic cõſid. Verbum
    - **Finitum cuius tria tempora ſunt:**
      - **Præſens.**
        - Primum, Amo, Amor.
        - Secundum Amem, Amer.
        - Tertium, Amarem, Amaret.
      - **Præteritum.**
        - **Infectũ.**
          - Primum, Amabam, amabar: E' quo oritur participiũ nomẽ, mutato bam uel bar in ns, ut amabã, amans.
          - Secundum, Amarem, Amarer.
        - **Perfectum.**
          - **Primũ, Amaui: in quo conſider.**
            - Formatio: Fit enim à ſecunda præſentis nouiſsima literas t uerſa in ui, ut amas amaui.
            - Contractio, quæ frequentiſsima eſt & maximam uerborum partem comprahendit, ut audij, amaſti, noſti, & in plurali, audiuêre, amauêre.
            - **Anomalia duplex:**
              - Prima ubi uau conuertitur in u, ſublata præcedente uocali ut domas, domui pro domaui, habet habui.
              - Secunda, ubi tollitur uau cum uocali præcedente, ut iuuat, iuui, moues moui, defendis, defendi.
            - Quantitas. Præteriti enim perfecti diſſyllabi prima producitur, ut in flaui, moui, ſeui, ſeui.
          - Secundum. Amauerim.
          - Tertium, Amauiſſem: Pluſquã perfectum ſecundũ
          - Quartum, Amaueram. Pluſquam perfectum primũ.
      - **Futurum.**
        - **Infectũ.**
          - Primum, Amabo, Amabor.
          - Secundum, Ama, Amare, Amato, Amator.
        - Perfectum, Amauero uel Amauerim.
    - **Infinitũ quod eſt uel**
      - **Perpetuũ, quod flectitur per**
        - Re uel Ri, præſenti tempore, ut amare, amari.
        - Se, præterito infecto, perfecto, pluſquam perfecto, ut amauiſſe.
      - **Participale, quod flectitur ſpecie nominalis caſus. eſtq́; uel**
        - **Gerundium quod flectitur in**
          - Di & Do præſenti et præterito tempore. Formatur mutato bam uel bar in ndi, ut amabam, amandi.
          - Dum in futuro.
          - (E' gerũdio oritur nomen gerundiuũ in dus da dum.)
        - **Supinũ quod flectitur in**
          - V. præſenti & præterito. Supinum primũ formatur à præterito perfecto finito primo. nouiſsimis duab. literis in tu uerſis ut amaui amatu. Hinc participiũ nomẽ in us ut amat⁹.
          - V in futuro Secundũ ſupinũ fit à primo addito m, ut ab amatu amatũ Hinc participium nomen in rus mutato m in rus, ut ab amatu amaturus.
  - **Perſona.** Eſt aũt perſona ſpecialis terminatio uerbi: eaq́; triplex eſt in utroq́; numero Hinc uerbi forma duplex eſt:
    - Prima, quãdo thema deſinit in o: ac ſi flecti poſsit in or, actiuũ uerbum dicitur: ſi non poſsit, dicitur neutrum.
    - Secunda, quando thema deſinit in or: ac ſi flecti poſsit in o, dicitur paſsiuum: ſi non dicitur deponens. Paſsiua & deponentia perfectis temporibus carent.
    - (Verba quædam tertia tãtũ ſingulari flectuntur, dicunturq́; impersonalia, ut pœnitet, amatur: quæ thematum ſuorum legem ſequuntur.)

(E' flexione uerbi ſecundum tempora & perſonae oritur Coniugatio.)

De Coniugatione.

- Coniugatio eſt uel in
  - BO, cuius futurum infectum primum deſinit in Bo uel Bor Formatur autem à ſecũda perſona ſingulari temporis præſentis primi conuerſo s uel ris in bo uel bor, ut amas, amaris, amabo, amabor. Eſtq; duplex.
    - Prima, cuius ſecũda pſona ſingularis tẽporis præſentis primi deſinit in as actiuè uel aris paſsiuè. Hæc conſid. anomalia
      - Infecti. Ouat Grammaticis ſolũm eſt: unde tamen eſt ouans. À iuro fit deiero & peiero. Dor, der & for non dicuntur, daris tamen, deris & faris, & inde orta ualent.
      - Perfecti. E'
        - Plenis pauca ſunt anomala. Poto potaui potatũ & potũ: neco necaui necatũ & nectũ: plico aliquando plicui & plicitũ, ſed ſæpius eſt analogum: ſeco ſecui ſectũ: frico fricui frictũ. at ſecaturus, affricaturus, refricaturus Latina ſunt. Veto & domo ſunt anomalia prima, iuuo ſecunda. Lauo ſine præterito lauatum. Do dedi datum.
        - Neutris.
          - Quædam formant nomina uelut à deponenti, ut ab inueteraui, inueteratus. ſic à iuro iuratus, cœno cœnatus.
          - Anomalia prima ſunt ſono, tono, cubo, crepo, mico, ſto.
          - Labo ſine præterito & ſupino.
    - Secunda. cuius perſona ſingularis, tẽporis præſentis primi deſinit in es uel eris. Hîc conſid. quòd
      - Analoga
        - Plena pauca ſunt, ut uieo, deleo, neo & cõpoſita à pleo; expleo. &c.
        - Neutra pauciora ſunt. oleo & compoſita inde.
      - Anomalia
        - Prima obtinet in multis
          - Plenis, ut arceo, habeo ſorbeo, moneo, taceo, terreo.
          - Neutris, ut ſoleo, lateo, liceo, libeo, ualeo, mereo, &c. Plurima autẽ neutra in ui carent ſupino, ut egeo, horreo, ſileo, ſtudeo, &c.
        - Secunda uarios fines habet, ut
          - Si, ſu, ut ſuadeo, rideo, mulceo.
          - Xi, ctu, ut augeo, lugeo mulgeo.
          - Vi, tu, faciunt deſinẽtia in ueo, ut uoueo, foueo, moueo.
          - Di, ſu ut uideo. ſpondeo, mordeo, tondeo.
  - AM. cuius futurum infectum primũ deſinit in am uel in ar Formatur aũt à perſona prima ſingulari præſentis temporis primi, o uel or in am uel ar conuerſa: ut peto petam petor, petar. Eſt autem duplex,
    - Prima, cuius ſecunda ſingularis, tẽporis præſentis primi deſinit in is uel eris breue. Hîc cõſid. anomalia
      - Infecti. Inquio uel inquã. Contracta ſunt fac, dic, duc.
      - Perfecti. nam anomalia.
        - Prima ſunt uomo, mola, compeſco In ſco deſinentia mutuantur primitiui præteritum & ſupinum: ut pertimeſco, adſciſco, reſciſco, conſciſco.
        - Secundæ uarij ſunt fines:
          - Si, ſu. ut ſpargo, rado, rodo, lædo, &c.
          - Ss, ſtu, uro. gero.
          - Xi, ctu: aſpicio, ungo, ſugo, ſtruo.
          - Xi, xu: figo, frigo. flecto. fluo.
          - Psi ptu: ſumo, ſcalpo, ſculpo, ſcribo.
          - Ri, ſu: curro, pario.
          - Li, ſu: fallo, tollo, pello.
          - Mi, ptu emo, adimo.
          - Ni, tu: cano.
          - Vi, tu ſero, ſino, ſoluo, ſperno.
          - Ti, tu: ſiſto, uerto.
          - Di, ſu: accendo, ſcando, defendo, mãdo.
          - Ci ctu: iacio, uinco, facio, inficio.
          - Gi, ctu: ago lego, fugio, frango, tango.
          - Bi, tu: glubo, bibo.
          - Pi, ptu. rumpo, capio.
      - Huius coniugationis anomala præcipua quatuor ſunt
        - Edo.
        - Sum.
        - Volo.
        - Fero.
    - Secunda, cuius ſecunda perſona ſingularis præſentis temporis deſinit in is, uel iris longum. Hîc conſid. anomalia
      - Præteriti infecti. Ibam & quibam.
      - Futuri infecti. Ibo, & quibo.
      - Præteriti & ſupini. Haurio, amicio, aperio, operio, &c.

DE ADVERBIO & Coniunctione.

- *Vox numeri expoſita eſt ſequitur uox ſine numero: quæ nullum numerum aſsignificat: ea eſt aut*
  - *Aduerbium, quæ eſt uox ſine numero, quæ uoci alij adiungitur. Eſt enim aduerbium tanquam adiectiuum nominum, uerborum, aduerbiorum etiam ipſorum. Aduerbia uerò*
    - *Natiua pauciora ſunt ut*
      - *Mox, uix, cras, heri, ita, non.*
      - *Interiectiones, hei, heu, heus, ô, uæ, proh.*
      - *Præpoſitiones.*
        - *Inſeparabiles, ut di, dis, re, ſe, am, con.*
        - *Separabiles, ut ad, apud penes, &c.*
    - *Plurima oriuntur è nominibus:*
      - *Primo integris, ut ſunt*
        - *Nominatiui, utrum, multum, minimum.*
        - *Ablatiui, initio, ueſpere, quò, quà, neceſſariò.*
      - *Secundo ex ablatiuo, ſed uario uariè ut ex ablatiuo*
        - *Subſtãtiui quædam deſinũt in*
          - *Im ut ſummatim centuriatim, uiritim, punctim.*
          - *Itus, ut funditus, cœlitus, radicitus, ſtirpitus.*
        - *Adiectiui.*
          - *Poſitiui in o uel i: ſed*
            - *O. mutatur in è, ut docte, doctiſsimè. Hic aliquãdo etiã ablatiuus manet, ut ſedulo, ſedulè, ingrato ingratè. aliquando mutatur in itus uel iter et ferè geminat, ut diuinè diuinitus, publicè publicitus, humanè humaniter, humanitus.*
            - *I. additur ter, ut ab acri acriter: ſublimiter, fortiter. Contracta ſunt audacter, difficulter.*
          - *Comparatiui: ſed addito us ut à doctiori doctius, à fortiori fortius.*
      - *Tertiò ex numeralibus, ut aduerbia numerandi, excepto ſemel: bis pro duis, ter, quater, quinquies, ſexies, &c. Sic quoties, aliquoties, toties: atq; etiam illa uiritim, bifariam, trifariam, quadrifariam: pridie, poſtridie, nudius tertius, id eſt nunc eſt dies tertius: ſic nudius quartus.*
  - *Coniunctio, quæ eſt uox ſine numero, quæ orationis multiplicis partes coniunguntur. Ea eſt partim*
    - *Enũciatiua, quæ enunciationis partes coniunguntur: eſtq; partim*
      - *Congregatiua, quæ partes tãquã ſimul ueræ congregãtur: & quidem aut*
        - *Copulatiua, quæ partes abſolutè copulãtur. ut ac, etiã, itẽ, nec, quoq;, que: et compoſita, atq; itemq;, neq;.*
        - *Cõnexiua, quæ pars conſequens ex antecedentis conditione connectitur. ut Si, ſin, ni, niſi.*
      - *Segregatiua, quæ enũciatiõis partes uelut nõ ſimul ueræ ſegregãtur: eſtq; aut*
        - *Diſcretiua, quæ partes uariare tantùm ſegregãtur: ut, nũt, aſt, at, niſi, extraquam, interea, interim, tamẽ, tametſi, quanquã, quamuis.*
        - *Diiunctiua, quæ partes ipſæ ita ſegregantur, tanquam una tantum uera eſſe poſſit ut, aut, an, ſiue, ue, uel.*
    - *Ratiocinatiua, quæ ratiocinationis pars alia ex alia uelut aſſeritur: ea appellatur uel*
      - *Cauſalis, quæ antecedentis rei cauſa redditur ut, enim enimuera, etenim, ſiquidem, quoniam, quia, nam, namq;.*
      - *Rationalis, quæ ex antecedente conſequens colligitur: ut, ergo, ita, itaq;, ideo, igitur, quare, quamobrem, quapropter, quocirca.*

Finis primæ partis de Etymologia.

DE SYNTAXI.

Conuenientiæ.

Expoſita eſt Etymologia ſuis partibus: Syntaxis ſequitur. Syntaxis eſt ſecunda pars Grammaticæ, quæ uocum ſtructuram interpretatur: cui frequēs anomalia Ellipſis opponitur. Eſt autem Syntaxis uel in

- Conuenĩtia, quando uoces cōmunibus proprietatib. cōueniūt: quæ eſt uocum uel
  - Cum numero, ut
    - Nominis cū nomine. Nam cōuenientia nominis cū nomine eſt in numero, genere, caſu ut Grauis teſtis: uir clariſſimus. Anomalia hîc eſt uel
      - Communis.
        - Prima eſt ex Ellipſi. Nam in cōuenientia ſubſtantiui & adiectiui reticetur aliàs ſubſtantiuum, aliàs adiectiuū: ſed ex aliquo expreſſo intelligi ſolet. Vt clariſſimo patre natus, auis, maioribus. His bis intelligitur, clariſſimis.
        - Proxima Numeri eſt. Singularia enim multa habetur pro uno plurali. Procles & Cryſthenes gemini fratres fuerunt. Sed illa anomalia in ſubſtantiuis eſt licentior. ut Vrbe Athenæ.
      - Specialis in.
        - Genere. Eſt aūt anomalia generis uel
          - Vnius ad unū diſſimile, ut Scipio Corculum. Garumna flumen. Mors omnium extremum.
          - Multorū diſſimiliū ad unum: Nā genera
            - Animatorū maſculinū & fœmininum conueniunt maſculino. Pater & mater mortui.
            - Inanimatorū diuerſa conueniunt neutro: ut pulchritudo, conſtantia, ordo in conſilijs factiſq; conſeruanda ſunt.
        - Caſu, quæ rariſſima eſt. ut Macte uir uirtute eſto, pro mactus.
    - Verbi cum nomine. Nam conuenientia uerbi cum nomine, eſt in numero & perſona. Nominatiuus nominis dicitur ſuppoſitū: uerbū aūt appoſitū ut ego amo, Hîc cōſid.
      - Ellipſis.
        - Suppoſiti. Nam ex appoſito primæ & ſecundæ perſonæ, ſæpè intelligitur ſuppoſitū primæ & ſecundæ. Vt, uereor te laudare in os: hîc intelligitur, ego. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris: hic intelligitur, tu.
        - Appoſiti, quod ex aliquo prædicto intelligitur. Vt Sed hæc hactenus. Quid multa?
      - Anomalia.
        - Numeri, quæ hîc minus uſitata eſt. Vt cepere ſe quiſque extollere. Rarius etiam illud & poëticum planè: Pars in fruſta ſecāt. Anomalia elegantior eſt in uerbo ſubſtantiuo, quando conuenit ſuppoſitorum antecedentium poſteriori, cum debeat priori. Vt Amantium iræ amoris redintegratio eſt.
        - Perſonarū, quæ ferè ppetua eſt. Nam in nominib. prima perſona cum ſecunda uel tertia cōuenit uerbo primæ: item ſecunda cū tertia cōuenit uerbo ſecundæ. Vt Hæc ſi neq; ego, neq; tu fecimus. Ego & Cicero ualemus.
  - Sine numero, ut
    - Aduerbij. Aduerbia aūt quædam conuenientiā certam habent.
      - Comparationis: Sic
        - Quàm conuenit omni gradui. Vt Quàm audax ad conandū, tam obſcurus in agendo. Cōparatiuū aūt unū comitatur, aut duobus interponitur. Vt Serius quàm crudelius factū. Cum ſuplatiuo, ut: Quàm celerrimè mittere.
        - Vi iungitur etiā ſuperlatiuo. Vt grauiſſimè diligentiſſimeq; potui.
        - Tam aliquando idem ualet. Vt, uituperanda eſt rei tam maximè neceſſariæ incuria.
        - Longè & multò conueniunt comparatiuis & ſuperlatiuis. Vt Longè melior. Conſpectus ueſter multò iucundiſſimus.
      - Numeri. Nam aduerbia numerum ſignificantia cōueniunt diſtributiuis nominibus. Vt bis bina. Septenos octies ſolis anfractus.
    - Coniunctionis. Vide ſignum *
- Rectione. Vide ſignum ✠

* Cõuenientia coniunctionum ferè eſt in ordine antecesſionis, ô ſecutionis uel utriusq. Itáq;

- **E' Copulatiuis.**
  - **Tantùm**
    - Antecedunt atq;, ac, & ſed ſedetiam, uerum etiam, nedum, nec, neq;, tum quin, quinetiam. Vt tali genere atq; animo. Parcè ac duriter. Hæc coniunctio, Et, à uiginti ad centum præponit numeralium nominum minus. Vt ab hinc duos & uiginti annos eſt mortuus. Quater & quadragies.
    - Poſtponuntur quoq; & que. Vt Me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoq; feſelliſſent. Balbutire deſinant, aperteq; audeant dicere.
  - Communes ſunt, adeò, etiam, item, itemq; inſuper, præterea uel.
- E' connexiuis ſi, ni, niſi communes ſunt. Sin præponitur ſolùm. Sed præterea omnes cum temporibus omnibus finitis cõueniunt. Vt Si perficiunt, optumè: ſin minus &c. Si uir eſſe uolet, præclara ſynodus. ſin autem, &c. Ni exeunt, ni pereunt. Niſi ego inſanio.
- **E' diſcretiuis.**
  - **Tantùm**
    - Præponũtur eſt, at, extraquã, imò ſed quod, præterquam, quamuis, quanquam: Quæ duo poſtrema omnibus finitis temporibus conueniunt. Vt Quanquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret. Quanquã ita ſe rem habere arbitrentur, tamen, &c. Quamuis ille felix ſit, tamen, &c.
    - Poſtponũtur, autem, interea & interim, uerò. Vt nil autem amabilius officio.
  - Communes ſunt, alioqui, alioquin, ut, licet, tamen, porro. Vt & licet ſecundis tantum temporibus finitis conueniunt. Vt illud non cogitares, tamen, &c.
- Disiunctiua tantùm præponitur: Aut bibat, aut abeat. Excipe Ve: Bis terue literas miſerat. An diſiunctio eſt aliquando, ſed interrogatiua. Vt Errauit an potius inſaniuit Apronius? Vide utrũ uis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.
- **E' cauſalibus.**
  - **Tantùm**
    - Præponitur, etenim, nam, namq;.
    - Poſtponitur, enim.
  - Communes ſunt, enimuerò, ut, uti, ſiquidem, ne.
- **E' rationalibus.**
  - Tantùm præponitur, Sic, quas ob res, quamobrem, quapropter, quocirca.
  - Communes ſunt, ergo, itaq;. Igitur uarius præponitur.

Anomalia duplex eſt in coniunctionibus:

- Polyſyndeton quando coniunctio redundat. Aut bibat aut abeat. Siue iſta uxor ſiue amica ſit.
- Aſyndeton ubi coniunctio detrahitur. Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. Nolim ita exiſtimes.

Atq; hæc de Conuenientia Vocis.
Sequitur Rectio.

De Rectione Verbi.

- *Rectio uerbi eſt uel*
  - *Perſonalis.*
    - *Finiti, qua regitur modo*
      - *Nomen: cuius rectio eſt aut*
        - *Primaria: cuius unica regula eſt. Verbum actiuum regit poſt ſe accuſatiuum. Vt Fortem uirum tibi commendo Verbum paſſiuum ablatiuum regit: Vt, fortes creantur fortibus: ſed abſq; præpoſitione hæc rectio cara eſt. Neutra & deponentia ex ſeſe nullum caſum regunt, ut ſedeo, loquor: actiui tamen rectionem interdum imitantur, ut currere curſum: gaudere gaudium. At utor, fruor fungor, ueſcor, potior, ablatiuum regunt. Tria uerò genitiuum uel accuſatiuum regunt, obliuiſcor, reminiſcor & recordor: ſicut & memini.*
        - *Secundaria, cum præter illum primariũ caſum, alius caſus regitur: & is uel.*
          - *Simplex ut*
            - *Datiuus, quẽ regũt uerba Acquiſitionis. Vt Quid mihi Celſus agit. Sed eundem caſum regunt uerba*
              - *Comparationis. Vt ſe illis ferè æquarunt Conferre parua magnis. Cæteris excellere, antecedere.*
              - *Dandi & contraria. Scribere alicui dicam. Mitte mihi obuiam.*
              - *Imperandi ſeruiendi, declarandi, promittendi. ut Cupiditatibus imperare, ſeruire. Promitto uobis.*
              - *Repugnandi & contraria. Reſiſtere crudelitati. Induſtriæ fauere.*
              - *Quæ interdum imperſonaliter accipiũtur Vt, nihil ei reſtabat: conſtat tibi fructus otij tui. Sibi non liquere dixerunt.*
            - *Accuſatiuus, quem regunt uerba rogandi quædam alterum Vt illud te oro. ſic obſecro, rogo, flagito ſimiliaq; rogandi uerba: item moneo, conſulo, celo doceo. Vt qui nos nihil celat. Quid te aſine literas doceam? Manet autem geminatus caſus etiam in paſſiua forma, ut Per legatos cuncta edocetur.*
            - *Ablatiuus, quẽ regunt uerba*
              - *Copiæ uel contrarij. Vt ſaturare ſe ſanguine: abundare doctrina: affluere uoluptatibus. Argento ſpoliare. Sic exinanire, uacuare, indigere, carere.*
              - *Precij. Vt mercari magno precio. Vix drachmis obſonatus eſt decem. Quædam autem nomina reguntur in genitiuo, ut tanti, quanti, magni, pluris, æqui, boni, flocci, nihili, nauci.*
          - *Varius in uerbo*
            - *Iudiciali, quod regit genitiuum uel ablatiuum: ut uerba accuſandi & abſoluendi. Capitis accuſare & arceſſere. Inſimulat auaritiæ Damnari maieſtatis, furti, ambitus, iniuriarum. Criminẽ liberare Abſoluere furti.*
            - *Subſtantiuo. Nam uerbum ſubſtantiuum aut quod eius uim obtinet regit poſt ſe nominatiuum pro eodem ſumptum Vt Tullius eſt Romanus. At ſi caſus ſequens ſit poſſeſſoris, erit in genitiuo: ut Erit igitur humanitatis ueſtræ. Sed pro genitiuis mei, tui ſui poſſeſſiua meum, tuum, ſuum, noſtrum ueſtrum ponuntur. Non eſt meum contra aliquem dicere. Idem uerbum ſi prò habeo uſurpetur, datiuum regit. Vt eſt mihi pater At pro afferre duplicat datiuum, ut, ſempiternæ laudi tibi erit.*
      - *Verbum id'q uel*
        - *Deliberationis Nam Verbum deliberatiuum regit infinitum perpetuum, ut audeo, habeo, incipio, opto, ſoleo, ſtatuo, ſcio, uolo, maturo, tædet, deſiſto, cupio, &c. Vt obliuiſcar uigilare.*
        - *Motus. Nam uerbum motus regit ſupinum ſecundum. Vt admonitũ uenimus te. Verbum motus è loco rexit aliquando primum ſupinum, ut Obſonatu redeo Cubitu ſeſurgo*
    - *Infiniti. Nam uerbum infinitum perſonale perpetuum regit ante ſe accuſatiuum. Meum natum rumor eſt amare. Poſt ſe autem regit caſum ſui uerbi finiti.*
  - *Imperſonalis: nam*
    - *Refert & intereſt*
      - *Commoditatem uel officium ſignificantia, regunt genitiuum. Vt Reip. intereſt.*
      - *Admittunt genitiuos illos precij & æſtimationis, tanti, quanti, magni, parui.*
    - *Quinq; imperſonalia, miſeret uel miſereſcit, uel miſeretur, tædet, piget, pœnitet, pudet, regunt accuſatiuũ cum genitiuo patientis. Tædet me uitæ.*

De Rectio-

De Rectione Aduerbiorum & Præpoſitionum.

Hactenus rectio fuit uocum numeri. Sequitur rectio uocum ſine numero, ut

- *Aduerbiorum. Nam aduerbia*
  - *Deriuatiua primitiuorum caſum retinent. Vt omnium elegantiſſimè. Naturæ conuenienter.*
  - *Loci regunt genitiuum pleonaſmi quidem, ſed uſitati. Vt ubi terrarum? Nuſquam gentium.*
  - *Tēporis pridie & poſtridie, triplicē ſyntaxim habent:*
    - *Pridie eius diei, Poſtridie eius diei. Hic genitiuus eſt.*
    - *Pridie eſtis aſſenſi. Hic reticetur caſus tēporis, ante expreſſi.*
    - *Pridie compitalia, pridie Nonas. Hic accuſatiuus eſt.*
  - *Quantitatis, parum, ſatis, genitiuum regunt. Vt Loquentiæ ſatis, prudentia parum.*
  - *En, ecce & o nominatiuum uel accuſatiuum regunt. Vt Ecce Antonius: ecce miſerum hominem.*
  - *Hei eſt ſine caſu uel datiuum aut uocatiuum regit. Hei uereor. Hei mihi.*
  - *Heu datiuum, accuſatiuum, uocatiuum regit.*
  - *Heus uocatiuum regit.*
  - *Væ datiuum regit.*
  - *Prò accuſatiuum regit & uocatiuum.*
- *Præpoſitionum, quæ natiuā loci ſignificationem habēt, ſed tēporibus, perſonis, rebus frequenter inſeruiunt. Ex his quædam regūt caſus uel*
  - *Vnicum uel*
    - *Accuſatiuū, cuius caſus præpoſitiones ſunt una & triginta:*
      - *Intra, extra. Intra decem annos. Extra iocum, modum, culpam.*
      - *Apud, penes. Apud me, te, Pompeium: pro domo mea, tua, Penes magiſtratum.*
      - *Secus, ſecundum. Naſcuntur ſecus fluuios. Iter ſecundum mare facere.*
      - *Iuxta, prope. Iuxta te ſum. Prope montes.*
      - *Ante, poſt, pone. Ante focum: ante lucem. Poſt homines natos. Pone caſtra.*
      - *Cis, citra, præter, ultra, trās. Cis ferè montium & fluminum nominibus additur. Cis Euphratem, cis Taurum. Citrà Rhenum. Præter mœnia.*
      - *Inter. Inter ſe amant. Cum inter nos amiciſſimè conſalutaſſemus. Inter cœnam: inter ſcyphos.*
      - *Erga & contra ferè natiuam loci ſignificationem amiſerunt & aſſumpſerunt ſtudij & odij. Ego omni officio erga te ſatiſfacio omnibus. Contra ſpem, legem.*
      - *Ad, uſq; , uerſus, aduerſus. Ad focum ſedere. Ad dextrā. Verſus ſemper poſtponitur, aduerſus inde compoſitum præponitur. Portam uerſus.*
      - *Ob, per, propter. Ob delictum pœnas dij expetunt. Propter ædem Vulcani.*
      - *Infra, ſupra. Infra omnes mortuos amandari. Supra ætatem.*
      - *Circa, circum, circiter. Circa eum menſem. Curſare circum tribus Circiter meridiem.*
    - *Ablatiuum, cui, ea ſus ſūt 14.*
      - *Præ, pro coram, palam, tenus Præ ſe agere. Pro æde Iouis. Coram populo. Tenus ſemper poſtponitur. Vmbilico tenus. Verbo tenus. Regit autem genitiuum pluralem res geminas ſignificantem, aut ſingulari carentem. Vt crurum tenus. Hæc ſola præpoſitio genitiuum regit.*
      - *De, e, ex, abs, ab, a, etiā loci ſunt, ſed cauſam magis oſtendūt. De, ex, ab, omnibus literis præponuntur, e & a ſolis conſonantibus. Abs præponitur ſolis t & q.*
  - *Duos. Nam accuſatiuū cum uerbo motus, ablatiuū cum uerbo quietis regūt, hæ præpoſitiones:*
    - *In In diem uiuere. In ære alieno eſſe: in multis ſuis nūmis eſſe.*
    - *Sub. Sub ſcalas ſe conijcere. Sub terra habitare.*
    - *Super & ſubter. Super tumulū Super hac re. Subter præcordia.*
    - *Procul. Procul muros. Procul patria.*
    - *Clam. Clam patrem. Clam ijs. Hinc clanculum.*

De

De Ellipſi Præpoſitionum.

Ellipſis Syntaxeos in uarijs antea partibus intellecta eſt: præpoſitionum uerò Ellipſis longè uſitatiſsima eſt in nominibus.

- *Communibus*
  - *Cauſæ, præcipuè*
    - *Materialis, ſed rarior. Vt Capitolium ſaxo quadrato ſubſtructum.*
    - *Efficientis, eáq; frequentior. Vt gloria clarus, autoritate grauis, humanitate politus. Huius ſyntaxeos eſt etiam ablatiuus inſtrumenti & modi, cum hic etiam ſit efficiens quædam. Vt lapidibus petere.*
  - *Menſuræ. Nam menſuræ ſpeciale nomen frequenter in accuſatiuo ponitur, aliquando etiam in ablatiuo. Vt longum ſeſquipede. Foſſæ qui, nos denos pedes latæ. Exceſſus tamen nomen in ablatiuo tantùm ponitur. Seſquipede eſt quàm tu, longior. Temporis*
    - *Spatium (quod per quandiu intelligitur) tanquam menſuræ ſpeciale nomen, in accuſatiuo ponitur. Vt ab hinc annos prope uiginti.*
    - *Terminus (qui per quando intelligitur) in ablatiuo tantum ponitur. Vt, hora nona conuenire cœpiſtis.*
- *Proprijs oppidorum: Nam ſignificetur*
  - *Motus.*
    - *Ad locum, proprium nomen oppidi ponitur in accuſatiuo. Vt. Cumas ſe contulit.*
    - *Per locum, uel è loco, proprium nomen oppidi ponitur in ablatiuo. Vt. Iter Laodiceæ faciebam. Epiſtolas ad me Tarſo miſit.*
  - *Quies, proprium nomẽ oppidi.*
    - *Singulare.*
      - *Pariſyllabum, ponitur in genitiuo. Vt cum Laodiceæ eſſem.*
      - *Impariſyllabum ponitur in datiuo uel ablatiuo. Vt cum Synadis eſſem.*
    - *Plurale quoduis in ablatiuo ponitur. Vt Audiuit Cratippum Athenis.*

De Orthographia & Proſodia orationis.

Syntaxis genera & ſpecies adhuc fuerunt, ſupereſt una proſodiæ & orthographiæ in oratione differentia & diſtinctio è clauſulis & interpunctionibus, quas animæ interclusio & ſpiritus anguſtia attulerunt. Id inuentum ita ſuaue accidit, ut ſi cui ſit infinitus ſpiritus, tamen eum perpetuare uerba nolimus. Diſtinctio aũt eſt ſentẽtia uel

- *Imperfectæ, quæ ſpiritũ ſine reſpiratione ſuſtinet ac ſuſpendit: eáq; eſt uel.*
  - *ὑποστιγμὴ, ſubdiſtinctio, qua ſubdiſtinguitur, modica ſpiritus mora, inter medium uerbum, quod antecedenti & conſequenti ambiguè attribui poſsit: & hac uirgula notatur,*
  - *κόμμα, inciſum, quo paulò maiore mora inciditur aliqua antecedens ſententia à conſequentis perfectione, notatur'q; hoc ſemicirculo, Parentheſis etiam inciſum eſt, ſed utrinq; notatur ſemicirculis.*
- *Perfectæ, quæ ſpiritũ habet moræ plenioris, ſpiritum'q; deponit: eſt'q; uel*
  - *κῶλον, membrum, quo diſtinguitur ſententia perfecta quidem, ſed alteri coniuncta, minore depoſiti ſpiritus tempore: notandum'q; duobus punctis:*
  - *περίοδος, ambitus, circumſcriptio, circulus, comprehenſio: quando ſpiritu planè omnino'q; depoſito ſententia perfecta concluditur: notatur'q; eius.*
    - *Initium, maiori litera.*
    - *Finis, puncto ad imam literam poſito.*

Peculiares notæ ſunt

- *Admirationis, ut !*
- *Interrogationis, ut ?*
- *Vnionis, ut ante‿uolans.*
- *Parentheſeos, ut ( ).*

Finis Grammaticæ Latinæ.

PETRI RAMI,
GRAMMATICA GRAECA,
QVATENVS,

à Latina differt.

A Sermone Græco puerum incipere mauult Quintilianus: quia Latinus pluribus in uſus eſt, uel nobis nolentib. ſe perhibet, ſimul quia diſciplinis quoque Græcis prius inſtituendus eſt, unde & noſtræ fluxerunt: At nos, ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς uidelicet, Latinam Grāmaticam ſuis partibus integram prius edidimus: deinde communibus utriusq; prætermiſsis, ſuccinctè tantùm collegimus Græcæ cum Latina differentiam. Quamobrem dices? Quoniam, inquam, cùm utraq; Latina pariter & Græca peregrina nobis eſt, & ad cultum ornatumq; domeſticæ linguæ referenda: Latinæ tamen uſus ad loquendum & ſcribendum requiritur in omnib. Reip. partibus, ſiue religionem & iura ciuilia pontificiaq;, ſiue liberales & ingenuas artes, ſiue uaria plurimorum populorum commercia conſideres: Græcæ uerò non dictio quidem illa uel ſcriptura, ſed duntaxat intelligentia, & quidem in paucis (nempe religionis & artium ſtudijs) uulgò putatur eſſe neceſſaria. Itaq; ſi tempori parēre & neceſsitati obſequi, rectum & iuſtum uideatur, nihil alienum ſit, Latinam Grammaticam nobis in hac Rep. conſtitutis plenius expoſitam eſſe, tum Græcæ pręcepta reliqua Latinis tantùm non communia, breuius indicari.

Vale.

PETRI

. PETRI RAMI,
GRAMMATICA GRAECA.

De Literis & Syllabis.

- Grammaticæ partes ſunt.
  - Etymologia: in qua cõſid. uocis.
    - 1. Partes duæ.
      - Litera. Literæ autẽ ſunt aut
        - Vocales.
          - Dictæ 4.
            - ἄλφα, α.
            - ἦτα, η.
            - ἒψιλὸν, ε.
            - ἰῶτα, ι.
          - Obtractæ 3.
            - ὠμέγα, ω.
            - ὀ μικρὸν, ο.
            - υ ψιλὸν, υ.
        - Conſonæ.
          - Semiuocales 5.
            - σίγμα, σ.
            - ῥῶ, ρ.
            - λάμβδα, λ.
            - μῦ, μ.
            - νῦ, ν.
          - Mutæ 6.
            - ταῦ, τ.
            - δέλτα, δ.
            - κάππα, κ.
            - γάμμα, γ.
            - βῆτα, β.
            - πι, π.
        - Sunt &
          - Spiritus additi literis, tenuis & aſper: tenuis ſic notatur ʼ. aſper ſic ʽ.
            - Qualibet uocalis initio habet alterum ſpirituũ, ut ἐγὼ, ἅμα. Υ initio ſemper denſatur. Aeoles omnino nihil aſpirant, unde ἄμμες, ἄπτω, pro ἅμμες, ἅπτω.
            - E conſonis 4 aſpirantur.
              - Semiuocalis una ῥῶ: ſemper initio dictionis: in medio ſi geminũ ſit, leuigatur priore loco, poſteriore aſpiratur: ut πύῤῥος.
              - Mutæ tres τ, κ, π: ſed nomina & characteres Hebr habuerunt, θῆτα, χῖ, φῖ.
          - Compendia literarum tria ab antiquis inuita
            - ζῆτα, ζ, pro σδ, δσ.
            - ξι, ξ, pro κσ, γσ, χσ.
            - ψι, ψ pro βσ, πσ, φσ.
      - Syllaba: in qua conſider.
        - Diphthongi undecim.
          - αι, αυ, ᾳ, ηυ, ει, ευ, ῳ, ωυ, οι, ου, υι
          - Vera illarum proſodia & orthographia hodie uulgò ualde corrupta eſt: una ευ rectè uidetur proferri.
        - Quantitas Syllabæ enim eſt uel
          - Tantum.
            - Breuis eſt.
              - 1. E uocali perpetuò breui ſine poſitione, ut λέγε, λέγ&c.
              - 2. Ex α, ι, υ, per ſe breuibus: quales ſunt in fine uocis, ut τράπεζα: μέλι, δάκρυ: etiam ſequente.
                - σ ut νέκας, μόλις, πῆχυς.
                - ν ipſum.
                  - σ ut τράπεζαν.
                  - ν ut ζυγὸν.
            - Longa eſt.
              - Natura.
                - 1. Ex η & ω & diphthongo, ut ἥρως, εἶπον.
                - 2. Contracta qualibet, ut χρύσεα χρυσᾶ, τὸν ὅρεας, ὅρις.
                - 3. E finalibus α & υ ſequente ρ & ι ſequente ν, ut ὁ καρ, πῦρ, ἡμῖν.
              - Poſitione, cũ duæ conſonantes uocalẽ ſequũtur, ut ἴψαλλον.
          - Anceps, quæ indifferẽter producitur aut corripitur, ut κ in καλὸς: ancipites tamen uulgò dicuntur ſ. eæ α, ι, υ: nempe, quia non ſunt perpetuò neq; longæ, neque breues, ſed more Latinarum in alijs uocibus longæ, in alijs breues.
    - Communes affectiones.
    - 2. Species.
  - Syntaxis.

De Accentu & Notatione.

- *Vocis cõmunes affectiones ſunt.*
  - *Accentus: in quo cõſider.*
    - *Species. Eſt enim alius.*
      - *Natiuus.*
        - *Simplex.*
          - *Acutus, qui poteſt eſſe in*
            - *Vltima.* — *Vnde uox dicitur.* *ὀξύτονα ut θεός.*
            - *Penultima.* — *Vnde uox dicitur.* *paroxytona ut λόγος.*
            - *Antepenultima.* — *Vnde uox dicitur.* *proparoxytona ut τύπτομεν. Antepenultima tamen non acuitur, ſi ultima longa ſit, niſi in Atticis ut πόλεως & finalibus αι & οι.*
          - *Grauis: qui in ultima tantum eſſe poteſt: unde uox grauitona dicitur ut τιμὴ. Vltima uerò acuta, ſit grauis ob ſequentem, ut θεὸς ἡμῶν. Excipe ſi enclitica uox interueniat, uel collocetur uox in fine periodi, θεός ἐστιν ἀγαθός. Eſt autem uox enclitica, quæ accentum remittit in præcedentem ſyllabam, ut τὶς τινὸς infinitum, τὸ, τῷ, pro τινὸς, τινὶ: μοῦ, μοὶ, μὲ, σοῦ, σοὶ, σὲ, φημὶ, φησὶ. Item illa infinitè capta, πὼ, θὲν, ποτὲ, ποθὶ, πῶς, πὼ, πὴ, τὸ, γὲ, νὶ, μὲν, νὺ, πὲρ, θὴν, νῦν, ῥα. Intelligitur grauis in omnibus ſyllabis, nullo affectis accentu: unde & ſyllabicus dicitur: & uox qualibet dicitur grauitona, quæ nullum in ultima primarium habeat accentum.*
        - *Cõpoſitus, ut Circũflexus, qui poteſt eſſe in*
          - *Vltima, ut βοάω, βοῶ. Hic uox dicitur periſpomena.*
          - *Penultima ut βοάετε, βοᾶτε. Hic uox dicitur pro periſpomena.*
          - *Et*
            - *ευ & υ finales inflectuntur, ut βασιλεῦ, πανταχοῦ.*
            - *Monoſyllaba*
              - *Longa poſt*
                - *Apocopẽ acuuntur, ut χρῦσε, χρῦ.*
                - *Aphæreſin circumflectũtur ut ἦρα, ῥᾶν.*
              - *Breuia poſt aphæreſin acuuntur, ἶλαν, βάρ.*
      - *Aſſumptus propter encliticas dictiones, ut ἄνθρωπος τις, ἄνθρωποί μοι, σῶμά σου, ἄνδρες μου.*
    - *Mutatio. Nã*
      - *Syncope retrahit accentũ in proximam, ut θυγατέρα, θύγατρα, ἀμόπατωρ, φιλόπατρ.*
      - *Apocope & paragoge non mutant, ut τύπτομεν pro τύπτομεσθαν: niſi neceſſariò ob additam ſyllabam retrahatur, ut ἄλαντες, ἀλάντεσι.*
      - *Monoſyllaba à uocali incipientia ac per ſe nihil ſignificãtia, accentu carent. ut ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, ἐν, ἐκ, ἐξ, εἰς, εἰ, ὡς, οὐ, οὐκ: in fine periodi οὔ. Excipe ὦ, ἆ, ἆ. item ὅ, ἅ, ὥς.*
  - *Notatio, quæ diſquiritur uocis.*
    - *Species, quæ diſquiritur an uox ſit.*
      - *Prima.*
      - *Aliunde orta. Deriuatiua ſæpè quantitatem mutant, præſertim cum alteram uocalem tollunt, ut à πιθῶ, πίθανος prima breui, à φεύγω, φυγὴ: μανία primam corripit, μαίνομαι producit.*
    - *Figura, quæ diſquiritur an uox ſit*
      - *Simplex ut ἀκύω.*
      - *Compoſita ut παρακύω.*
      - *Hic conſid compoſitionis.*
        - *Mutatio. Mutat enim*
          - *Syllabarum.*
            - *Diuiſionem.*
            - *Quantitatem: etſi compoſita ferè ſint æqualia tempore ſimplicibus, ut γυιά, ἀνάργυρος, τιμὴ, ἄτιμος.*
          - *Accentum: ut σοφός, φιλόσοφος, αὐτὸς, φίλαυτος: quod in monoſyllabis perpetuum eſt ut παῖς, σύμπαις: pro periſpomena accentum retrahunt in præcedentem, ut δοῦλος, σύνδουλος.*
        - *Fœcũditas quæ multò maior eſt Græcis quàm Latinis: itaque aliquando è quatuor uocib. una fit ut συμπαρακατάγω, aliquãdo è quinque ut ὑπερσυμπαρακατάγω. Hic uſum habent particulæ.*
          - *Cõmunes tres*
            - *A: quæ priuat, ἄλογος, ἄμορφος, ἄτεχνος: quibus contraria nomina in ικος.*
            - *Ευ: quæ facilitatem & cõmoditatem oſtendit, εὔθυμος, εὔδαιμος, εὔλυτος.*
            - *Δυς: quæ contrariam difficultatem & incommoditatem ſignificat, δυσώνυμος, δύσερως.*
          - *Poëticæ, quarũ aliæ in*
            - *Initio*
              - *Augent ἐρι, ἀρι, ζα ut ἐρίτιμος, ἀρίδηλος, ζάπλουτος.*
              - *Negant ut νη, νω, νήποδες, νώνυμος.*
            - *Fine ponũtur, φι, φιν, θε. ἐρέβεσφι pro ἐρέβους, ἀπὸ στήθεσφιν pro στήθους: οἴκοθε.*

DE NOMINE.

- Ergo hæ uocis continuæ ſunt affectiones. Vocis autẽ ſpecies duæ ſunt. Vox enim eſt aut.
  - Numeri: in quæ conſider.
    - Numerus, qui eſt aut
      - Vnitatis, unde uox ſingularis appellatur, ut ἐγὼ, λέγω.
      - Multitudinis ut
        - Dualis. quo duæ res explicantur, præcipuè quæ natura geminæ ſunt, ut ὀφθαλμὼ, [illegible]. Poëtæ abutuntur duali pro plurali: λεύσσοντε, βάντε, pro λεύσσοντες, βάντες.
        - Pluralis, quo res duabus plures explicantur, ut, ὀφθαλμοὶ, [illegible].
    - Flexiones uariæ propter
      - Dialectos ſpeciales, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, Poëticam.
      - Contractiones, quibus lingua communis in omni flexionis ſpecie utitur, cum plenis uocibus Iones utantur. Contractio eſt diuerſarum uocalium in unam ſyllabam comprehenſio: ea fit in uocalem longam, uel in diphthongum, ſi contractarum ultima ſit, ut
        - α ex εα.
        - η ex εε.
        - ω ex αω, οω, ωο, αο.
        - οι ex εοι, οοι.
        - ῳ ex αοι, quia ω fit ex αο.
        - ου fit ex εο, οε, οο, εου.
        - ᾳ fit ex αι.
        - ει ex εε.
        - Hæ ſunt contractiones communes.
    - Species. Vox enim numeri eſt uel.
      - Nomen. Eſt autem nomẽ uox numeri caſualis cũ genere. Eius ergo duæ differentiæ ſpeciales ſunt.
        - Caſus: quorũ ſunt
          - Quini in quolibet numero, qui appellantur, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, uocatiuus.
          - Bini eiuſdem numeri ſimiles: nominatiuus & uocatiuus: item in duali etiam accuſatiuus, & ibidem genitiuus & datiuus.
          - Genitiui plurales ſemper in ων.
        - Genus, quod eſt aut
          - Simplex.
            - Naturale.
              - Maſculinum cui præponi poteſt ὁ: qualia ſunt mari, aut rebus maris ſpecie conceptis congruentia.
              - Fœmininũ cui præponi poteſt ἡ: qualia ſunt nomina fœminina, aut rebus fœminæ ſpecie conceptis congruentia. Item nomina regionum ac urbium. Sed aliquando maſculinum & fœmininum genus promiſcuũ eſt: & idem utriq; ſexui cõuenit: ſed hæc ambiguitas articulo tollitur.
            - Fictum, cui præponi poteſt τὸ: & Neutrum dicitur.
          - Multiplex.
            - Commune, cui ὁ uel ἡ præponi poteſt. Si mas et fœmina ſignificetur, ſexuſq́.
              - Appareat, genus eſt commune, ὁ καὶ ἡ ὄνος: aſinus, aſina: ſic ἔλαφος.
              - Nõ pateat, genus eſt ſimplex, ut ὁ ἀετός, aquila, ἡ χελιδὼν hirundo: aliquando etiam commune ut ὁ καὶ ἡ γέρανος grus, ὁ καὶ ἡ χὴν, anſer.
            - Omne, cui præponi poteſt ὁ ἡ τό.
          - Atq; à differentia generis nomen eſt uel.
            - Subſtantiuum.
            - Adiectiuum.
      - Verbum.
  - Sine numero.

De Subſtantiuis & diminutione.

Flexio per duo genera, ut ἰχθυοπώλης, ἰχθυοπώλαινα: ἐργάτης ἐργάτις, ἐργάτης ἐργάτιδος: ſic προφήτης, προφῆτις, προφήτης προφῆτιν, σκύθης σκυθὶς, δεσπότης δέσποτις καὶ δέσποινα: tum diſſimilia, ψάλτης ψάλτρια, ποιητὴς ποιήτρια, αὐλητὴς αὐλητρὶς, σκόρπιος σκορπίαινα, λύκος λύκαινα, θεὸς poeticè θέαινα, μάγος μάγαινα, θεράπων vel θεράψ θεράπαινα, λάκων λάκαινα, βασιλεὺς βασίλισσα καὶ βασίλεια καὶ βασίλινα, Menandro: ἄναξ ἄνασσα. ὁ κίλιξ, κίλισσα, λίβυς λίβυσσα, φοῖνιξ φοίνισσα, κρὴς κρῆσσα καὶ κάειρα Homero: θρᾷξ θρῇσσα.

Subſtantiuum, quod eſt generis ſimplicis aut communis. In eo conſid.

Diminutio. Sicut autem comparatione ſignificatio nominis augetur: ſic & diminutione decreſcit: Diminutiua autẽ à primitiuis deducuntur uel

Vnũ ab uno, cuius forma apud Græcos definit, fert uel in

Σ præcedente.

A. ας ut ξηνόδωρος ξηνᾶς, μηνόδωρος μηνᾶς, κόσμος κοσμᾶς, εὐχάριος εὐχαρίδας Doricè. Rara quidem ſunt in αξ, ut ὁ λίθος λίθαξ.

I. ις. ut ἀμφορεὺς ἀμφορὶς, ἀγρόγαλος ἄγρις, ἱερόδουλα ἱερὶς: hinc ἀκρὶς: φίλτατος, φίντις Doricè: λευτύνω λευτυνίς, ἄνθρωπος ἀνθρωπυλλὶς, ἀντίγραφος ἀντιγραφυλλὶς. Sic ἀνδράρια ἀνδρυλλὶς, ἔριθος ἐριθακὶς, θεράπαινα θεραπαινὶς.

O. ος ut χοῖρος χοιρίλος, ζῷος ζῴλος. propria: ναύτης ναυτίλος, ἰδὼς ἰδυλος, αἰσχρὸς αἴσχυλος, ἔρως ἐρώτυλος, ἡρακλῆς ἡράκλος, βαθυκλῆς βάθυλλος, πρᾶξις πράξιλλα, παῖς παιδίσκος, παιδίσκη, χάρις χαρῖνος, φίλος φιλῖνος, φίλη φίλιννα, κόρη κόριννα, metri cauſa κόριννα. Huc referentur πόλις πολίχνη, ἄνηρ ἀνδράχνη, πίθος πιθάκνη.

Υ. υς. ut διονύσιος διονῦς: ſic λυκοῦς, ἀλωποῦς, λαγῶς λαγιδεὺς, κτεὶς κτενιδεύς.

N præcedente.

Ω. ut ὀρφανὸς ὀρφανίων. μωρὸς μωρίων. Quidã etiam dicũt ὑψοπύλη ὑψῶν, κερδαλέα κερδῶν. Alij per ω ὑψώ, κερδώ.

O. ον ut. κόρη, κόριον, γλυκέρα γλυκέριον, παῖς παιδίον, φίλτατος φιλτάτιον, propria mulierum. λόγος λογίδιον, οἶκος οἰκίδιον, ἀὴρ ἀέριον, ἀδελφὴ ἀδελφάριον, εἶδος εἰδύλλιον, μεῖραξ μειρακύλλιον, κόρη κοράσιον, ῥῆμα ῥηματίσκιον, γύθος γυθύριον, ζῶον ζωΐφιον, ξύλον ξυλήφιον. Quædam bis diminuuntur ut λόγος λογάριον λογίδιον, ῥῆμα ῥημάτιον ῥηματίσκιον, ἱμάτιον ἱματίδιον ἱματιδάριον.

Plura ab eodẽ, ut παῖς, παιδίον, παιδάριον, παιδίσκος: ut Latinè puer, puerulus, puellus, puſio: bonus, bellus, bellulus, bellatulus, apud Plautum. Sic παῖς παιδίσκη παιδισκάριον.

E differentia generis, nomen eſt uel.

Adiectiuum. Vide ſignum. *

De Adiectiuis & Comparatione.

* In Adiectiuo conſider.

- Flexio. Adiectiuum enim eſt aliquando finium
  - Trium, ut
    - Os, η, ον: ut ἱκανὸς ἱκανὴ ἱκανὸν & in ος cætera ſimiliter. Exceptis
      1. Deſinentibus in ος purum uel ρος, ut ἅγιος ἁγία ἅγιον. ὄγδοος tamen ὀγδόη ὄγδοον.
      2. Attici ſæpè ος communiter uſurpant, præſertim in deriuatis & compoſitis, ut ὁ καὶ ἡ κόσμιος ἢ τὸ κόσμιον. Item Attica illa ἔγγεως ἔγγεων.
    - Εις, εσσα, εν: ut χαρίεις χαρίεσσα χάριεν.
    - Ας, αινα, αν, ut μέλας μέλαινα μέλαν. τάλας, αινα, αν. Sed πᾶς πᾶσα, πᾶν.
    - Υς, εια, υ, ut γλυκὺς γλυκεῖα γλυκύ.
  - Tantum
    - Duorum, ut
      - Ης ες. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς ἀληθές.
      - Υς υ. ἄδακρυς ἄδακρυ.
      - Ις ι. φιλόπατρις φιλόπατρι.
      - Ους ουν. πολύπους πολύπουν.
      - Ην εν. τέρην τέρεν, aliquando etiam τέρεινα.
      - Ων ον. εὐδαίμων εὔδαιμον.
    - Vnius, ut
      - σὺ, δύο, δύω, ἄμφω.
      - ἅρπαξ commune & pro neutro ἁρπακτικόν.
      - μάκαρ tantum maſculinum.
- Comparatio, cuius poſt abſolutū, gradus duo nominantur, comparatiuus & ſuperlatiuus. Comparatiuus qui per abſolutum cum μᾶλλον explicatur. Superlatiuus, qui per abſolutum cum μάλιστα explicatur. Ex uario nominatiui fine, uaria formatio eſt comparatiui & ſuperlatiui. Ex ος fit ωτερος ωτατος, ut σοφὸς σοφώτερος σοφώτατος: at ſine poſitiuis ἀνώτερος ἀνώτατος, ἐξώτερος ἐξώτατος, κατώτερος κατώτατος, πορρώτερος πορρώτατος. At multa hîc ſunt anomala:
  1. Præcedente longa uel natura uel poſitione fit οτερος ut ὡραῖος ὡραιότερος ὡραιότατος, ἔνδοξος ἐνδοξότερος ἐνδοξότατος: ſic etiam κενὸς, στενὸς, quamuis præcedente breui. Homerus tamen metri cauſa dixit κακοξεινώτερος Odyſſ. υ.
  2. ἀγαθὸς ἀμείνων ἀρείων βελτίων κρείττων λωΐων, ἄριστος κράτιστος βέλτιστος λῷστος & quandoque ἀγαθώτατος: quod tamē poſtremū Lucianus reprehendit: αἰσχρὸς αἰσχίων αἴσχιστος, ἐχθρὸς ἐχθίων ἔχθιστος, λάλος λαλίστερος λαλίστατος, καλὸς καλλίων κάλλιστος, κακὸς κακίων χείρων χερείων, poëticè κακώτερος, κάκιστος χείριστος: μικρὸς μικρότερος μείων ἐλάττων ἥττων μικρότατος ἐλάχιστος ἥκιστος: ῥᾴδιος ῥᾴων ῥᾷστος, φίλος φίλτερος φίλτατος pro φιλώτερος φιλώτατος.
  3. Sine poſitiuis ὑπέρτερος ὑπέρτατος, πρότερος πρότατος uel πρῶτος.
  4. ἁπλοῦς ἁπλούστερος ἁπλούστατος, χαρίεις χαριέστερος χαριέστατος, μέλας μελάντερος μελάντατος, μέγας μείζων μέγιστος.
  5. Adiectiua à neutro in υ formant, υτερος υτατος ut εὐρὺς εὐρὺ εὐρύτερος εὐρύτατος: ſic ſex ἡδὺς, ὠκὺς, ταχὺς, γλυκὺς, βαθὺς, βραδὺς: ſed habent etiam ιων & ιστος ἡδίων ἥδιστος. Sed ex iis quædam Doricè aliter ut παχὺς πάσσων, γλυκὺς γλύσσων: ſic θάσσων, βράσσων: Sic ſine poſitiuis ἐγγύτερος ἐγγύτατος uel ἐγγίων ἔγγιστος, πολὺς πλείων πλεῖστος.
  6. Adiectiua duorum finium, neutro ες habentia, addunt τερος τατος: habentia ον, addunt εστερος εστατος, ut ἀληθὴς ἀληθὲς ἀληθέστερος ἀληθέστατος, σώφρων σῶφρον σωφρονέστερος σωφρονέστατος. At ſine poſitiuo κερδίων κέρδιστος, δεύτερος. Homero βέλτερος βέλτιστος, φερώτερος φέρτερος φέριστος φέρτατος.
  7. Vide numerum 7. in ſequente pagina.
  8.
  9. (8.–9.) Vide ſeq pag.

7. Attici & Iones quædam formant per:
- Αιτερος αιτατος pro οτερος οτατος. Ut παλαιὸς παλαίτερος παλαίτατος pro παλαιότερος παλαιότατος: ſic ἡσυχαίτερος ἡσυχαίτατος.
- Εστερος εστατος, ut ἀρχαῖος ἀρχαιέστερος ἀρχαιέστατος, ἄσμενος ἀσμενέστερος ἀσμενέστατος.
- Ιστερος ιστατος, ut πτωχὸς πτωχίστερος πτωχίστατος.
- Υβριστότερος ὑβριστότατος pro ὑβριστικὸς ὑβριστικώτερος ὑβριστικώτατος.

8. Attici item faciunt à πότης ποτίστατος, à κλέπτης κλεπτίστατος, à πλήκτης πληκτίστατος, à ψεύδης ψευδίστατος, à κρατὺς κρατίστατος.

9. Aliquando è comparatiuis & ſuperlatiuis, tanquam poſitiuis, alia comparantur: ut χείρων χειρότερος χερείων χερειότερος apud Hippocratem: ἔσχατος ἐσχατώτατος apud Ariſtotelem: πρώτιστος καὶ τρίτατος apud Homerum, tanquam diceres, primiſſimus & tertiiſſimus.

De Declinatione pariſyllaba prima.

Flexio nominis per caſus, declinatio dicitur: eſtque uel
- Pariſyllaba, cuius genitiuus non creſcit, ſingularisque datiuus in diphthongum deſinit, accuſatiuus in ν cum uocali nominatiui. Ea duplex eſt,
  - Prima, cuius dualis deſinit in α, αιν: pluralis in αι, ῶν, αις, ας: ſed eſt aut
    - Maſculina: quæ habet communé.
      - Nominatiuũ in ας uel ης: ſed
        - Attici in quauis declinatione ſeruant nominatiui & uocatiui ſimilitudinem.
        - Iones in omni declinatione mutant α in η: contrà Dores η in α.
      - Genitiuum in ου: ſed
        - Dorici genitiui communiter recepti ſunt, θωμᾶς θωμᾶ, λυκᾶς λυκᾶ, πυθαγόρας πυθαγόρα, ἀρχύτας ἀρχύτα. Dorici etiam putantur illi caſus, ποδῦς ποδῦ, μαναοσῦς μαναοσῦ, μηνῦς μηνῦ & diminutiua illa Διονῦς Διονῦ, καμῦς καμῦ: item Ἰησοῦς Ἰησοῦ.
        - Aeoles ου uertunt in αν, Αἰακίδαν pro Αἰακίδου.
        - Iones ου uertunt in εω ut Ἀτρείδου, Ἀτρείδεω.
        - Poëtæ è genitiuo Ionico tollunt ε & Ἀτρείδω dicunt. Contrà deſinentia in ωας formant in α ut λευκώνας λευκώνα.
      - Datiuum in ᾳ uel ῃ.
      - Vocatiuum in α uel η. Trium generum tamé nominatiui in ης, mutãtur uocatiuo in α breue:
        1. In nominibus in της ut τοξότης τοξότα, προφήτης προφῆτα. At Poëticè 4. retinent α, αἰχμητὰς, ἠλαγρέτας, κυανοχαῖτας, φιλοδειρῶτας, ὦ σκέπτα, &c.
        2. In gentilibus, Σκύθης Σκύθα, Πέρσης Πέρσα; quando tamen proprium, Πέρση.
        3. In compoſitis à uerbis μετρῶ, τρίβω, πωλῶ, ut γεωμέτρης, παιδοτρίβης, βιβλιοπώλης, γεωμέτρα, &c.
    - Fœminina, quæ habet communé.
      - Nominatiuum & uocatiuum in α uel η.
      - Genitiuum in ης.
      - Datiuum in ῃ.
      - (Genitiuum et Datiuum:) Sed finita in δα θα ρα & α purũ, genitiuo deſinunt in ας, datiuo in ᾳ, ut λήδα λήδας λήδᾳ, ſic μοῖρα, ἡμέρα, φιλία.
  - Secunda.
- Impariſyllaba.

De ſecunda pariſyllaba declinatione.

Secunda pariſyllaba eſt quæ habet.

- **Singularem**
  - Nominatiuum in { Os maſculinum, fœmininū, commune. / Os neutrum. }
  - Genitiuum in ȣ.
  - Datiuum in ῳ.
  - Vocatiuum in ε.
- **Duale**
  - Nominatiuū in ω.
  - Genitiuum in οιν.
- **Plurali**
  - Nominatiuum in { οι / α }
  - Genitiuum in ων.
  - Datiuum in οις.
  - Accuſatiuum in { ους / α. }

In hac conſider.

- **Dialecti. Nam**
  - **Attici in**
    - Quibuſdam neutris aliquando abijciunt ν, ut ἄλλο, τηλικοῦτο, τοσοῦτο.
    - Alij mutant penultimæ ſyllabæ α purum & longum in ε; & ο extremæ ſyllabæ in ω & ſubijciunt ι, ac υ tollunt: unde à quibuſdam facta eſt ſpecies declinationis pariſyllabæ ut pro μενέλαος μενελάου, &c. Attici dicunt μενέλεως μενέλεω, &c. Sic pro ναός, λαός, νεώς, λεώς: item in compoſitis à γῆρας, κέρας, γέλως, ut εὔγηρως, εὔκερως, ἀπὸ κέρας μονόκερω, φιλόγελως φιλόγελω, quod communiter per ος profertur, ut εὔγηρος, μονόκερος, φιλόγελος.
    - Accuſatiuo ſingulari quondam abijciebant ν ut τὸν μενέλεω, τὸν ἄθω: quod in quinque poſtea retinuerunt, ἄθως ἄθω, ἕως ἕω, κέως κέω, κῶς κῶ, λαγὼς λαγώ, quod communiter λαγὼν & λαγῶν.
  - Ionicè & Atticè λόγοιο pro λόγου.
  - Doricè λόγω pro λόγου & λόγως & λόγος pro λόγους.
- Contractio, quæ hîc frequentior eſt, quàm in prima: & quidem caſibus omnibus: unde hæc nomina dicuntur ὁλοπαθῆ, ut νόος νοῦς, νόου νοῦ, &c. ſic ῥόος, πλόος: item ὀστέον ὀστοῦν.
- **Anomalia**
  - **Numero: ſic quædā ſingulariter**
    - Maſculina, pluraliter neutra ſunt, ut ἐρετμός, σταθμός, λύχνος, τράχηλος, δεσμός, κύκλος, μοχλός, νῶτος, ζυγός: ἐρετμά, σταθμά, &c. reperiũt etiam κύκλους, λύχνους, δεσμούς.
    - Fœminina, pluraliter neutra, ut δίφρος, κέλευθος & commune τάρταρος: δίφρα, &c.
  - Fine. ſic dicitur δεσμός, δεσμὸν & δέσμα: κέλευθος & κέλευθον: ſic ζυγὸς & ζυγόν, ὖρος & ὖρον, ἴτιδρον ἰνίδρα, θύμος θύμον, ὀρίγανος, παίδιον παιδία.
  - Genere. Sic arborum quædam nomina maſculina ſunt, φελλός, [illegible], κότινος, ἐρινεός, διόσπυρος, κέρασος, λωτός.

De Pariſyllabis adiectiuis Anomalis: item Articulis & Pronominibus.

Adiectiua pariſyllaba multa ſunt utriuſq; declinationis communia, ut

1. Materiam ſignificantia, χρύσεος, ἀργύρεος & χάλκεος, quæ ſunt ὁλοπαθῆ: ut χρύσεος, οῦς: χρυσέα, ᾶ, χρύσεον, οῦν, & in plurali ἁπλόα, ᾶ.
2. Anomala quædam ut { πολύς, πολλή, πολύ. / μέγας μεγάλη, μέγα. / ἄμφω, δύω. }
3. Articulus, qui eſt duplex { Præpoſitiuus ὁ ἡ τό. / Poſtpoſitiuus ὅς ἥ ὅ. }
4. Pronomina, quæ ſunt partim
   - **Simplicia 16: quorum**
     - Tria prima præcipuam anomaliam habent ἐγώ, σύ, οὗ.
     - **Reliqua 13 ſunt partim**
       - Poſſeſſiua, ut octo iſta { ἐμός, νωΐτερος, ἡμέτερος. σός, σφωΐτερος, ὑμέτερος. ὅς, σφέτερος. } Ex his ſunt { ἡμεδαπὸς noſtrâs. / ὑμεδαπὸς veſtrâs. }
       - Demonſtratiua ut duo illa οὗτος, ἐκεῖνος.
       - Relatiuum, unum, ſcilicet αὐτός.
   - **Cōpoſita** { ἐμαυτοῦ. σεαυτοῦ. ἑαυτοῦ. }

De Imparisyllaba declinatione.

Imparisyllaba declinatio est cuius genitiuus crescit, & habet

- *Singularem*
  - *Genitiuum in ος.*
  - *Datiuum in ι.*
  - *Accuſatiuũ in α, uel neutralem finem.*
- *Dualem*
  - *Nominatiuũ in ε.*
  - *Genitiuũ in οιν.*
- *Pluralem*
  - *Nominatiuum in ες uel α.*
  - *Genitiuũ in ων.*
  - *Datiuum in σι.*
  - *Accuſatiuum in ας uel α.*

In hac conſider.

- *Diuiſio, quæ commodè fit per incrementa uocalium*
  - *A. ut ὁ λᾶας, τοῦ λᾶαος & λᾶος. τὸ ἔαρ ἔαρος. ὁ ἅλς ἁλός. τὸ βῆμα βήματος. ἡ μονὰς μονάδος. ἡ αὖλαξ αὔλακος. ὁ ἅρπαξ ἅρπαγος. ὁ νέκταρ νέκταρος. ἡ λαῖλαψ λαίλαπος. ἄραψ ἄραβος, σκύραψ σκύραφος.*
  - *O. τὸ ἦτορ ἤτορος. ὁ δράκων δράκοντος. ὁ πούς ποδός. ἡ φλὸξ φλογός. μαχάων μαχάονος. ὁ μέροψ μέροπος.*
  - *Ω. ὁ ἥρως ἥρωος. ὁ δμὼς τοῦ δμωός. ὁ μίνως μίνωος. ἴδρως ἴδρωτος. ἔρως ἔρωτος. ὁ ξενοφῶν ξενοφῶντος. ὁ πτὼξ πτωκός. χιτὼν χιτῶνος. ὁ κύκλωψ κύκλωπος.*
  - *E. τὸ ἔδος ἔδεος. ὁ αἰθὴρ αἰθέρος. ὁ χαρίεις τὸ χαρίεν χαρίεντος. ἐλέφας ἐλέφαντος. ἡ ἀλώπηξ ἀλώπεκος. ὁ ἄρσην ἄρσενος. ἡ φλὲψ φλεβός.*
  - *H. ὁ κὴρ κηρός. ὁ λίβυς λίβυος. ὁ νάρθηξ νάρθηκος. ἀρὴν recto inuſitatum, ἄρνος καὶ ἀρνὸς ἀρνί.*
  - *I. ὁ φθεὶρ φθειρός. τὸ μέλι μέλιτος. ἡ δαῒς δαΐδος. ὁ καὶ ἡ ὄρνις ὄρνιθος. ἡ κλεὶς κλειδός. ὁ ἕλιξ ἕλικος. ἡ αἲξ αἰγός. τὶς τινός. ὁ λὶψ λιβός. κατῆλιψ κατήλιφος. Ζεὺς Διός.*
  - *Υ. τὸ δάκρυ δάκρυος. ὁ ψίθυρ ψίθυρος. ἡ νὺξ νυκτός. ἡ τίρυνς τίρυνθος. ἡ χλαμὺς χλαμύδος. κάλυξ κάλυκος. λὺγξ λυγκὸς lynx. λὺγξ λυγγὸς ſingultus. ὁ κύων κυνὸς pro κύονος. ὁ ἴαρυψ ἰάρυβος. ὁ κίνυψ κίνυφος.*
- *Contractio: Nam imparisyllaba modis compluribus contrahuntur: itaq́ contractæ generis huius ſunt*
  - *1. Ὁλοπαθῶν, quæ pauca ſunt ut ἀμαθόεις ἀμαθόεντος, ἀμαθοῦς ἀμαθοῦντος: ſic ὀπόεις, σησαμόεις, πλακόεις.*
  - *2.*
    - *Πολυπαθῶν, quæ non omnibus, ſed tamen compluribus caſibus contrahuntur: quorum ſpecies tres ſunt:*
      - *Prima in*
        - *Ης maſculinorum, fœmininorum & communium. ut ὁ δημοσθένης, ἡ τριήρης, ὁ καὶ ἡ ἀληθής.*
        - *Ες & ες neutrorum ut τὸ ἀληθές, τὸ τεῖχος.*
      - *Secunda in ας purum uel ρας neutrorũ. τὸ κρέας, τὸ κέρας.*
      - *Tertia in*
        - *Ις maſculinorum fœmininorum & communium, ut ὁ ὄφις, ἡ πόλις, ὁ καὶ ἡ μάντις.*
        - *Ι neutrorum. τὸ σίναπι, πέπερι.*
    - *Ὀλιγοπαθῶν, quæ paucis caſibus contrahuntur: quorũ ſpecies etiam tres:*
      - *Prima in ευς maſculinorum, ὁ βασιλεύς.*
      - *Secunda eſt in ω uel ως fœmininorũ, & ſingulariter tantum cõtrahitur, ut ἡ λητώ, ἡ αἰδώς.*
      - *Tertia eſt in ους maſculinorum, ut βοῦς.*

Nomina indeclinabilia Græcis quædam ſunt, ut

- *Nomina*
  - *Literarum ἄλφα, βῆτα.*
  - *Numerorum πέντε, ἕξ, ἑπτά, &c. deinceps ad ἑκατόν.*
- *Neutra in*
  - *Αρ habentia ω penultimam ut τὸ κῶμαρ, νῶναρ, βῶμαρ.*
  - *Αρ non præcedenti uocali, nec ρ, nec λ. ut τὸ λῖπαρ, δέμαρ, δῖπαρ, βρῖπαρ.*
- *Per ſyncopen facta ut δῦ, κάρα pro δῶμα, κάρηνον: ſic ἄλφα, πρόβα, πόντα.*

DE VERBO.

- *Verbum eſt uox numeri perſonalis cum tempore. Eius igitur differentiæ duæ ſunt:*
  - *Perſona, quæ eſt triplex. Dualis tamen prima deeſt, quoties prima pluralis deſinit in μεν: & ſecunda tertiaq; ſimiles, quoties tertia pluralis deſinit in ει uel αι. Secundum hanc differentiam uerba quædam ſunt*
    - *Perſonalia, quorum forma eſt duplex:*
      - *Prima quãdo thema deſinit in ω uel μι: ac ſi poſſit etiam flecti in ομαι actiua dicitur: ut λύω λύομαι, τίθημι τίθεμαι: ſecus neutra dicitur, ut ὑγιαίνω, εἰμί.*
      - *Secunda, quando θέμα deſinit in μαι: ac ſi flecti poſſit etiam in ω uel in μι paſſiua dicitur ut τύπτομαι, τίθεμαι: ſi non poſſit, deponens dicitur: ut δέχομαι.*
      - (both:) *Forma media, quæ dicitur, particeps eſt utriuſq;.*
    - *Impersonalia ἀπρόσωπα quæ flectũtur tertia tantùm perſona ſingulari, ut δεῖ, χρή.*
  - *Tẽpus, quod eſt differẽtia uerbi ſecundum præſens & præſenti adiunctũ*
    - *Præſens unicum eſt & infectum.*
    - *Præſenti adiunctũ*
      - *Præteritum*
        - *Infectũ*
          - *Diſtinctum unicum eſt.*
          - *Cognatum promiſcuũ cum præſenti, duplex.*
        - *Perfectum, diſtinctum tẽpore, & ſignificatione*
          - *Definitũ duplex: quotuplex eſt & cognatum promiſcuum.*
          - *Infinitum, id eſt, ἀόριστος duplex: ſed quadruplex cognatum.*
      - *Futurũ*
        - *Infectũ*
          - *Primarium, minimum triplex eſt.*
          - *Cognatum primo & ſecundo ſuum cuiq; eſt.*
        - *Perfectum primarium etiam hic minimum triplex.*
    - *Nomina participia ex infectis tẽporib. tria oriuntur, totidemq; de perfectis.*
  - *Ex his oritur Coniugatio.*

De Coniugatione in ω formæ primæ.

- *Flexio ſecũdũ perſonas et tẽpora. Cõiugatio dicitur eſtq; uerborũ uel in*
  - *Ω eaq; uel*
    - *Integra ſeu barytona: in qua conſider. Flexio temporis.*
      - *Infecti*
        - *Diſtincti: ubi conſider. Incremẽtum, quod eſt uel*
          - *Syllabicum cùm uerbo præponitur ε, ideoq; creſcit una ſyllaba: quod fit quando thema incipit à conſonante: ut λύω ἔλυον: ρ etiam geminatur ſi. ῥάπτω ἔρραπτον. Poëtæ tamen ſæpè aliter, ῥίζω ἔριζον, ῥάπτω ἔραπτον.*
          - *Temporale, quando thema incipit aut à*
            - *Vocali, α, ε, ο: α enim & ε mutantur in η, ο in ω. ut ἀνύω ἤνυον, ἐλεύθω ἤλευθον, ὀκέλλω ὤκελλον. Sed α ſeruant ἀΐω ἄϊον, ἀΐσσω ἄϊσσον, ἀηδιάζω ἀηδίαζον. Ε ante ο non mutatur, ſed ο uertitur in ω, ut ἑορτάζω ἑώρταζον. E plurima non mutant in η, ſed augentur addito ι, id eſt, ut ἐάω, εἴασον: ſic ἕω, εἶχον, &c.*
            - *Diphthongo αι, αυ, οι. Αι enim mutatur in ῃ, αυ in ηυ, οι in ῳ ut αἴρω ᾖρον, αὐλίζω ηὔλιζον, οἰκίζω ᾤκιζον. ει tamen non mutatur in εἰκάζω, εἰκαζόμην, &c.*
          - *Hic conſider.*
            - *Compoſita. Nam uerbũ compoſitũ*
              - *Creſcit.*
                - *Initio ſi componatur cum*
                  - *Nomine, ut φιλοσοφῶ ἐφιλοσόφουν.*
                  - *Præpoſitiõe, ſi ſimplex ſit inuſitatum, ut ἀμφισβητῶ ἠμφεσβήτουν. aut ſi nihil augeat ſignificatum, ut ἐννοῶ ἐνενόουν.*
                - *In medio ſi præpoſitio auget ſignificatũ: & præpoſitio præfixa uocali, ſuam uocalem amittet, ut παραινῶ παρῄνουν. Περὶ & πρὸ retinẽt: ἀμφὶ nunc retinet, nũc amittit.*
                - *Si incipit ab aſpirata, mutabit ſuam tenuem in aſpiratam, ut καθάπτω, ἀφαιρῶ.*
            - *Dialecti. α.*
            - *Verba temporibus reliquis carentia. β.*
        - *Futuri. γ.*
      - *Perfecti*
        - *Præteriti. δ.*
        - *Pluſquam præteriti. ε.*
        - *Aoriſti. ζ.*
        - *Futuri. η.*
    - *Contracta ſeu circumflexa.*
  - *Mι.*

- α. *In flexione infecti conſider. ſunt dialecti: Nam*
  - *Attici augetur in crementum*
    - *Syllabicum temporaliter, ut* μίλλω ἠμιλλον, ἤμιλλον.
    - *Temporale ſyllabicè, ut* οἰνοχοέω ᾠνόχοον, ἐῳνόχοον. *Etiam in medio compoſiti, ut* ἀπολαύω ἀπήλαυον *&* ἀπέλαυον. *Sed alia etiam in medio ſimpliciter augentur, etiamſi ſimplex non ſit uſitatum, ut* ἐγκωμιάζω ἐνεκωμίαζον: *ſic compoſita ex* ἐν *&* δυς, *ut* ἐνοχλέω ἠνώχλουν, *Quædam utrinq; ut* ἐνοχλέω ἠνώχλουν.
  - *Ionicè nullum incrementum eſt ut* λύω λῦον *pro* ἔλυον: *ſic* αἰτέω αἴτεον, εἰκάω εἴκαον. *Ionicè etiam ſunt hæ perſonæ* λύεσκον λύεσκες λύεσκε.
  - *Doricè* ε *uertitur in* α, *ut* ἔχω ἆχον, ἔλαω ἄλαον. *Item* ᾄδω ᾆδον: *& aliquando explicata diphthongo,* ἄειδον, ἄιδον.
- β. *Plurima uerba cæterit deincept têporibus carent aut aliunde capiunt:*
  - 1. Ἔβραχον *infecto tantum comparatur.*
  - 2. *Gratuita*
    - *Primitiua: ut*
      - 1. *in* γω, *ut* ἀγγω, ὀπίγω.
      - 2. *in* βω *ut* φέρβω, ῥέμβω. *Excipe* λάβω, ἀμείβω *& ſimilia in* αβω, *item* τρίβω.
      - 3. *ſi ante* ω, *duarum conſonantium ſecunda ſit liquida, ut* ἔγρω, ἔρδω: *at* δάμνω *tota tempora capit à* δάω. *Item ſi unicum* λ *ſit ante* ω, *ut* θέλω, κέλω, μέλω, πέλω.
      - 4. *in* λθω *&* νθω, *ut* ἄλθω, κέλθω, σπένδω, κυλίνδω.
    - *Deriuata, ut*
      - 1. *Geminantia ſyllabam aut literam,* φαίνω παμφαίνω, μαίρω, μαρμαίρω, δάπτω δαρδάπτω *μερίζω tamen* μεμορίζω *aor.* ι μεμάριξε: παίνω πίτνω, τέμνω τέτμω, κίω, κικίω *&* κικάζω. *Item addentia literam,* ἴκω ἵκνω, ἄρω ἄρνω, ἵπω ἵσπομαι, *etiam* ε *in* ι *uerſo* ἴσπομαι, ἔχω ἴσχω, γένω γίγνω *Item producta in* αινω, λύσσω λυσσαίνω, δρῶ δραίνω, βῶ βαίνω, πρόω πρααίνω, ἐρίζω ἐριδαίνω. *Item bis terq; deriuatiua:* ἔλω, ἐλάω, ἐλαύνω, ἐλαύνω, ἐλαστάζω: ἐρύω ἐρύκω, ἐρυκανω, ἐρυκανάω.
      - 2. *in* ανω *facta è diſſyllabis interpoſito* ν *& penultima correpta, ut* λάβω, λάθω, λάμβω, λαμβάνω: *ſic* λιμπάνω, λανθάνω, τυγχάνω, μανθάνω, φυγγάνω *à* λείπω, λήθω, τύχω, φύγω, *quæ tempora ſumunt à primitiuis:* μανθάνω *tamen à* μαθέω: φραίνω φαίνω *poëtica.*
      - 3. *in* αθω, εθω, υθω, *ut* ἔργω εἰργάθω, νίω νεάθω *& cætera longam penultimam habentia: ſic* νέμω νεμέθω, σχέω σχέθω *& cætera penultimam breuem habentia.* μινύω μινύθω, φθίω φθινύθω *interpoſito* ν, *& ſimilia ex* ω *puro facta.*

De Futuro primo.

- γ. *In primo futuro conſid.*
  - *Formatio. Formatur enim à themate: ſed ſi figuratiua, id eſt, litera penultima ſit.*
    - *Vocalis, præponunt 6. Sed anomalia hic præcipua eſt. Nam deſinentia in*
      - Αω, *mutant* α. / Εω *mutant* ε. — *in* η: *ſed ſi figuratiuum retinêt quædam deſinentia in*
        - Αω: *ut* ἐάω, ἐάσω: *ſic* ἀλοάω, δράω, ἀκροάω, θλάω, μαννοάω. *item triſſyllaba habentia* ρ *uel* λ *ante* α, *ut* περάω, φυράω, χαλάω, γελάω: *ſi tamen alia conſona præceſſerit ante* ρ *uel* λ, *mutatur, ut* πολυαγρέω πολυαγρήσω *ſic* ὁμοκλάω: *demq; diſſyllaba, ut* ἀρόω ἀρόσω *ſic* κλάω.
        - Εω *ut* αἰρέω, ἀρκέω, ζέω, καλέω, τελέω, νέω: *quædã habent utrunq; ut* αἰνέω, πολέω, ποθέω, φορέω, φρονέω. *Diſſyllaba aſſumunt* υ, *ut* ῥέω ῥεύσω, πλέω, πνέω: *item alia quædã ut* κάω *uel* καίω, κλαίω.
      - Οω *mutant* ο *in* ω. *Sed deriuata non à nomine, retinent figuratiuam, ut* ὀμόω ὀμόσω, γρόω γρόσω.
    - *Conſona. Vide ſignum* *
  - *Dialecti. Vide ſignum* †
  - *Orta à primo futuro. Vide ſignum* ☞

Quæ pro figuratiua habẽt conſonã, illã
- Conſonam aliquãdo
  - Mutant: uel in
    - Σ. ut deſinentia in τω, θω, δω, ut ἀνύτω ἀνύσω, πλάθω πλάσω, ᾄδω ᾄσω.
    - Ξ. ut deſinentia in κω, χω, γω, ut πλέκω πλέξω, τρέχω θρέξω, λέγω λέξω. à τίκτω τέξω uelut à τίκω.
    - In σ autẽ & ξ, uariè mutant deſinẽtia in
      - Ζω, nam
        - 1. Polyſyllaba quædam habent
          - σω, ut πειράζω, πολίζω.
          - ξω ut σχετλιαστικά, ut αἰάζω, ἀλαπάζω, ἐλελίζω, &c.
        - Diſſyllaba q̃dã habẽt
          - σω ut κτίζω, φράζω.
          - ξω, ut σφάζω, κράζω.
        - 2. Nonnulla habent σω & ξω, ut ἁρπάζω, σαλπίζω.
      - σσω uel Atticè in ττω: quæ ferè habent ξω, ut ὀρύσσω, πράσσω.
    - Ψ. ut deſinentia in βω, πω, φω, πτω. ut λείβω λείψω, πέμπω πέμψω, γράφω γράψω, τύπτω τύψω.
  - Retinent, ut deſinentia in ρω, λω, μω, νω: ſed circumflectunt ultimam penultima correpta, tollendo ſecundam uel liquidam uel diphthongi uocalem uel corripiendo ι & υ. ut σπείρω, σπερῶ, ψάλλω ψαλῶ, νέμω νεμῶ, τέμνω τεμῶ, φαίνω φανῶ, κρίνω κρινῶ, ὀτρύνω ὀτρυνῶ.
- Spiritum mutant aliquando, ut ἔχω ἕξω, τρέχω θρέξω, τρέφω θρέψω.

Dialecti etiam futuri ſunt. Nam
- Ionicè futurum ρω λω μω νω reſoluitur in εω ut ἀγγελῶ ἀγγελέω, γελῶ γελέω.
- Doricè aliquando mutatur σ in ξ ut βαδίζω βαδίσω βαδίξω, κλείω κλείσω κλείξω, α in α: Dorica etiam ſunt futura καύσω à καίω uel καω, κλαύσω à κλαίω.
- Aeolicè futurum in ρω λω μω νω dicitur analogum: at de ρω & λω exempla tantum proferuntur σπείρω σπείρσω, ἐρῶ ἔρσω.

E primo futuro plurima grauitona oriuntur, uno uel altero tẽpore coniugata:
1. Deſideratiua in σειω præſenti tantùm coniugantur, ut ἀπαλλάττω ἀπαλλάξω ἀπαλλαξείω: ὄπτω tamen ὄψω ὀψείω ὄψειον. Non deſideratiua in σειω ſunt ἀνάλογα, ut σείω, κλείω.
2. In σκω, quæ præſenti tantùm & infecto coniugãtur. ut ῥύω ῥύσω ῥύσκω, μεθύω μεθύσω μεθύσκω. Quædam repetunt primam conſonam δέω δέσω διδέσκω, πίω πίσω πιπίσκω: qualia etiam quædam à præſenti, ut τεύχω, Ionicè τύχω, τετύσκω: horum tamen tempora à primitiuis ſumuntur. At ἀλύσκω ἀλύξω uel ἀλύσω: διδάσκω διδάξω: legitur etiam διδάσω & διδάξω.
3. Aeolica in σω, ut ἔσω, κερδύσω, πιάσω, σκόψω, κερύψω, πέψω, de ὄπτω, κερύπτω, πέπτω: & cætera barytona è futuris orta, ut ἔρσω, ἕξω.

De Futuro ſecundo.

Futurum ſecundum fit à primo futuro, reuocando ſimplicem conſonam thematis, ut à τύπτω τυπῶ. Et quidem,
- Pro ζ uel σσ, futurum in σω faciente, ſumitur hic δ: item γ pro ξ. ut à φράζω φραδῶ, ab ὀρύσσω ὀρυγῶ.
- Penultima ferè eſt breuis & quidem una ex ancipitibus. Itaq;
  - Mutatur Vocalis.
    - Ε in α ut δέρω δαρῶ, πλέκω πλακῶ: at τέμνω ταμῶ & τεμῶ.
    - Η & ω in α ut λήθω λαθῶ, τρώγω τραγῶ, πλήσσω πλαγῶ.
  - Diphthongus αι, αυ, ευ, abiicit ſecundam uocalem ut καίω καῶ, παίω παῶ, δαίω δαῶ. ευ & ει abiiciunt primam uocalem, φεύγω φυγῶ, λείπω λιπῶ.
  - Liquidæ in ρω uel λω.
    - Diſſyllabum mutat ε in α ut σπείρω σπαρῶ.
    - Triſyllabum abiicit ι, ut ὀφείλω ὀφελῶ.

De Præte-

De Præterito.

A. In formatione præteriti conſider.
- Ratio trium ſyllabarum,
  - Prima, quæ eſt prima thematis, ſi non poſsit augeri: ſecus creſcit, ut infectum præteritum, & repetit in incremento breui uel ancipiti primam literam thematis, ſed tenuem: præterquam in γν, γϱ.
  - Penultima, quæ formatur ut penultima futuri primi: ſed thematis in ϱω, λω, μω, νω, mutat ε, αι, ει in α, retinetq́ liquidam: ac ſi duplex ſit, ſequentem tollit: addit κ ad μ: tollit ν in diſſyllabis in ενω, ινω, υνω.
  - Vltima, quæ pro futuri.
    - ω habet κα, ut ὑβρίζω ὕβρικα, θηρεύω τεθήρευκα, γνόω ἔγνωκα.
    - ξω habet χα, ut λέγω λέλεχα, ὀρύσσω, ὤρυχα.
    - ψω habet φα, ut τύπτω τέτυφα.
- Atticiſmus. Atticè enim
  1. Diſyllaba quædam mutant ε in ο, ut πέμπω πέπομφα pro πέπεμφα, ἐγείρω ἔγρηγορα.
  2. Initia λε & με mutantur in ει ut λέγω λέλοχα εἴλοχα, μείρω μέμαρκα εἵμαρκα: aliquando prima litera tollitur, ut ἐβλάστηκα, ἔβλωκα.
  3.
     - Pluſquam biſyllabis ab α ε ο præterito, duas primas literas thematis præfigunt, tertiamq́ ab initio corripiunt, uerſo η in ε, ω in ο, ει in ι, ευ in υ, οι & ου in ε, ut ἀλέθω ἤλεκα ἀλήλεκα, ἐρωτάω ἠρώτηκα ἐρηρώτηκα, ἀλείφω ἤλειφα ἀλήλιφα, &c. Ancipites tamen & breues manent, ut ὀρύσσω ὤρυχα ὀρώρυχα, ἐρίζω ἐρήρικα.
     - Diſſyllaba etiam longam habent penultimam aut interponunt ο, ut ἄγω ἦχα ἄγηχα ἀγήοχα: ἔδω ἦκα ἐδήδοκα ἐδήδωκα: ὄπτω ὦπα ὄπωπα.
  4. Quædam ab ο uel ω incipientia ε ſyllabicum incrementum addunt ſicut imperfecto, ut ὁράω ὤρακα ἑώρακα: οἴγω ὦγα ἔῳγα unde ἀνέῳγα.

De Pluſquàm præterito.

1. In pluſquàm præterito conſider.
- Formatio. Inchoatum enim à conſonante ſyllabicè augetur: ſecus eſt idem initium cum perfecto.
- Atticiſmus. Nam incrementum ſyllabicum præteriti Attici temporaliter augetur ut ἀλήλιφα ἠληλίφειν. At ἔοικα ἐῴκειν ſecunda ſyllaba augetur.

De Aoriſto.

I. Aoriſti.
- Primi penultima & ultima eadem quæ infecti futuri, ω in α conuerſo: ſed penultima ferè producitur. Ex themate puro quædam etiam pura ſunt, ut ἀλεύω ἤλευα, καίω ἔκηα, σεύω ἔσσευα. Penultima mutat α in η, ε in ει. Atticè tamen in α, ut ψάλλω ἔψαλα, τέλλω ἔτειλα, μαίνω ἔμηνα & ἔμινα. Ἔπω tamen εἶπα, ἐνέγκω ἤνεγκα, ἐρείπω ἤρειπα thematis figuratiuam retinent. — Sed
  - Atticè hîc etiam ε, quandoq́ præponitur ἦξα ἔαξα.
  - Poëticè cum penultima hîc breuis eſt, geminatur conſona conſequens ut ῥέζω ἔρεξα ἔρρεξα.
- Secundi figuratiua eadem eſt, quæ ſecundi futuri infecti. Aeolicè duplicatur ἔκαμον κέκαμον, ἔπιθον πέπιθον, ἔτραφον τέτραφον, quod paſsiuæ ſignificationis eſt.

De Coniugatione in εμαι ſecundæ formæ.

In ſecunda forma præcipuè obſeruanda ſunt hæc tempora:

- *Infectũ*
  - *Præſens: cuius dualis numerus eſt integer, quia prima pluralis non deſinit in μεν. Attici ueteres in omnibus ſecundis perſonis indicatiui, uertebant η in ει, ut τύπτει. Recentiores in tribus hic retinuerunt, οἴομαι οἴει, βούλομαι βούλει, ὄψομαι ὄψει.*
  - *Præteritum. Nam incrementa omnium præteritorum ſecundæ formæ, eadem quæ primæ.*
  - *Futurũ*
    - *Primum, quod fit ab actiuo uerſo ω in θήσομαι: at in ξ & ψ præcedẽtes literæ κ & π, uertuntur in aſpiratas: ſic à λέξω fit λεχθήσομαι, à τύψω τυφθήσομαι.*
    - *Secundum, quod formatur à ſecundo actiuo, ω uerſo in ήσομαι.*
- *Perfectum*
  - *Præteritũ, quod fit à præterito actiuo, mutata ultima in μαι. Additur α ut in futuro, ut ἀκήκοα ἤκουσμαι. Secunda ſingularis deſinit in σαι, actu uel poteſtate: tertia in ται: à qua deinde formantur ſecunda & tertia duales & ſecunda pluralis, mutatis tenuib. in proprias aſpiratas. Formatur itẽ, ſi ται purũ ſit, in tertia plurali interpoſito ν ut λέλυται λέλυνται: ſecus communiter nulla eſt. Hic conſider.*
    - *Mutatio literarũ. Nam*
      - *γ ante μ uertitur prima perſona in μ, reliquis in ν. ut πέφαγκα πέφασμαι πέφανσαι πέφανται.*
      - *χα mutatur in γ & κ, ut λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται.*
      - *φα mutatur in μ & π, ut τέτυμμαι τέτυψαι τέτυπται.*
    - *Atticiſmus Nam Atticè uarietas incrementi primæ formæ ſeruatur, ut ἀλήλεκα ἀλήλεσμαι, ὀρώρυχα ὀρώρυγμαι. Diſſyllaba quæ habent ρ cum aliqua conſonante iunctũ, uertunt ε in α, γράφω ἔγραμμαι, τρέφω τέθραμμαι: βρέχω tamẽ βέβρεγμαι: à πλέκω autem πέπλεγμαι & πέπλαγμαι. Quæ uerterãt ε in ο, hîc repetunt, ut πέπομφα πέπεμμαι, λέλοχα λέλεγμαι.*
  - *Aoriſta, quæ formantur ab aoriſtis primæ formæ: Sunt autẽ duo*
    - *Primũ, quod fit, α in θην uerſo: et mutato ξ in χθ & ψ in φθ. Et*
      - *In duobus aſſumitur σ, ἐρρίφθη ἐρρίφθην, μέμνηται ἐμνήσθην: in uno abijcitur, σέσωσται ἐσώθην.*
      - *Penultima eſt eadem quæ perfecti: ab ἥρηται tamen ᾑρέθην, ἔρρηται ἐρρέθην & ἐρρήθην.*
      - *Quæ uerterant præterito ε in α, repetunt ut γράφω ἔγραμμαι ἐγράφθην.*
    - *Secundum, quod fit à ſecundo aoriſto primæ formæ, ον uerſo in ην.*
  - *Futurum, quod hîc triplex eſt,*
    1. *Quod fit à ſecunda primi aoriſti, dempto incremento & addito σομαι. ut τυφθήσομαι.*
    2. *Quod fit ſimiliter à ſecundo aoriſto. ut τυπήσομαι.*
    3. *Quod Græcis eſt μετ' ὀλίγον μέλλων paulò poſt futurum, cum quid impendere uideatur, & fit à ſecunda perfecti interiecto ομ, ut τετύψομαι.*

De forma media.

Formæ mediæ uerbum commune dicitur, quia primæ & ſecundæ mediũ eſt & particeps ambarum. Hîc

- *Infectũ.*
  - *Præſens & præteritum cum ſecunda forma ſunt eadem, nec ideò repetenda: ſignificatio tamen non eſt ita communis, ut in omnibus ſit actiua & paſſiua. Nam ἀδικοῦμαι ſemper eſt paſſiuum: ſic ἐκτυπόομαι, ſic ἀπολοῦμαι. At λέλωπα ſolam actionem ſignificat, ut τέτοκα: ſed in quibuſdam eſt communis, ut ἄγομαι: ἐργάζομαι, & ἕπομαι per ει augentur.*
  - *Futurũ utrunque à primæ formæ futuris oritur:*
    - *Primum uerſo ω in σομαι. Futurũ primum in ξῶ λῶ μῶ νῶ, etiam hîc inflectitur.*
    - *Secundum uerſo ω in οῦμαι.*
- *Perfectum.*
  - *Præteritum formatur à præterito primæ formæ. ſed futuro & aoriſto ſecundo cognatum eſt & habet.*
    - *Eandem figuratiuam ut λέλοιπα λέλοιπα, πέφρικα πέφρικα, πέπλευκα πέπλευκα. at λελοιπέναι λελοιπότα, βέβληκα, habent β. ab antiquis in βω: item κέκοπα, δέδοικα, κέκηκα, βέβηκα habent φα, ab inuſitatis in φω: at ἔλακα, ἔολπα.*
    - *Penultima non ſemper eandem. Nam*
      1. *Diſſyllabi futuri ε mutatur in ο, ut σπερῶ ἔσπορα, τεμῶ τέτομα.*
      2. *A' præſentis nunc*
         - *Manet ut ψάλλω ἔψαλκα.*
         - *Mutatur in η, ut θάλλω τέθηλα.*
  - *Aoriſtum utrumq́ fit à primæ formæ aoriſtis, addito μην.*

De Coniugatione uerborum contractorum.

Contracta uerba circũflexa dicũtur ab accentu circumflexo quem habent in fine. Contractiones communes nominum & uerborum dictæ ſunt: quædam ſunt in uerbis propriæ inflectio tum præſenti, tum præterito: quarum hic forma triplex diſtinguitur.

- *Prima eſt deſinentium in* αω *& proprias contractiones tres habet,*
  - Αω in α.
  - Αει & αῃ in ᾳ.
  - Αο in ω.
- *Secunda eſt in* εω: *& contractio propria hic unica eſt,* ε ει *in* ει.
- *Tertia eſt in* οω *& contractiones habet præcipuas duas.*
  - οω in ω.
  - οε in ο.

De Coniugatione uerborum in μι.

Coniugatio uerborum in μι *eſt uel*

- *Analoga: quæ fit producẽdo* α *&* ε *in* η, ο *in* ω: *deinde præponendo* ι *tantum, ſi thema ſit à uocali uel* ϛ: *ut* ςάω ἵστημι, ἕω ἵημι: *ſecus repetitũ primã literã thematis, aut pro denſa tenuẽ, ut* θέω τίθημι, δόω δίδωμι: *Coniugatio hic triplex eſt, ut in contractis:*
  - *Prima paucorum eſt uerborum: uix enim quinquaginta annotata ſunt. ut* ἵημι.
  - *Secunda uerba plusquam centum numerantur: ut* τίθημι.
  - *Tertia pauciſſima uerba ſunt: circiter triginta numerantur ut* δίδωμι.
- *Anomala. Eſt autem multiplex anomalia uerborum in* μι:
  - *Prima eſt deſinentium in* νυμι *ſine gemmatiõe. Oriũtur aũt*
    - 1. *ex diſſyllabo themate in* νω, *ut à* δύω, φύω, δῦμι, φῦμι.
    - 2. *à* λω χω γω *ut à* δείκω δεικνύω δεικνύω δείκνυμι, ἄχω ἄχνυμι, ζεύγω ζεύγνυμι.
  - *Secunda eſt uementium ab*
    - Αω *ut* ἵστημι, φημὶ, *ab* ἱστάω, φάω.
    - Εω. ΝΙ *ab*
      - Εω, *non ſolum fine, ſed ipſo uerbo, deriuantur uario ſpiritu ſeptem uerba,*
        - 1. εἰμὶ *ſum.*
        - 2. εἶμι, *eo.*
        - 3. ἵημι *mitto, ab* ἕω.
        - 4. ἵημι *uado.*
        - 5. ἵημι *concupiſco.*
        - 6. ἧμαι *ſedeo.*
        - 7. εἶμαι *indutus ſum.*
      - Κιω *fit* κεῖμαι.

De Impersonalibus.

Impersonalia ſunt forma aut

- *Prima, ut* ἀρέσκει, ἀρκεῖ, ἀνήκει, συμβαίνει, μέλει, δεῖ, χρὴ, πρέπει, φίλει.
- *Secunda, ut* ἐνδέχεται, ἐπέρχεται, ἄρχεται, ἄπτεται, ἐγγίνεται, εἴμαρται, πέπρωται.

De nominibus uerbalibus.

Oriuntur à uerbis uaria nomina præter participia, uerbalia uulgo appellantur & fiunt à ſingularibus perſonis formæ ſecundæ, incremẽto ſublato. A perſona

- *Prima ſunt uel in*
  - Α *ut* πεποίημαι ποίημα, πέπραγμαι πρᾶγμα.
  - Η *ut* μέμνημαι μνήμη, ἔγνωσμαι γνώμη, *expunctio* σ.
  - Ο, *ut* ἔψαλμαι ψαλμός, δέδεσμαι δεσμός.
- *Secunda ſunt uel in*
  - Ια, *ut* ἀπολογοῦμαι ἀπολογία, δεδοκιμασμαι δοκιμασία: *ſed in primis compoſita cum*
    - α —
    - ευ
    - δυς. —
    - *ut à* πέπειμαι —
      - ἀπειθία.
      - εὐπειθία.
      - δυσπειθία.
  - Ις, *ut* πεποίησαι ποίησις, ὄψαι ὄψις.
- *Tertia uariæ ſpecies ſunt in*
  - Α, *ut* σύγκαι σύγγρα, πεφλόγισαι φλογίγγα, ἄπιγαι ἀπίγγα.
  - Σ. *præcedente.*
    - Η, *ut* πεποίηται ποιητής, ηὔληται αὐλητής.
    - Ι *ut* ηὔληται αὐλητρίς.
    - Ο, *ut deſinentia in* τος *paſsiua & in* τικὸς *actiua. ut* ποιητὸς, ποιητικός.
    - Υ, *ut* λελαβάρισται λαβαριστύς.
  - Ρ. *unica ſpecies eſt* ωρ, ἄπισται ἀπίστωρ ἀπιστορία.
  - Ν. *quæ ſunt*
    - *Subſtantiua, ut* δεδίδακται διδακτήρ.
    - *Gerundia* γέγραπται γραπτέον.

DE ADVERBIO & Coniunctione.

- *Adhuc uox numeri fuit: ſequitur uox ſine numero: Ea eſt aut*
  - *Aduerbiū, in quo conſider.*
    - *Significationes. Eſt enim aliud*
      - *Τοπικὸν locale, ἐκεῖ, κάτω.*
      - *Χρονικὸν temporale, ut νῦν, τήμερον.*
      - *σχετλιαστικὸν commiſerationis ἄποι, ἰὼ & quæ à Latinis interiectiones dicuntur.*
      - *ποιότητος qualitatis, ut βοτρυδὸν racematim.*
    - *Deriuatio. Nam*
      - *E localibus quædam naſcuntur*
        - *Ex ſeſe ut ab ἐγγὺς, ἐγγύθεν.*
        - *A nominib. & quidem ferè*
          - *θι ſignificant in loco, ut οὐρανόθι in cælo.*
          - *θεν de loco ut οὐρανόθεν, cœlitus.*
          - *σε ad locum, ut οὐρανόσε ad cælum.*
      - *Μεσότητος aduerbia pleráq; formantur à*
        - *Genitiuo nominis ut καλῶν καλῶς, σοφῶν σοφῶς.*
        - *Participijs, ἐπισταμένων ἐπισταμένως.*
      - *Similitudinis formantur diſsimiliter, ut βοτρυδὸν, ἰλαδὸν, ἀγεληδόν.*
      - *Ἐθνικὰ contrà ſimiliter formantur, ἑβραϊστὶ, ἑλληνιστὶ, ῥωμαϊστὶ, συριστὶ, φρυγιστὶ.*
      - *E neutris finib. aliquādo aduerbia fiūt. τελευταῖον, πρῶτον, πολλὰ, μακρὰ, πάντα: ſed id præſertim in finibus poſitiuorum, comparatiuorū, ſuperlatiuorū, ut ταχὺ pro ταχέως, & ταχύτερον ταχύτατα. ſic ἡδὺ ἥδιον ἥδιστα: ὀξὺ ὀξύτερον ὀξύτατα: ſic πλεῖον, μεῖζον, χεῖρον. Quædam comparatiua & ſuperlatiua in ω, ut ἐγγυτέρω ἐγγυτάτω, πορρωτέρω πορρωτάτω. Item in τέρως comparatiua, ut ἀληθεστέρως, ῥαθυμοτέρως.*
  - *Præpoſitiones: quarū*
    - *Monoſyllabæ ſex εἰς ἐκ ἐν πρὸς πρὸ σὺν.*
    - *Diſſyllabæ 12. ἀμφὶ ἀνὰ ἀντὶ ἀπὸ ἐπὶ ὑπὲρ ὑπὸ μετὰ διὰ κατὰ παρὰ περὶ.*
  - *Coniunctio σύνδεσμος, quæ eſt aut:*
    - *Enunciatiua, ἀποφαντικὸς: eáq; aut*
      - *Copulatiua & quidem uel*
        - *Abſoluta ἁπλῶς, ut καὶ, τέ.*
        - *Conditionalis συναπτικὸς, ut ἐὰν, εἰ, εἴπερ, ἄν, ἄνπερ.*
      - *Segregatiua, eáq; aut*
        - *Diſcretiua ἐναντιωματικὸς, ut μὲν, δὲ, ὅμως, ἀλλ᾽ ὅμως, γοῦν, γε.*
        - *Diſiunctiua διαζευκτικὸς ut ἢ, ἤτοι.*
    - *Ratiocinatiua, διανοητικὸς, eáq; uel*
      - *Cauſalis αἰτιολογικὸς, ut γὰρ, ἵνα, ἐπειδὴ, ὅπως, ὄφρα, ὅτι, διότι, καθότι, ἕνεκα, ἕνεκεν.*
      - *Rationalis, συλλογιστικὸς, ut, ἄρα, οὖν.*

Finis primæ partis de Etymologia.

DE SYNTAXI

Conuenientiæ.

- *Syntaxis vocum*
  - *Cum numero est in*
    - *Conuenientia*
      - *Nominis*
        - *Numeralis, adiectiui, quod differentiam Latinam non ſeruat, ut Demoſthenes dicit quidem* δύο καὶ τριάκοντα *&* χίλια καὶ διακόσια, *at contrà* τὰς διακοσίας καὶ χιλίας.
        - *Subſtantiui, quod aliquando deeſt, ut* ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, *ſcilicet* χερσίν.
        - *Adiectiui neutri, quod pro ſubſtantiuo ſæpè aſſumitur, ut* τὸ πεζὸν *pro* οἱ πεζοί.
        - *Relatiui. Nam*
          - *Ellipſis antecedentis frequentiſſima eſt, & caſus idem antecedentis & relatiui, ut* πεπείκαμεν τὰς ὑπεχόντας μείζω, ὧν ἐμέλλομεν τελεῖν. *ubi intelligitur* ἐκείνων.
          - *Αὐτός.*
            - *Aliquando habet emphaſin, ut* αὐτὸς ἔφη.
            - *Compoſitum cum nomine, reciprocum eſt, ut* αὐτοδίδακτος, φίλαυτος.
            - *Aliquando pro compoſito ſumitur: ut* ὁρῶν τὴν τοῦ Δίωνος δύναμιν ἐπ' αὐτὸν *pro* ἑαυτόν.
        - *Articuli.*
          - *Præpoſitiui qui*
            - *Aliquando*
              - *Habet emphaſin, ut* ὁ ποιητής, *id eſt, ſummus poeta, ut Homerus.* τὸ ἀγαθόν.
              - *Interpretationis eſt, ut* τὸν γέροντα οἶδα, τὸν πάνυ γεγηρακότα.
            - *Præponitur.*
              - *Nominib. Exceptis*
                1. *Interrogatiuis,* τίς, ποῖος, πόσος.
                2. *Infinitis, niſi per compoſitionem,* ὅστις, ὁποῖος.
                3. *Redditiuis, ut* οἷος, ὅσος, τοῖος, τόσος.
                4. *Vniuerſaliter negantib. ut* οὐδεὶς ὑγιής.
                5. *Numeralib. ut* τίθει πέντε δραχμάς *niſi interpretationis cauſa adhibeatur.*
                6. *Nominibus primitiuis, demonſtratiuis & compoſitis.*
                7. *Titulis librorum, ut* περὶ δικαίου, περὶ φύσεως.
              - *Verbo infinito & aduerbio, ſed vice nominis poſito. ut* τὸ φυλάξαι, τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον. ὁ σήμερον ἡμέρα. οἱ πρὸ ἡμῶν.
              - *Rebus* τεχνικῶς *acceptis, tanquam neutris nominibus ut* τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν μετίρησε.
          - *Poſtpoſitiui, qui aliquando pro præpoſitiuo adhibetur ut* Λ. δὲς ἅπαντα, ὁ μὲν πέντε, ὁ δὲ δέκα, *&c.*
      - *Verbi cum nomine. Nam* ἄμφω *&* δύο *licet dualia, plurali ſæpè iunguntur ut* ἄμφω τρέχουσι. *Atticè item neutrum plurale additur ſingulari verbo. ut* ταῦτα πράξα.
    - *Rectione.*
      - *Nominis.*
        - *Subſtantiui. Regens ſubſtantiuum aliquando tacetur, ut,* Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, *ſcilicet* υἱός. *Contrà* υἱὸς *additur ex abundanti ut* υἷες ἀχαιῶν. *pro* ἀχαιοί, *item* ἑλλήνων παῖδες *pro* ἕλληνες. *Poſſeſſiua poſt ſe genitiuum quemuis liberius admittunt, ut* τἀμὰ σωθέντος τοῦ κακοδαίμονος. *Primitiuum pro poſſeſſiuo ſæpè, ut* ὁ φίλος μοῦ πατὴρ ἡμῶν, *pro* ἐμός, ἡμέτερος.
        - *Adiectiui. Vide A.*
      - *Verbi. B.*
  - *Sine numero. C.*

- **A. Rectio nominis adiectiui eſt uel ad**
  - Nomen.
    - Quantitatis; ut
      - Gradus. Nam aliquando ſumitur.
        - Poſitiuum pro comparatiuo, ut πάντα τἄλλα ῥᾴδιον ἐστὶν ἢ πάντα ἄρχειν pro ῥᾷον.
        - Comparatiuum, etiam inter plures eiuſdem generis, pro ſuperlatiuo, ut ἁπάντων ῥητόρων δεινότερος pro δεινότατος.
        - Superlatiuum pro comparatiuo ut αὐτὸς αὐτοῦ ἐχθίστος pro ἐχθίων.
      - Partitionis, ut οἱ σοφοὶ ἄνδρες, ἢ οἱ σοφοὶ τῶν ἀνδρῶν, αἱ καλαὶ τῶν γυναικῶν τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων.
    - Qualitatis, ut Differentiæ. Nam adiectiuum differentiæ genitiuum regit. ἕτερον τοῦ λίθου.
  - Verbum infinitum. Nam quædam adiectiua uerbum infinitum poſt ſeſe capiunt ut ὀξύτατοι γνῶναι τὰ ῥηθέντα, συνιδεῖν δεινὸς καὶ συνειπεῖν ἱκανός, οἷος ἀρρωστῆσαι πάντας.

De Rectione uerborum.

- **B. Rectio Verbi eſt aut**
  - Perſonalis
    - Finiticum
      - Nomine, cuius rectio eſt aut
        - Primaria. Nam
          - Actiua accuſatiuum ſimiliter Latinis regunt, ut ἡμέρα κλίνει κατάγει πάντα τἀνθρώπεια. Aliquando etiam accuſatiuus geminatur, ut τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον. Sic διδάσκω & ἀφαιροῦμαι.
          - Paſsiua genitiuum regunt: ſed media præpoſitione aliqua: ut ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ τὰ μαθήματα. Aliquando præpoſitio omittitur. Hic tamen datiuus etiam frequenter eſt, ut βεβούλευται ἐπ' αὐτῷ, ἃ πέπρακταί μοι.
          - Neutra, deponentia & communia, ſignificationis actiuæ uel paſsiuæ, actiuorum uel paſsiuorum rectionem imitantur abſoluta ponuntur abſolutè, ut φεύγω καὶ λανθάνω σε, πάσχει ὑπὸ τοῦ νόσου, ἐργάζομαι τὴν γῆν καὶ ἡ γῆ εἰργάζεται ὑπ' ἐμοῦ.
        - Secundaria, cum præter primarium caſum alius eſt uel
          - Simplex ut
            - Genitiuus quem regũt uerba
              - Senſus. ὄζει ἡ αὐτῇ ψυχῇ, ἀκούειν ἀνδρός: ὀσφραίνεσθαι τῆς ψυχῆς: γεύεσθαι καπνοῦ. Excipe uerba uiſus ὁρῶ, βλέπω.
              - Studij: ὀρέγομαι τῆς ἀληθινῆς σοφίας, πάντων ἐπιμελεῖν, μνημονεύειν, ὀλιγωρεῖν.
              - Dominatus, τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, ἀλλήλων κρατεῖν: ſic δεσπόζειν, κυριεύειν, τυραννεῖν, δυναστεύειν, βασιλεύειν.
              - Poſſeſsionis, ἄξιος ἐπαίνου τυχεῖν, ὄνασθαι αὐτῶν: ſic μετέχειν, κοινωνεῖν, ἀπολαύειν.
              - Copiæ: αἱ λίμναι μεσταὶ γέμουσι.
              - Differentiæ, ut: ὁ ἄπειρος οὖν σοι, ἢ ἐλέγχειν διαφέρει.
            - Datiuus: quem regunt uerba acquiſitionis ut χρῶ τοῖς βελτίοσι. Verba tamen quælibet etiam datiuum regunt ui acquiſitionis.
          - Multiplex, ut ἐπελείπει μοι, καὶ μοὶ τόδε. Sic μέτεστί σοι τόδε uel τοῦδε.
      - Verbo.
        - Deliberationis. Verba enim deliberatiua infinitiuo ſeruiunt, ut βούλεται πιεῖν.
        - Motus. Verba enim motus infinitiuum regunt, ut ἦκε ἐλθεῖν καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.
    - Infiniti: Nam infinitiuus poſt ſe regit caſum finiti: ante ſe accuſatiuum ſæpè regit; nonnunquam & nominatiuum, genitiuum, datiuum: ut ὅταν φῇ δεσπότης εἶναι. Infinitiuus autem cum articulo, ſupplet uicem nominis, ut τὸ, τοῦ, τῷ πλουτεῖν. Vſurpatur etiam aliquando pro imperatiuo, ut μετρίως μὲν φαγεῖν, καὶ πιεῖν καὶ μυθολογεῖν.
  - Impersonalis. Nam impſonalia forma
    - Primæ ſuos caſus habent ut δεῖ χρημάτων, χρὴ φίλων, μέτεστί μοι τοῦ εἶναι, προσήκει μοι ἀν, πρέπει ἀνδρί, ἐν ἐγὼ σὺ ἄρξαι τὸν ἐν ἀρχθέντα.
    - Secundæ pleraq; abſolutè ponuntur, ut ἀποχρώντως εἴρηται, ἱκανῶς τεθρήνηται, ἀπήρκεσται σοι.

Participiorum Syntaxis.

Participium.
- Pro infinito uerbo ponitur, ut ἄδηλ@ ἦ ἀγνοῶν, παύσαι ἐμοὶ καὶ σεαυτῷ πράγματα παρέχων, διατελεῖ λέγων καὶ πράττων, τυγχάνει γράφων.
- Redundat interdum apud Atticos, ut παίζων ἔχων pro παίζεις, ἔχω, φέρων pro φέρω.

Syntaxis Aduerbiorum Præpoſitionum.

C. Voces ſine numero ſunt

- **Aduerbia, in quibus conſider.**
  - **Conuenientia.**
    - **Localium quæ in quadruplici differẽtia ſunt**
      - In Loco. Ποῦ quærit de habitudine in loco: cui reſpondent ἔνθα, ὅπου, ὅπη, τῇδε, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, αὐτόθι, αὐτοῦ, ἐκεῖ, ἑτέρωθι, ἄλλοθι, πανταχοῦ, &c.
      - De loco. Πόθεν quærit de loco: cui reſpondent ὅθεν, ἐντεῦθεν, ἐνθένδε, αὐτόθεν, ἐκεῖθεν, ἄλλοθεν, πανταχόθεν, ἀμφοτέρωθεν, ἑκατέρωθεν, ἑτέρωθεν.
      - Ad locum. Ποῖ quærit de motu ad locum: cui reſpondent ὅποι, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, δεῦρο, ὧδε, ἐκεῖσε, πανταχόσε, ἄλλοσε, ἀμφοτέρωσε, ἑκατέρωσε, &c.
      - Per locum. ᾗ quà.
    - **Temporalium. Nam**
      - Νῦν nunc, cuiuis tempori accommodatur, excepto pluſquam perfecto, νῦν ποιῶ, ἐποίουν, ἐποίησα, πεποίηκα, ποιήσω. Eius extrema ſunt ἄρτι & αὐτίκα.
      - Σήμερον hodie cuiuis tempore adhæret, præterquam pluſquam perfecto & futuro: eius extremum ἐχθὲς uel χθὲς, infecto uel aoriſto: alterum extremum αὔριον futuro.
      - Ἀεὶ quoque cuilibet temporum differentiæ congruit: quemadmodum ποτὲ καὶ ἑκάστοτε, & ὅτε καὶ τότε, præterquam perfecto.
      - Ἤδη præterito & futuro, diciturque de tempore proximo.
      - Πρώην, πάλαι, ἤδη πώποτε ſolis præteritis: ſicut è diuerſo αὐκὲ & αὖθις ſoli futura: nonnunquam etiam præſenti.
      - Πρὶν præterito indicatiui iungitur.
      - Ἕως præterito indicatiui, infinitiui & ſubiunctiui iungitur.
  - **Rectio. Nam**
    - Deriuata à nominibus, primitiuorum caſum retinent: ἴσα τοῖς γονεῦσιν ἐθεράπευσεν αὐτούς: ὁμοίως τοῖς παισὶν ἐπαίδευσε.
    - **Seruiunt**
      - Genitiuo quædam è localibus, ut ἐνδόνων ὄντες πέρξω, τῶν δ' ἐμπορῶν ἐγγύς. Sic ἐκτὸς ἐλαιῶν, ἐξωθιλῶν, πῶ γῆς, ἄχρι ἑσπέρας. Seruiunt eidem alia multa, ut ἅπαξ τῆς ἡμέρας, δὶς τοῦ μηνός, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ. ὦ πολλοῦ γέλωτ@! ὦ τῆς λαμπρᾶς συμφορᾶς. Sic παπαὶ τῶν ἑταίρων, φεῦ τῶν κακῶν, οἴμοι τῶν πραγμάτων καὶ παιδίων, ὀτοτοῖ τῶν σαθρῶν ὑποδημάτων, ἄστυ ἐκράτει, καὶ ὄναρ ἀντ' ἀληθινῶν.
      - Datiuo congregatiua, ut ἅμα τῷ λέγειν, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις.
      - Accuſatiuo iuratiua, ut νὴ Δία, οὐ μὰ Δία.
- **Præpoſitiones, quæ ſunt rectionis uel**
  - **Vnius, Seruiũt enim tantùm**
    - Genitiuo ἐκ, ἐξ, πρό, ἀντί, ἀπό.
    - Datiuo duæ: ἐν & σύν.
    - Accuſatiuo εἰς & ἀνά.
  - **Multiplicis. Alia enim ſunt genitiui, & accuſatiui.**
    - Tantùm, ut ſex illæ, ἀνά, διά, κατά, μετά, περί, ὑπέρ.
    - Et datiui, πρός, παρά, ἐπί, ὑπό.
- **Coniunctiones.** Vide *

Syntaxis

Syntaxis Coniunctionum.

Σύνδεσμος.

- Συμπλεκτικὸς, καὶ ſemper præponitur: ut καὶ νικαράτυς γράφω καὶ πλάτων. Τε poſtponitur, θεοί τε καὶ ἄνθρες.
- Συναπτικὸς, ἐὰν ἀπολύσω. εἰ ſæpè iungitur infecto, εἰ τοῦτο ἐποίει ἐκεῖνος, λύων ἄν. iungitur & optatiuo & coniunctiuo.
- Ἐναντιωματικὸς, μὲν procedit, δὲ ſequitur: ἄλλοι μὲν σπείρουσι, ἄλλοι δὲ ἀμῶσιν. Quandóq; pro δὲ ἀλλὰ reſpondet, item ἀτάρ, αὐτάρ, μὴν, ὅμως & compoſita, ἀλλάμην, ἀλλ᾽ ὅμως.
- Διαζευκτικὸς: ἢ νὺξ ἢ ἡμέρα, ἤτοι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον.
- Συλλογιστικὸς, ἄρα. ἄρα ἂν ἐκ τῶνδε τὸ τοιόνδε γίγνεται. τοίγαρ. τοιγάρτοι, κύριοι γενόμενοι. τοίνυν, τοῦτο τοίνυν.
- Αἰτιολογικὸς, γάρ. μάλα γὰρ οὗτοι ἄριστος ἦτως. Heſiod. ἵνα λάβοιεν: ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ῥᾴδιον ἐστὶ. ὅπως: πραγματεύονται ὅπως ἄρξειν, μᾶλλον ἢ ὅπως ἄξιοι ὦσι τούτων. ὅτι ὅτι ἢ δίκαιον ἐστιν, οἶδα. ἕνεκα. καρποῦ ἕνεκα.

De Rectione abſoluta.

Habent Latini rectionē abſolutam ex ellipſi aduerbij, quam Græci grammatici nominatim profitentur ex eadem ellipſi proficiſci: Aduerbiū autem deeſſe indicat uel

- Genitiuus ut in nominibus.
  - Cauſæ.
    - Propter quam, ut τότε δὲ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῶν τρόπων ἐτιμωρήσαμεθα, id eſt, ἕνεκα τῆς τέχνης καὶ τρόπων. Sic ζηλῶ σε τοῦ ἐλευθεριότητος, εὐδαιμονῶ σε τῆς παῤῥησίας, φιλῶ αὐτὸν τῆς ἀρετῆς.
    - Per quam, πρίαμαι σε τοῦ πωλὸς, κύνες τῶν ἵππων ἱερατῶ. Ponitur etiam nomen inſtrumenti in datiuo, ut πάσῃ δυνάμει σοι βοηθήσω, τῷ ξίφει ἐπάταξε.
    - Ex qua uel de qua: λίθου λευκοῦ ἐποίησε τὴν νηόν. Huc etiam referri poteſt genitiuus laudis, amoris, miſerationis, accuſationis, odij, æſtimationis: κατηγορῶ αὐτοῦ φόνου: μέμφεταί σοι ἀχαριστίας, βασκαίνω μοι τῆς χάριτος: πολλοῦ ἐπρίατο: τίματος ἐστιν ἀρετὴ ἀξία.
  - Copiæ & inopiæ: ut πληροῖ τὸ ἄγγος οἴνου: γεμίζω τὴν φιάλην ὕδατος, γυμνῶ σε τῶν ἱματίων, λύω σε τῶν δεσμῶν.
- Accuſatiuus ut in nominibus.
  - Menſuræ: ἀπέχει ἡ πλαταιᾶ τῶν θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα.
  - Temporis: tanquam menſuræ: ut ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ: ἐπεπλεύσα δεῦρο τρίτον ἔτος. Contra etiam genitiuus temporis illius eſt, ut αἱ ἐσπέριαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. Item cum tempus ſine duratione: πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου.

Finis Græcæ Grammaticæ.

GRAM.

GRAMMAIRE FRAN-
COYSE DE PIERRE
dela Ramee.

Aux Francoys.

Les Vieux Gaulloys auoyent tous Arts en leur langage,
Mais Dis, l'un de leurs Dieux (qui riche tient couuerts
Sous les obſcures nuits mille treſors diuers)
Aux chams Elyſiens retint des Arts l'uſage.
Il falloit doncq' auoir, pour la bas penetrer,
Les rappeler, les faire en l'air Gaulloys rentrer,
Ce Rameau d'or, par eus redorant tout noſtre age.

Iodelle.

LA Grammaire eſt non ſeulement la premiere entre les ars liberaulx, mais elle eſt la mere nourrice de tous, qui les nourrit côme au berceau & leur apprend à parler & declairer ce quils ſcauent: & ſans elle ſeroyent muets & inutiles: & à ceſte cauſe a eſte magnifie nõ ſeulement par les anciens Philoſophes, ains par les grans Princes. A ce pros iallegueray Marcus Varron & Iulle Cæſar, fort grans ſeigneurs, qui toutesfois ont eſtime à grand honneur deſcripre la Grãmaire de leur langue: & ont iuge que ceneſtoit petit los de uertu de donner aux hommes loix de bien parler. Ce meſme iugement à eſte de Meſſala Coruinus, qui a eſcript des liures entiers de chaſcune lettre: le meſme d'Auguſte, qui maintenoit que l'eſcripture debuoit reſpondre à la uoix & le practiquoit ainſi: Le meſme de Claudius Empereur quatrieſme, qui inuenta trois lettres & en mit par ſon autorite luſaige en auant. Mais queſt il beſoing d'alleguer ces Romains? Nauons nous point de Gaullois, nauons nous point de Francoys, qui ayent eſte les Varrons, les Cæſars, les Coruinus, les Auguſtes, & Claudius de la langue Gaulloyſe ou Francoyſe? Certes la Grammaire & toutes aultres diſciplines liberalles eſtoyent anciennement en langaige Gaulloys es eſcoles de nos Druyades ſans en rien tenir ny des Grecs, ny des Latins: & depuis eſtants ſorties de la Gaulle auec leurs Gaulloys ſont paſſees en la Grece, ou elles ont eſte fort cheries & honnorees & de la ont eſte inuitees en Italie, & en toutes les parties du monde: comme nous auons demonſtre au liure de lancienne Gaulle. Que ſi nos hiſtoires ne ſont menteuſes, Chilperic & Charlemaigne ſattribueront iuſtement ceſte louange. Chilperic, comme teſmoigne Gregoire de Tours, en fut ſi curieux, que uoyant lorthographe corrompue, mit en auant (comme auoit faict Claudius Empereur) trois characteres, & commanda par ſes patentes quils fuſſent practiques par tout ſon Royaulme. Charlemaigne a faict dauantaige, il à eſcript la Grammaire Francoyſe entiere.

Sueton in Iulio. ſect. 56.

Sueton. in Auguſto ſect. 88

Sueto in Claudio ſect. 41.

Gregorius Turon. lib. 5. cap. 44.

Paulus Aemilius lib. 2.

GRAM-

GRAMMAIRE FRANÇOYSE OV GALLOISE DE PIERRE DE la Ramee.

Des Voyelles.

Grammaire eſt ung art de bien parler, qui eſt de bien & correctement uſer du langaige, ſoit en proſodie ou orthographie, ceſt à dire en uraye prolation ou eſcripture. Elle à deux parties:

- Etymologie, qui eſt la premiere partie de Grãmaire, qui declaire les proprietez.
  - Letres. Letre ceſt ung ſon indiuiſible, comme en ce mot, bon: il ya trois letres b, o, n. La letre ẽ diuiſee en deux eſpeces, ſcauoir eſt en la.
    - Voyelle, qui eſt letre qui par ſoy peult faire ung ſon entier. Entre les uoyelles les unes ſont
      - Ouuertes, leſquelles ſe proferẽt la bouche plus ouuerte: & ſont ſept, deſquelles la
        - Premiere ceſt A, que nous Gaullois ont nomme Alpha. Elle na rien de different auec les Grecs & Latins.
        - Seconde ceſt le ſon que nous eſcripuons par deux uoyelles a & u, comme en ces mots, aultres, aultel: ou nous prononcons toutesfois une uoyelle indiuiſible.
        - Troiſieſme ceſt une uoyelle que nos Galloys ont appellee l'e menu, & que nous appellans aiourdhuy l'e femenin, l'e brief, l'e clos: comme es dernieres letres de ces mots, Pere ſage, Mere ſate.
        - Quatrieſme ceſt une uoyelle nommee par nos Gaulloys Eta: comme elle eſt nommee par nous l'e maſculin, l'e long, l'ouuert: comme en ces mots, Mes, tes, ſes, quand nous diſons, mes biens, tes biens, ſes biens. Mais pour ſignifier ceſte longueur, nous faiſons ſouuent une lourde eſcripture en prepoſant une conſonne, comme, deſcouurir, esleur, pour decouurir, eleuer.
        - Cinquieſme ceſt ung ſon entre ces deux uoyelles tantoſt brief, tantoſt long: comme es dernieres letres de ces mots, Ayme, traicte, amatus, tractatus ou il eſt long. Item es dernieres ſyllabes de ces mots aymer, traicter ou il eſt brief.
        - Sixieſme ceſt ung ſon que nous eſcrimons par deux uoyelles e & u, comme en ces mots, peur, meur, ſeur.
        - Septieſme, ceſt uuommee par nos Gaulloys Iota, qui na rien de different auec le & Grec & Latin.
      - Arrondies, leſquelles ſe proferẽt la bouche plus ſerree & plus arrondie: deſquelles la
        - Premiere proferre la bouche plus ſerree & plus arrondie, ceſt le ſon propre en la premiere & troiſieſme letre de ce mot, obole. Les Grecs ont faict icy deux characteres, ſcauoir ω, quand ceſte uoyelle eſtoit longue & lont nomme l'o grand: & o, quãd elle eſtoit briefue, & lont nomme l'o petit. Mais les Latins & les Francoys ont meſpriſe ceſte difference, & nont faict que un charactere pour ceſte uoyelle, comme auſſi ils nont faict en a & i, en delaiſſant ce different de quantite, à l intelligence de celuy qui la proferre.
        - Seconde ceſt le ſon que nous eſcripuont abuſiuement par ou: car ceſt icy en Francoys ung ſon indiuiſible, uoyre marqué par u ſimple charactere & prononce non ſeullement par les anciens Latins, mais auſſi aiourdhuy par les Italiens, Eſpaignols, Angloys, Allemans: comme en ces mots, bouche, couſteau, doulx, fouldre, ioug, loup, moult, nourrice, poulſe, rouge. Ce ſon donq nous eſt une ſimple uoyelle, comme aux Latins eſt u, uoyelle ſimple diẽe, uoire qui eſt ſonnẽt briefue, comme en courir, mourir.
        - Troiſieſme ceſt le ſon que nous eſcripuõs par u, & que les urays Grecs & Latins ont eſcript par y. Parquoy nous abuſons lourdement de y, pour la uoyelle i.
    - Conſonne.
  - Syllabes & motz.
- Syntaxe.

Des Conſonnes.

- Conſonne ceſt une lettre qui ne peult de ſoy faire ung ſon entier Elle eſt partie.
  - Demiuoyelle, pourtant quelle a comme ung demy ſon de uoyelle: elle eſt nommee en prepoſant E, ſelon ſa puiſſance & eſt partie.
    - Liquide. Les liquides ſont ainſi appellees:non pas quelles ne ſoient auſsi bien ſouuent fermes, mais pourtãt que quelquefois elles ſont quaſi fondues & liquefiees en leurs ſons, elles approchent des premieres uoyelles, cõme ſont celles, que nos Gauloys appelloiẽt, ſigma, ro,lambda,my,ny: les Romains les ont nommees, Es,er,el,em,en.
      - S eſt cõſonne ferme quand nous diſons Sa,ſe,ſi, ſo.ſu: Mais nous ſommes prodigues en le ſcripture de S ſans la prononcer, comme en maiſtre,meſler,maſle,eſter,ſouſtenir, Ceſte ſuperfluite neſt point en la liqueur, qui eſt icy double.
        - La premiere,ceſt ce que nous eſcripuons ch, comme en chapitre,chete,chiche,choſe,chutz:ni neſt ceſte lettre ny Grecque ny Latine, ains totallement,& proprement Francoyſe:& contre toute raiſon elle eſt eſcripte par c & h. Car en tel ſon il ny a rien ny de c,ny de h,comme leur puiſſance le demonſtrera Car ſi nous ſonnes c, comme en Car, & h comme en Haren,qui eſt leur uraye, nous cognoiſtres que Chapitre, ſonneroit comme Khapitre. Elle eſt appellee Schin par les Hebreux,qui prononcent ainſi ceſte lettre, & par la difference de la quelle contre S, quarante deux milles Ephraitens furent remarques pour eſtrãgers en ce mot Schiboleth, ou ils prononcoient Siboleth & par ceſt indice eſtans deſcouuerts furẽt mis à mort Ainſi les Flamans ſeroient nos Ephraitens, car ils prononcent Sere, pour Chere.
        - La ſeconde,ceſt ce que nous eſcripuons par z, comme en ce mot,zizanie: & que nous nommons zet, preſques comme nos Gaullois,qui lauoient nomme anciennement zeta.
      - R.eſt ferme du commencement,comme quand nous diſons,Ra,re,ri,ro, ru: & liquide au meilleu: comme en Rere,Rare,la premiere R,eſt plus ferme, la ſeconde eſt fort amollie.
      - L eſt ferme au commencement, comme quand nous diſons, La. Le, Li,Lo,Lu. Mais ceſte eſcripture Oultre,peult,moult,ou L n eſt aucunement proferee,demonſtre aſſes ſa lourderie.
      - M.eſt ferme au commencement de la ſyllabe:comme,Marie.Martyr: En fin elle eſt liquide comme Nom,Bam. Qui à eſt cauſe à nos Grammairens denſeigner que M deuant p,eſtoit preſques ſupprimee,comme en Camp,Champ.
      - N eſt uolontiers ferme au commencement du mot & en la fin comme Nanin, Non mais au meillieu elle eſt quelquefois liquide, comme en compaignon, eſpaignol.
    - Ferme Les fermes ſont celles qui ne ſont iamais liquides a ins touſiours fermes, & ſe rapportent aux ſecondes uoyelles en arrondiſſant leur ſon. La
      - Premiere,ceſt le ſon que lon profere & eſcript es premieres ſyllabes de ces mots, Iamais,ietter,Ioſia: iuter. Ceſte demi uoyelle ferme a eſte nommee Iod par les Hebreux.
      - Seconde ceſt le ſon pronõce es premieres lettres de ces mots,Vacation,Vertu, Viſte, Voſtre, Vuide. Varron treſdocte Romain la nõmee Vau,ſelon ſa proprieté & uertu.
      - Troiſieſme ceſt Ef,qui na rien en Francois different du Latin, comme en Fa, fe, fi,fo,fu.
      - Quatrieſme ceſt Ha,que pourtant lon nomme mal, comme Ache, & eſcript on mal ce nom,comme Ah. Ceſte lettre neſt point aſpiration en Francois comme en Latin,& pourtãt neſt iamais apoſtrophee,ou elle urayement eſcripte, mais elle eſt touſiours demi uoyelle ferme.& eſt ſeulement deuant les uoyelles, comme la Hallebarde, la Here, le Hideux,le Honteux, la Hure: & pourtant ceſt ung abus de leſcripre ou elle neſt point proferee: comme en Heritier, Heure, Homme.
  - Muettes, nõmees par leur puiſſance en poſtpoſant E, & ſont auſsi partie plus.
    - Ouuertes, proferees.
      - Principalement des dentes, comme ſont
        - Tau. Les Latins lont nommee Te. Nous abuſons de T pour S entre deux uoyelles: comme en Condition.
        - Delta. En Latin De.
      - Du palais comme
        - Cappa. Ce.
        - Gamma. Ge.
    - Cloſes, comme
      - Beta. Be.
      - Pi. Pe.

Des Syllabes.

Syllabe ceſt ung ſon entier & peult eſtre du ne ſeule letre, comme dung voyelle : peult auſſi eſtre de pluſieurs letres, &c.

- *Voyelles. La ſyllabe de deux voyelles eſt nommée diphthongue, ſcavoir ung ſon de deux voyelles compriſes en une ſyllabe. La.*
  - *Premiere ceſt Ai, comme en Paiant, Gaiant, Aidant: qui ſaltere ſouuent en ei & e comme aimerai feray, pour ei mere ſere.*
  - *Seconde ceſt Eau, en Chapeau, Manteu.*
  - *Troiſieſme ceſt Ei, comme en preine, fonteine, feindre, peindre, creindre.*
  - *Quatrieſme ceſt Ie, comme en fiel, mien, viellart.*
  - *Cinquieſme ceſt Ieu, comme Dieu, lieu.*
  - *Sixieſme ceſt Oy, Comme moy toy: que lon liſt pour moe, toe.*
  - *Septieſme ceſt Oi, cóme en moindre, poindre, coing, foing : qui eſt fort uſitee en noz participes, Voyant, oyant, larmoyant, fouldroyant: auſſi en aultres motz, comme loiaulx, roiaulx.*
  - *Huictieſme ceſt Ui, comme en puis, nuire : qui eſt auſſi ſouuent en noz participes & verbes fuiant, cuidant, vuider, puiſer.*
- *Conſonnes. Quant a la ſyllabe compoſee de conſonnes, le Francois ne pronóce point volontiers deux conſonnes ſentreſuiuantes, ſi ce neſt dauenture R, comme en ces motz Terre, Errer: Ou bien en quelques deriuez, cóme courantment, diligemment. Nous ſommes neantmoins prodigues en ſuperfluite de ceſte eſcripture : comme Paſſer, Aller, Commun, Honneur, Differer, Flatter, Coccu, Aggrauer, Abbayer, Frapper : ou neſt prononcee qu'une conſonne pour deux eſcriptes.*

Des Mots.

Mot ceſt par qui chaſcune choſe eſt nómee. Les accidens du mot ſont.

- *L'accent: qui na poinct encore en France daultre doctrine que nature, pour le moins qui ſoit bonnement expliquee. Mais l'apoſtrophe eſt quelque appartenance de l accent, ceſt à dire ung retranchement de letre finale, pour auoir une euphonie, ceſt à dire ung ſon plaiſant à loreille : & ſe marque en leſcripture par ung demy cercle au deſſus. Icy fault conſiderer les.*
  - *Voyelles ſubiectes à l'apoſtrophe : comme a, e, i, quand le mot ſuiuant commence par voyelle, comme m'amie, ia'yme, ſi'l veult: pour ma amie, ie ayme, ſi il veult. A quand il eſt verbe ou præpoſition, neſt point apoſtrophe, comme, il a eſte homme de bien : il eſt à Amiens. E final eſt quelquefois apoſtrophe deuant la conſonne, comme grand' ioye, grand' peur, la plus grand' part, ſau' voſtre grace. I neſt guerres apoſtrophe en ſi, comme, ſi audace, ſi eloquence, ſi ung: Item quand ſi ſignifie tant, iamais neſt apoſtrophe: comme ſi ambitieux, ſi enuieux, ſi mutieux, ſi honneſte, ſi utile. Ni auſſi ne faict point dapoſtrophe: comme, ie ne uiz iamais ni Amboiſe ni Italie. Quelquefois deux voyelles ſont apoſtrophees en une meſme ſyllabe, comme i iray, pour ie i iray.*
  - *Conſonnes ſubiectes à l'apoſtrophe : comme S & T quand une conſonne commence le mot ſuiuant, comme le philoſophe ſon' ton par raiſon. R & L ſont quelquefois apoſtrophees, voire pour ne point tomber en une deplaiſante concurrence de voyelles, noz interpoſons quelquefois ung T & une S. cóme tu veu' parle' tou' ſeul, At i faict? at i chante? Je ris & pleure: pour, tu veux parler tout ſeul, a il faict? a il chante : Je ri & pleure: non pas que ny t, ny s ſoit à telle perſonne, mais pourtant quil plaict ainſi à loreille.*
- *La notation, &c.*
  - *Leſpece, ceſt pour ſcauoir ſi le mot eſt —*
    - *Primitif, comme vin.*
    - *Deriuatif, comme vineux.*
  - *Figure, ceſt pour ſcauoir ſi le mot eſt.*
    - *Simple, comme Amis, Dit.*
    - *Compoſe, comme Ennemis, Contredict. Icy nous auons une grande felicite de compoſition: comme, Sauuegarde, boutefeu, couurechief, bridoie, curedent, chauſſepied.*

Des differences des mots.

- *Les differences du mot ſont ou.*
  - *Auec nõbre quãd elles notent auec leur principalle ſignification un nombre ſingulier ou plurieur: Le mot de nombre eſt ou.*
    - *Nom qui eſt ung mot de nombre auec genre. Icy conſidere le.*
      - *Nombre. Le plurieur adioute au ſingulier une S, comme homme, hommes, femme, femmes, ueau, ueaux, uaiſſeau, uaiſſeaulx, heureu, heureus, uertu, uertus: laq, laqs: loup, loups: hanap, hanaps: fier, fiers: champ, champs: bon, bons: actif, actifs: quel, quels: lac, lacs: long, longs. T & D ſont amortis, comme ſecret, ſecrets: regret, regrets, dent, dens: aymant, aymants: donnant, donnants plaid plaids: ſouldard, ſouldards. A final deuant L, eſt changee en au en ſupprimant L, comme cheual, cheuaulx, loyal, loyaulx, royal, royaulx. Nous diſons auſſi, ciel cieux, uieil, uieulx: oeil, yeulx. Quelques noms ſont ſeulement ſinguliers: cõme ſang, or, argent, plomb, eſtain, gray. Quelques uns ſont pluriers ſeulement, comme pleurs: quelques noms plurieurs ne ſont point terminez en S, comme quatre, cinq ſept, huict, neuf, onſe, douſe, treſe, quatorze, quinze, uingt & aultres numeraulx.*
      - *Genre, qui eſt maſculin ou femenin. Si le nom conuient au maſle, il eſt maſculin: ſ'il conuient à la femelle, il eſt femenin: comme Pierre, Ieanne, ſeigneur, dame, roy royne. Les noms d'arbres ſont maſculins, de fruicts ſont femenins, de uilles ſont tantoſt dung, tantoſt daultre: de mon noye ſont maſculins: comme pommier, poirier, ſeriſier, pomme poire, ceriſe. Paris eſt grand, Troye eſt marchande: teſton, eſcus. Quelques reigles ſe peuuẽt dreſſer pour le.*
        - *Maſculin cõme le plus frequent ſelon les lettres finales: en exceptant les femenins.*
          - *A Bras, las, laſſus, amas, tas, cumulus, cas.*
          - *Au. chappeau, manteau, pinſeau, ſauf peau, eau.*
          - *E. Office, benefice & ſemblables neutres en Latin, ſauf eſtable, item iuſtice, malice & aultres ſemblables femenin en Latin: item imaige, table: ſauf ceillade, baſtonnade: ſauf eſpée, meslee, maladie ſortie, ieuneſſe, uieilleſſe, meſure, torture, pourriture, uaillantile, marchandiſe.*
          - *E, ble, lay latus, duche, conte, clerge, conge: ſauf liberalite, fidelite, uerite. & ſemblables.*
          - *E. Mares, palays, eſmois, effrois, pois pendus: ſauf loix, fois, foreſt, poix, pix: uoix, paix.*
          - *Eu. Lieu, ieu feu, Dieu.*
          - *I. Amis, maris, ris, cris, pais, pris ſauf mercy, brebis, uis, perdris.*
          - *O Os roſt, los, dos, bros, pot.*
          - *Ou. Troux, tou moulx mulſum, clou.*
          - *V. Fetus, cocus: ſauf tribus, uertus.*
          - *R. Char, fer, deſir, heur, malleur, honneur, faueur, pleur, treſor, mur, ſauf amour, odeur, chaleur, fleur, fraeur, haulteur, mer.*
          - *L Mal, miel, fiel.*
          - *M Champs, nom, camp, plom, ſauf feim.*
          - *N. Chien, chemin, pain bouin, ſoin foin, coin, chanſon, chardon, chatton, ecuſſon, tiſon: ſauf main, nonain, putain, fin, raiſon, chanſon, facon, maiſon priſon, monition, exhortation & ſemblables.*
          - *F. Chef, mechef, etrif ſauf ſoif, nef.*
        - *Femenin, qui eſt forme du maſculin en adioutant e, comme ayme aymee, baſti baſtie, fin fine, beau ou bel belle, nouueaulx ou nouuel nouuelle, ſauf doulx doulce, faulx faulce, Sauf ſaulue, uef uefue, brief brieſue, baiif baiiue, ſerf, ſerue, uif uiue, ſec ſeche, franc franche, blanc blanche, hoſte hoſteſſe Roy royne, dieu deeſſe.*
        - *Commun. Car les adiectifs en e ſont de commun genre comme honneſte, iuſte, affable. Teſmoing.*
    - *Verbe.*
  - *Sans nombre.*

De la difference du genre, le nom eſt ou.
- *Subſtantif, qui eſt d'un ſeul genre, & ſil eſt propre, il ſeſcript au commencement par une grande letre, comme Charles.*
- *Adiectif Vingt eſt touſiours plurier, adiectif: comme uingt hommes. Quand il ſe faict ſubſtantif, il change T en S, comme, quatre uinges, ſix uingts.*

Article ceſt ung non qui faict
- *au ſingulier maſculin Le, au femenin La,*
- *pour le plurier de lung & de lautre, Les.*

Dela comparaiſon & diminution des noms.

Quelques noms recoyuent.
- *Comparaiſon, qui eſt ſupplie par circonlocution: comme ſaige, pour le poſitif. plus ou moins ſaige pour le comparatif, treſſaige pour le ſuperlatif. Illuſtriſsime, inuictiſsime, doctiſsime, reuerendiſsime, ſentent un Latiniſme, que le Francoys ne peult goutter & encore moins digerer: toutefois nous en auons tire du Latin quelques uns comme meilleur, pire, moindre, ſuperieur, inferieur, maieur daage, mineur daage. Ceſte comparaiſon eſt plus toſt de ſyntaxe, que detymologie.*
- *Diminution, qui eſt preſques en trois terminaiſons.*
  - *Au. arbre arbriſſeau, table tableau, pre preau, lieure leuraut.*
  - *On. eſcu eſcuſſon, leurier leuron, ualet ualon, Pierre, Pierrot, Pierreton, Ieanne Ieannette Ianneton, Magdaleine, Magdelon, Maria Marion, Marguerite Margot.*
  - *Et. Iardin iardinet, moulin moulinet, noir noiret grand grandet. Ainſi, maiſon maiſonette, femme femmelette.*

Des Pronoms.

Dix nō̃s ſont icy appelles pronoms: Le
- *Premier Ie, ha par tout au ſingulier Moy: au plurier Nous.* — Demonſtratif. — Ces trois ſont de genre commun.
- *Second Tu, à au ſing. Tu Toy, Te, Tu, au plurier Vous.* — Demonſtratif. — Ces trois ſont de genre commun.
- *Troiſieſme Soy à au ſing. Soy, ſe: au plurier Se. Eſt relatif.* — Ces trois ſont de genre commun.
- *Quatrieſme eſt demonſtratif, Ce ou ceſt maſculin: ceſte femenin au ſingulier: Ces pour lung & pour lautre au plurier: dont ſont deriues, ceſtuy, ceſtuycy, ceſtuyla: cecy, cela ceſtecy, ceſtela.*
- *Cinquieſme eſt au ſingulier Il ou Luy maſculin, elle femenin: Ils ou eulx, au plurier pour le maſculin: elles pour le femenin. De ce & luy, il & elle ſont compoſes, celuy celle, icelluy icelle. Leur, leurs.* — Sont relatifs.
- *Sixieſme eſt Qui. que, de tout nombre cas & genre Quel pour le maſculin ſingulier: quelles au plurier: ainſi quelle, quelles pour le femenin. Quoy accuſatif & ablatif.* — Sont relatifs.
- *Septieſme. ſingul. Mon, Mien. maſculin: Ma mienne, femenin: Plur. Miens, maſculin, Miennes femenin. Mes pour lung & l'autre. Noſtre commun.* — Sont poſſeſſifs.
- *Huictieſme Ton tien, Ta tienne. Voſtre commun.* — Sont poſſeſſifs.
- *Neufieſme Son ſa ſien ſienne: ſemblable au ſeptieſme.* — Sont poſſeſſifs.
- *Dixieſme ceſt ung pronom reiteratif, Meſme au ſingulier, meſmes au plurier.*

Voila une briefue etymologie nominalle par trop plus aiſee que letymologie des Grecs & des Latins. Il fault ung long temps pour apprendre leurs declinaiſons, leurs anomaux, leurs genres: que uous aues compris en ung moment.

Du Verbe.

Le Verbe eſt ung mot de nombre auec.

- *Temps, qui eſt la difference du uerbe ſelon le preſent, preterit, futur. Par ceſte difference le uerbe eſt*
  - *Finy, qui ha*
    - *Trois temps imparfaicts, le*
      - *Preſent, qui eſt quadruple, le*
        - *Premier comme Amo, ayme.*
        - *Second, comme Amem, ayme.*
        - *Troiſieſme & quatrieſme ſont comme Amarem, aymeroie, aymaſſe.*
      - *Preterit comme Amabam, aymoie, & de rechef Amarem aymoie.*
      - *Futur.*
        - *Premier comme Amabo aymeray.*
        - *Second. Ama, amato, ayme, aymay.*
        - *Les trois derniers preſens ſont auſsi futurs.*
    - *Vng temps perfaict, qui eſt Preterit, & eſt comme Amaui, ayme. De ces temps les.*
      - *Vns ſont Aoriſtes, ceſt à dire de quelque temps prefix, comme à ceſte heure, lors que Tels ſont les quatre preſens et imparfait preterit. & les deux futurs imparfaicts.*
      - *Aultres temps parfaicts, comme Amauerim. Amauiſſem. Amauero ſ'expriment par Sintaxe. de laquelle ſera parle en ſon lieu.*
  - *Infini, qui eſt ou*
    - *Perpetuel, qui eſt ou*
      - *Preſent, comme aymer, uoir, cognoiſtre, baſtir.*
      - *Preterit ſemblable au preterit ſim parfaict, cõme ayme, ayme, ueu, ueu, cogneu, cogneu, baſti, baſti.*
    - *Gerondif, qui eſt comme aymant, uoyant, cognoiſſant, baſtiſſant.*
- *Perſonne, qui eſt une ſpecialle difference du nombre uerbal: la quelle eſt triple en lung & laultre nombre. Le uerbe eſt diuiſe doublement par la difference de la perſonne:*
  - *Premierement en*
    - *Perſonel, qui eſt coniugue par trois perſonne.*
    - *Imperſonel, qui eſt coniugue ſeulement par la troiſieſme perſonne.*
  - *Secondement en*
    - *Actif, qui peult former un participe praeterit: comme ayme. forme le participe ayme, aymee.*
    - *Neutre, qui ne peult former ung participe praeterit: comme rire, dormir, mentir, forment ſeulement, riant, dormant, mentant.*

Le uerbe paſsif ſ'exprime par periphraſe: dont ſera parle en ſon lieu.

De la Coniugaiſon.

La coniugaiſon eſt la uariatiõ du uerbe ſelon les temps & perſonnes. La coniugaiſon eſt diuiſee uulgairement en quatre eſpeces par les terminaiſons du preterit infini. La

- *Premiere eſt celle qui à l'infini en Er. Aimer. Aller, Suer.*
- *Seconde eſt celle qui à l' infini en Oer & eſt preſques en chacun uerbe irreguliere. Voir, Aedoie ou ardre, Apparoir, comparoir, auoir. ſeroir ou ſoir ou ſir, aſſoir, ſouloir, cheoir, mouuoir ualoir, uouloir, debuoir, douloir, Imperſonels ſont, challoir, fallur.*
- *Troiſieſme eſt celle qui à l' infiny preſent en Re. comme cognoiſtre. Ceſte coniugaiſon eſt bien bigarree & meriteroit bien quelque lime de la Logique. Elle ha auſsi grand nombre d anomaulx: & ſont de deulx eſpeces. Les uns ont deuant Re quelque uoyelle, comme eſcrire, raire, eire faire frire tayre, traire, retraire, dire, croire. boire. braire, bruire, plaire. Les aultres ont une conſonne deuant Re comme, c u. t. d, p. Suiure, uiure, eſtre, mettre. tiſtre, croiſtre, clorre batre. paiſtre, aherdre tondre. fendre, craindre, prendre poindre, meudre ou mouldre. eſteindre, enfraindre, eſpardre, eſpandre, ſemondre. ſouldre, rateindre. rendre, mordre, fendre, fondre, sendre, tordre, tundre, pendre, pondre, cundre, uaincre, prindre, rompre.*
- *Quatrieſme eſt celle qui à l' infini preſent en Ir, comme baſtir, partir pour diuiſer. gaudir. Ceſte coniugaiſon à auſsi ſes irreguliers: dont les uns deuant ir ont quelque uoyelle comme, e, ou, u Hair, ouyr. fuir. puir. Les aultres ont quelque cõſonne, cõme, ſ, x, r, l, m, n u, t. Iſſir. Geſir. Ferir. uffrir, ſouffrir, mourir, courir couurir, falir, faillir, ſaillir, bouillir, dormir, uenir, tenir, ſeruir, ſortir, ueſtir, partir pour ſen aller, naſquir ou naiſtre.*

De l'Aduer-

De l'Aduerbe & Conioinction.

- *Le mot ſans nombre eſt celuy, qui oultre ſa principalle ſignification ne denote aucun nõbre: comme.*
  - *L'Aduerbe, qui eſt ung mot ſans nombre, qui eſt adioinct à ung aultre: & Eſt de.–*
    - *Quantité ou.*
      - *Generale: comme, Aſſez, entredeulx, moiennement, moins, tant totallement, trop, par trop, bien, pas, peu, tropeu, point, prou, plus, beaucoup.*
      - *Speciale ou.*
        - *Nombre: Premierement, ſecondement, tiercement une fois, deulx fois.*
        - *Temps: comme Apres enapres, auiourhuy, alors, adoncques, auprime, deuant, parauant, auparauant, parcideuant, apres, entretemps, hier, hui, meſhui, incontinent, ores, encores, oncques, cependant, au ſoir, deſoir, ſouuent, longuement. matin, aumatin, dematin, dumatin, maintenant, ia iadis, iamais iournellement, ueſpre, a ueſpre, de, ueſpre, tandis, toſt, tantoſt, demain, lendemain, quand, guere, pieca, puiſque, puis apres, depuis, apres que.*
        - *Lieu comme Arriere, ailleurs, apart, ens, seans, dedans, dehors, cidedans, ladedans: ι, icy, au, ca, deca, enca, pardeca. Cy, ciey, parcy, uoyci, uoila, la, yla, illec, leans, haults, bas, dont, uis à uis.*
    - *Qualité, comme abondamment, ſecrettement ſeurement, facillement. Il ya auſsi pluſieurs aultres eſpeces de qualité, comme en.*
      - *Affirmation ou negation. Si, certes, uoire, mon, uani, uanun, ne, ni, non.*
      - *Apel, ſou hayt, exhortation: he, hau, haula, hola. O ſi, auant, orauant, ſus, orſus, laia hay, hayauant.*
      - *Similitude: Ainſi, tout ainſi, ſi, quaſi, comme pres, preſques.*
    - *Cõprins les.*
      - *Interiections: & ainſi les Grecs les ont mieulx compriſes que les Latins, comme ai, ah, las, helas. ô. ſi, ha. St, ſigne de ſilence: Rr, pour engaigner les chiens. Trr, pour chaſſer les oyſeaux.*
      - *Præpoſitions: comme ſont à, au, aulx, auecques. en. es, entre, oultre, ſans, ſelon, ſoubs, ſur, chez, iouſte, iuſques, uers, enuers, deuers, pardeuers, hors, dehors, de, des, deca & dela, derriere, deſſoubs, deſſus, du, contre, à lencontre encontre, par, pour, pres. Item quelques inſeparables comme re, for, en retenir, remure, forligner, forfaire.*
  - *La Conioinction, qui eſt ung mot ſans nombre, par lequel les parties de loraiſon compoſes ſont conioinctes & eſt*
    - *Enonciatiue: qui eſt ou.*
      - *Congregatiue qui eſt ou.*
        - *Copulatiue: Et, ainſi, que, ainſique, ſelonque, ne, ni, ceſt a ſcauoir, encores, oultreplus, dauãtage, apres, enapres: or, ores.*
        - *Conditionelle: Si, ſi, ſine ſi non, ſi nonque: pendant, tandis.*
      - *Segregatiue qui eſt ou.*
        - *Diſcretiue. Mais. combienque, ains, aincois, iacois: toutesfois, a toutlemoins, pour le moins. Or, ores, quant a ce que.*
        - *Diſionctiue: Ou, aultrement.*
    - *Ratiocinatiue, qui eſt ou.*
      - *Rationalle. Dont, donq. doncques, ordonques, parquoy pource, pourautant, partant, pourcela, parainſi.*
      - *Cauſalle: Car, parceque, affinque, puiſque.*

De la Syntaxe.

Syntaxe c'eſt la ſeconde partie de Grammaire, qui enſeigne le baſtiment des mots entre eulx par leurs proprietes et eſt preſques ſeulement en conuenance & mutuelle communion des proprietes, comme.

- Du Nom auec le
  - Nom, qui eſt en nombre & genre: comme hôme prudent, femme prudente: homme religieux, femme religieuſe: hommes religieux, femmes religieuſes. En quoy lordre eſt bien fort re quis, comme pour uin blanc, bonnet rouge, nous ne dires point auec le Picard, blanc uin, rouge bonnet. Icy conſidere.
    - La nomalie. Car
      - Quelquefois le ſubſtantif, aulcunefois ladiectif eſt entendu: comme, Deulx armees empeſchent, lune dela uille, laultre dela Gaulle, nous entendes, lune armee, laultre armee. Il eſt iſſu de treſnoble pere, aieulx, maieurs. Icy nous entendes treſnobles ayeulx, treſnobles maieurs.
      - Ladiectif eſt ſouuent pris pour le ſubſtantif: comme le chaut, le froid, pour la chaleur, la froideur.
      - Quelquesfois deux noms ſubſtantifs ſentreſuiuent, comme en Latin: Charles Roy de France.
      - La nomalie du.
        - Nombre ceſt quand pluſieurs ſinguliers ſont pour ung plurier: Iean & Pierre mes freres ſont uenus: Les Gaſcons nouueau ſouldat.
        - Genre ceſt quand deulx ſinguliers lun maſculin & laultre feminin ſont ioincts à ung plurier maſculin: comme: Mon pere & ma mere ſont mors.
      - Ceſt une aultre anomalie en ces facons de parler: A la ſainct Iean: apres la Touſſaincts. ou uous entendes, feſte de.
    - La Conuenance de.
      - L'article, qui eſt prepoſe aulx noms cômuns, aulx pronoms, mien, tien, ſien, noſtre. uoſtre, quel meſme. Item aulx Verbes infinits pour le nom & aulx aduerbes: comme l homme, les hommes, la femme, les femmes: le mien, le tiẽ, le ſien, le noſtre, le uoſtre, lequel, la, quelle, le meſme, la meſme, le boire, le mãger, le deſſus, le deſſoubs, le dedans, le dehors. L'article,
        - N'eſt pas touſiours prepoſe au nom commun:
          - Premierement ſi le nom commun eſt gouuerne par le precedent nom ou uerbes, ſoit actif, ſoit ſubſtantif: comme ceſt un liure de grammaire: nous cognoiſſes homme riche de cent milles eſcus. Il ueult deſprendre or & argẽt. Ie ſuis precepteur, uous eſtes diſciple. Il nya animal quil ne ſoit homme ou beſte. Toutesfois nous diſons, Ieſuis maiſtre de ceans: & ie ſuis le maiſtre de ceãs.
          - Secondement auant ladiectif des noms communs: comme l homme uertueux, l homme ſaige: & non pas l homme le uertueux ny l hôme le ſaige. Toutesfois nous diſons, noſtre ſire le roy, mõſieur le Duc.
          - Tiercement, il neſt point deuant le participe ſignifiant quelque temps. Le Roy eſtant à Paris ſe loge au Louure mais quand le participe ne ſignifie aulcun temps, il peult auoir larticle: comme laymant, la deſolee.
        - Peult eſtre de nom.
          - Le nom propre.
            - De fleuue & de pais: comme le Roſne, la, Saine, la France, la Picardie.
            - D homme & de femme pour plus grande ſignification: comme, iay ueu le Guillaume, la Catherine que nous diſtes.
          - Ladiectif du nom propre, comme Alexandre le grand, Helene la belle: ceſt à dire, qui eſt nomme, nommee.
      - La comparaiſon. A.
      - Pronoms. B.
  - Verbe. C.
- De l aduerbe auec tous mots auſquels il eſt adioinct.
- De la conionction en lordre des choſes conioinctes.

Du Comparatif & Superlatif.

A. *Le.*

- *Comparatif doit conuenir aux parties comparees & requiert ſeulement, Que auec Plus, ou. Moin: comme, Le Lyon eſt plus fort que le boeuf. Hannibal eſt plus ruſe que les Romains. Meilleur, Mieulx, Pire, Pirement gardent leur ſignification cōparatiue: comme, il eſt meilleur, il eſt mieulx, il eſt pire, il eſt pirement. Item, maieur daage, mineur daage: moindre que toy, moins que moy, ſuperieur à moy, inferieur à toy.*
- *Superlatif ſex prime en deux ſortes.*
  - *Premierement il eſt abſolus & ſimple: comme, treshonnore, treſſauant, comme les Grecs & Latins diſent τρισόλβιος treshereux, triſurciſer, triueneficus, comme qui diroit treſpendart, treſempoiſonneur.*
  - *Secondement il eſt exprime en mettant deuant Plus ou moins, larticle cōuenant au nom gouuerne. Achilles eſt le plus beau de tous les Grecs. Therſites eſt le plus laid de toute larmee. Ceſt bien la plus gratieuſe creature que nous ueiſtes oneques.*

De la conuenance des Pronoms.

B. *Les Pronoms.*

- *Primitifs uaequent ſouuent: Fote moy bien ce galand. Que tu nous y meties bon ordre. Ie te le faconneray à plaiſir. Ie le uous equipperay de toute facon.*
- *Nos & uos ſont mis auant le ſubſtantif. Nos amis, uos amis. Nos lettres, uos lettres. Que ſi le ſubſtantif eſt prapoſe, noſtres uoſtres ſont employes. Ces uignes ſont noſtres, ueſtres. A qui ſont ces terres? Elles ſont noſtres, uoſtres.*
- *Ce eſt deuant la conſonne: ce loup, ce halbardier. Ceſt. eſt deuant la uoyelle, & neſt iamais ſans ſubſtantif: Ceſt homme que tu uois, eſt ton frere. Les compoſes de ce, ſont purs demonſtratifs: cecy, de choſe plus preſente. Cela, de choſe plus elongnee: comme, Tout cecy eſt à moy, tout cela eſt à toy. Cecy & cela ſont quelque fois diuiſes, comme, Ce liure cy, ce liure la.*
- *Eulx eſt mis comme reciproque pour le plurieur de Soy: comme, Les amis ont tous biens communs entre eulx, pour entre ſoy.*
- *Il & ils ſont quelque fois poſtpoſes aux uerbes, comme ceſt il, ce ſont ils. Luy auec le nom numeral faict une certaine fraſe Francoyſe: comme, il eſt arriue luy troiſieſme, quatrieſme, cinquieſme: pour eſtans accompagne de trois, quatre, cinq.*
- *Leur eſt quelque fois relatif pour eulx: comme: Les hommes ont offenſe Dieu, ce quil leurs à donne à entendre. Qui à faict cela? Eulx (dictes uous) & non pas leurs. Leur & leurs ſont reciproques à pluſieurs pour Son, ſes. Les parens ayment leur ſang. ils cheriſſens leurs enfans: & non pas ſon ſang, ny ſes enfans.*
- *Celuy eſt touſiours adioinct auec Qui. Celuy eſt homme de bien, qui craint Dieu.*
- *Qui & que interroguent generallement & precedent. Qui à faict cela? Que dictes nous?*
- *Mon, ton. ſon auan le mot commencant par uoielle, ſont prins pour le femenin: comme mon ame, ton audace, ſon arrogance: & non pas auant la conſonne: comme, ma femme, ma haquenee. En interpoſant ung adiectif commencant par conſonne, nous dirons Ma, comme, ma pauure ame, ma grand amour. Mon, ton, ſon reprennent le ſubſtantif de l interrogation, comme: Eſt cela ton pere? oiy, ceſt mon pere: ou bien nous uſons de Mien, tien, ſien auec larticle: ceſt le mien, letien, le ſien.*
- *Son, ſa, ſes, ſont reciproques à un ſingulier: comme leur & leurs ſont reciproques à pluſieurs: comme, Iean ayme ſon pere, ſa mere, ſes fils, ſes filles. Paul eſt mon amy & pourtant ie ſou, haitte ſa proſperite & reſiſte à tous ſes ennemis.*
- *Meſmes eſt coniomct auec tous noms & pronoms: cōme Pierre à Romme & le meſme Pierre en eſt reuenu. Voſtre conſeil à eſte dommageable à pluſieurs, mais le meſme conſeil ma grandement proffite.*

De la Conuenance du Nom auec le Verbe.

C. *La Conuenance du nom auec le Verbe eſt en nombre & en perſonne. Mais nous auons quelque anomalie en la conuenance,*

- *De l'ordre. Car Ie, Tu, Nous, Vous en interrogant ſuiuent le verbe appoſt: comme, Irayie la? Iras tu la? Item moy, toy, il. Eſt ce moy? Eſt ce toy? Sommes nous bien auiſes? Eſtes vous ſaiges? Eſt il arriue? Ceſt moy, ceſt toy. Ce neſt pas moy, ce neſt pas toy. Auſi en la parentheſe (dict il) dict elle, dient ils, diſent elles. Me, Te, Se, Nous, Vous, Luy, Leurs precedent le verbe gouuernant. Ie me recommande. Tu te priſes. Il ſe tourmente. Il nous menace. Il nous apelle. Ie luy diray. Ie leurs eſcriray. Meſme auſſi eſt mis en fin de la clauſe. Ie lay faict moy meſme. Tu las veu toy meſme.*
- *Du nombre & de la perſonne. Car nos Francoys ſe ſont icy bien fort licencies.*
  - *Premierement aulx noms ſignifians multitude: comme, Chaſcun ont commence à ſ'esleuer, pour à commence. Vne bien grand partie ont eſte naures ou meurtris: pour à eſte nauree & meurtriee.*
  - *Secondement, quand le verbe ſingulier eſt applieque au nom ſingulier gouuerne du verbe. comme, Les courroux des amoureulx ceſt ung renouellement damour: ceſt pour ſont.*

Du Verbe Infiny & imperſonel.

Le Verbr.

- *Deliberatif gouuerne l'infiny. Tu veulx aymer, Tu vas chaſſer, Venez voir. Quelque fois le verbe deliberatif eſt ſupprime: Et mains de courir & nous daller apres, Vous entendes, commencerent, commencaſmes.*
- *Præterit infiny eſt pratique dune aultre facon. Veu que vous eſtes ſi ſaiges, ceſt merueille. Attendu ſa preudhomie on luy faict credit. Conſidere tout ce que deſſus, nous iougeons. Ceſt à dire apres auoir veu, attendu, conſidere.*
- *Latin imperſonel de voix.*
  - *Actiue eſt explique par Il, comme* Oportet, *il fault:* Conuenit, *il conuient.*
  - *Paſiue eſt explique par* On, *comme Amatur, on aime: Cœnatur, on ſouppe. Larticle y eſt quelquefois adiouſte, à raiſon de leuphome & pour* On, *nous diſon lon cõme: lon dict que faict lon? Mais quand le verbe eſt termine en E, larticle eſt neceſſaire, comme ayme lon? ſoupple lon? On dict auſſi, Ayme ton? Souppe ton?*

De la ſyntaxe du Participe pour le præterit infiny.

Nous auons quelques facons de parler fort elegantes par le participe, auec le verbe.

- *Aller. comme, Il ſen alloit diſant, il ſen va tout mourant, pour, Il diſoit, il ſe meurt.*
- *Auoir, le participe paſſif eſt mis pour linfiny, ſi le ſubſtantif precede: comme Ce ſont les graces que Dieu vous à donnees, pour, à donne. Que ſi le ſubſtantif ſuit, le verbe infiny ſera practique, comme: Dieu vous à donne ces graces, non vous à donnees.*

De la Syntaxe des Aduerbes.

Les Aduerbes.

- *Ont leur conuenance. Platon parle ſaigement. Ariſtote diſpute ſubtilement.*
- *Articule eſt mis pour le nom. Le trop de bien le gaſte. Il ya beaucoup ou peu daffaires. Il à tant peur. Il à ſi faim. Il y auoit ung vingt hommes de cheual: ung cent hommes de pied: ou, Vng vault autant comme* Quaſi.
- *Dont & Y ſignifient quelque relation. Iay veu le liure dont vous parles Vous alles à Paris, ie men y voy apres vous. Il eſt malicieulx, mais iy donneray bien ordre. Ia vous dis quil eſt fort malades. Ie le dis a ffin que vous y auiſes.*
- *Sont ſouuent employes ſans neceſſites: comme, Encoire de rechef, puis apres, ceans dedans, leans dedans, ainſi comme, quaſi preſque. Il me ſuffit de les voir ſeullement, den taſter ſeullement. Ou alles vous ainſi? dont venes vous ainſi? Venes ung peu icy. Dictes moy ung peu. Icy ſeullement, ainſi, ung peu, ſont mis ſans aulcune neceſſite. Ceſte redondance eſt ſouuent en pluſieurs negations pour une. Ie ne tay point offenſe, ny ne le veux faire. Tu ne trouuera nul compagnon de ta follie. Ie ne vous nie pas, que ne ſoyes homme de bien. Ie vous deffend de ny atoucher point. Vous ne men ſcaurieς rien apprendre.*

Des Prępoſitions.

La præpoſition.

A & De auec le ſubſtantif eſtant gouuerne ſeruent adiectif: comme, Homme à cheual, à pied, de cheual de pied Eques, Pedes. Ainſi diſons nous, Quelque choſe de bon, homme de bien pour bonne choſe, bon hôme. A & De ſont ſouuent ſurentendus, comme: Si Dieu plaiſt, pour ſi plaiſt à Dieu La rue S. Denys, la porte ſainct Martin, leglise noſtre dame, Force eſcus, force terres & reuenus. Car en toutes ces exemples De eſt ſurentendu.

De ſans article ſert au nom de matiere, quantite, inſtrument: Couronne dor, couppe dargent, eſpee de fer, ung peu deaue, de feu, ung uoyrre deaue, battre de uerges, iouer dinſtrumens. Nous diſons auſſi, iouer de la harpe, de leſpinette & ſemblables feminins.

Au ſert au datif, accuſatif, ablatif: Du au genitif & ablatif. Les oiſeaulx ſe rendent au fleuue. Il coulent au fleuue. Dormir au lict. La nature du cheual. Le ſel du haren. Ie uiens du pont.

Aulx & Des ſeruent au plurier de quelque genre qui ſoit. Donnes aulx hommes & aulx femmes. La uertu appartient aulx hommes, aulx femmes. Il eſt aulx bois, aux areſnes. Lair des champs.

De, du, des ſignifient quelquefois part ou eſpece: comme, Boiee de leaue. Il ya du uin. Deſroblee de largent. Il ya des poiſſons à la riuiere, des biſtes à la foreſt. Ie mange du mouton, que uous aues tue: Ceſt à dire de ce mouton. En quoy De & Du different ſelon le genre: car nous diſons, apporte du feu & deleaue, & non pas du leaue.

En & es ont quelque affection au nombre auec le uerbe de repos, En au ſingulier, Es au plurieur: comme, Il ſeſt retire en Aegypte, il ſeſt ſauue es deſerts d' Arabie. En eſt auſſi poſtpoſe à Me, Te, Se, Nous, Vous Ie men uay, Ie men reuiẽ, ie men retourne, tu ten uas, Iehan ſen ua, nous nous en allons, uous uous en alles, les ennemis ſen uont, allons nous en, alles uous en, il ſen ua. En eſt quelquefois relatif: Il eſt fort malade, il en mourra. Il ma faict tort, il ſen repentira. Ie uiens de Paris, en uenes uous? Iay des pommes, en uoules uous? Il ya grande diuerſite d hommes en ce monde: il y en a de ſaiges, mais il y en a beaucoup plus de fols.

Sur à quelque particularite: comme, Eſtre ſur larmee, ſur la maiſon, ſur les finances, pour eſtre ſurentendant de larmee, &c.

Apres auec le uerbe ſubſtantif eſt mis pour le uerbe actif. Il eſt apres pour ce ſcauoir des nouuelles, qui eſt à dire, il pourſuit, il diligente.

Pour auec l infiny preſent emporte quelque faculte au futur. Il eſt pour eſtre grand perſonnaige: pour enrichir ſa maiſon, pour arriuer ce iourdhuy.

Auec le cas gouuerne eſt prinſe ſouuent pour laduerbe de qualite. Combattre en Hercules, proceder de prudence, uiure à la Francoyſe, habille à Lalemande, ou uous entendes à la mode ou facon.

De la Syntaxe des Conioinctions.

Icy fault obſerue.

La conuenance de lordre. Car quelques conionctions ſont au.

Meillieu des ſentences quelles conioingnent. La copulatiue. (Et) eſt miſe deuant toute letre, comme boeuf & aſne, frapper & blaiſſer. Il eſt iour ou nuyct Payes moy, autrement ie uous quitte Lannee eſt ſeiche, parquoy les maladies ne ſont à craindre. Les chirurgiens auront la uogue, pourtant que les uignes ont adreſſe. Il dort, il repoſe doncques.

Commencemens des ſentences conioinctes. Si tu eſtudies, tu ſeras ſcauant. Combien que tu te rompe la teſte, tu ne ſcauras iamais rien.

Les figures Latines, qui ſont auſſi Francoyſe.

Polyſintheton, quand la coniouction eſt doublee. Leſte eſt & chaut & ſec. Il neſt ny froid ny humide. Ou boy ou ua ten.

Aſyntheton, quand la conionction eſt oſtee. Tu ueulx courrir, iouer, faulter, danſer, follatrer. Tu es pauure, neantmoins orguilleux. Il ya quatre iour, pour le plus cinq.

Fin de la Syntaxe.

AVDOMARI TALAEI RHETORICA.

E

P. RAMI PRÆLECTIONIBVS OBSERVATA.

P. RAMVS

P. RAMVS *Lectori S.*

HAbes, Lector, in duobus libellis Rhetoricam Elocutionis & Actionis ab Audomaro Talęo non tantùm è Rhetorum officinis deprõptam; ſed ex eloquentium hominum ſpacijs obſeruatam & noſtra in primis methodo conformatam. Quicquid enim Ariſtotelis uel Iſocratis arculæ, quicquid Ciceronis & Quintiliani μυροθήκια de hac arte complectuntur, hîc non ſolum uia & ordine deſcriptum eſt: ſed inſignibus poëtarum & oratorũ exemplis, id eſt uſu, ipſius eloquentiæ magiſtro, demonſtratum & illuſtratum: quæ ſit in tropis gratia, quæ delicię ſint in figuris uerborum, qui in figuris ſententiarum nerui ac thori, quæ uis in uoce, quæ ſuadæ medulla ſit in geſtu totaq; actione: corpusq; artis uniuerſum partibus ac membris aptiſsimè compoſitum atq; collocatum: deniq; uiuam quandam eloquẽtiæ imaginem Apelles hic noſter tibi repręſentare uoluit, quò facilius præſtantium in dicendo hominum Rhetoricas uirtutes & intelligeres, & intellectas imitando & commentando tibi compárares. Qua laude Grammatica omniũ artium apud omnes ſcholas, de quibus quicquam noſſe potui, cumulatiſsima eſt, paucis pręceptis, exercitatione frequenti & aſsidua Grãmaticos innumerabiles informando. Rhetorica ſi ita doceretur, ſi ita exerceretur, oratores tam multos haberemus, quàm multos Grammaticos Grãmatica nobis exhibet.

Si quid autem Rhetoricum in ipſa Rhetorica prætermiſſum putabis, Rhetoricæ in Ciceronem & Quintilianum ſcholæ tibi ſatisfacient.

Vale.

AVDOMARI TALAEI RHETORICÆ.

TABVLA GENERALIS.

- Rhetoricæ partes duæ ſunt
  - ELOCVTIO: cuius partes
    - Tropus ſeu mo. mutificatio
      - 1. Simplex ut
        - Metonymia
        - Ironia, ſub qua Apophaſis.
      - 2
        - Comparationis, ut Metaphora
        - Diſtributionis, ut Synecdoche.
    - Figura
      - Dictionis in Sono
        - Dimenſione ſeu Numero qui eſt uel
          - Poeticus, ut
            - Rhythmus
            - Metrum.
          - Oratorius: ut Orbis numeroſus.
        - Repetitione
          - Simili
            - Continuè in ſententia
              - Eadem, Epizeuxis.
              - Diuerſa
                - Anadiploſis
                - Climax.
            - Diſiunctè loco
              - Eodem
                - Anaphora
                - Epiſtrophe
                - ex his coniunctis ſimploce
              - Miſta
                - Epanalepſis
                - Epanodos
          - Diſsimili
            - Paranomaſia
            - Polyptoton
      - Sententia in
        - Logiſmo
          - 1
            - Exclamatio ſub qua
              - Epiphonema
              - Licentia
            - Euiuſdem reuocatio, ſub qua
              - Correctio
              - Reticentia
          - 2
            - Apoſtrophe
            - Proſopopeia
        - Dialogiſmo, ut
          - Interrogatio
            - Deliberatio
              - Addubitatio.
              - Communicatio, ſub qua oſtentatio.
            - Occupatio.
          - Reſponſio
            - Permiſsio.
            - Conceſsio
  - PRONVNCIATIO, cuius partes
    - Vox
    - Actio ſeu geſtus.

DE ELOCVTIONE & Metonymia.

Rhetorica eſt ars benè dicendi: cuius uirtus prudenter adhibita, mirabiles effectus habet. Ideoq; Plato hanc artem ὀψοποιϊκήν, κομμωτικήν, κολακευτικήν, γοητικήν, quandam obſonādi, fucādi, adulandi, incantandi peritiam: aliquando ψυχαγωγίαν flexanimā appellauit. Eius partes duæ ſunt:

- Elocutio, quæ eſt exornatio orationis. Eiq; uel
  - Tropus, quo uerbū à natiua ſignificatione in aliam mutatur. Atq; hîc prima Rhetoricæ elocutiōis [illegible] eſt: hæc prima cōdimenta orationis ſūt, primaq; fucati medicamenta ruboris & candoris. Hîc conſid. troporum
    - 1
      - Cauſa & certe tropum
        - Neceſsitas genuit, inopia coacta & anguſtijs.
        - Delectatio poſt iucunditasq; celebrauit. Delectat autem ideo, uel quia
          - Ingenij ſpeciem eſt tranſilire antè pedes poſita:
          - Et qui audit, aliò ducitur cogitatione, neq; tamen aberrat.
      - Modus. Nā
        - Verecūdus debet eſſe, ut deductus eſſe in alienū locū, non irruiſſe, atq; ut precario, nō ui ueniſſe uideatur. Quod ſi fuerit
          - Durior uel inæqualior, Grammaticis ἀκυρολογία dicitur, nobis κατάχρησις abuſio: quæ præpoſito uerbo molliri poteſt:
          - Audacior, ὑπερβολὴ ſuperlatio dicitur.
        - Continuatio troporum ἀλληγορία inuerſio dicitur. Sed in allegoria tenendum eſt, ut quo ex genere rerum cœperis, eodem deſinas: ſecus inconſequentia fœdiſsima fuerit, ait Quintil.
    - 2 Genera. Duo enim genera ſunt troporum
      - 1. Simplex, ut
        - Metonymia, quæ eſt tropus conſentaneum. Eſtq;
          - 1
            - Cauſæ
              - Efficientis, ut cū inuentor & autor pro ipſis effectis rebus uſurpatur, ut Ceres pro frugibus. Mars pro bello Vulcanus pro igne. Bacchus pro uino. Venus pro amore. Eſt præterea hîc ualdè uſitatum, ſcriptores pro ſcriptis operibus appellare, ut Liuius pro hiſtoria à Liuio ſcripta.
              - Materiæ. Sic æs & aurum pro nummis æneis, & aureis uſurpātur: ferrum pro ferreis armis, argentum pro argentea ſupellectili.
            - Effecti, cū ex effectis efficiens ſignificatur. Vt pallidum propriè dicitur, quod palleſcit: ſed mors pallida dicitur, quæ pallidum mortuum efficit. Sic orator præcipitem iram, hilarem adoleſcentiam, ſegne otium dixit. Imò uerò hinc & oratorum, & poetarum plurima epitheta ſunt.
          - 2
            - Subiecti, cum nomen proprium rei ſubiectæ ad ſignificādam rem adiunctā traducitur: ut cū ponitur
              - Cōtinens pro re contenta. Vt ſecula pro hominibus eius ſeculi.
              - Locus pro
                - Incolis, ut urbs pulcherrima, florentiſsima.
                - Rebus locatis. Vt per Academiam intelligimus doctrinam celebratā in Academia.
              - Poſſeſſor pro re poſſeſſa. Vt apud me eſt, pro domi meæ.
              - Dux pro exercitu. Vt Hannibal Rom. uicit.
              - Aduocatus pro cliente.
            - Adiuncti, cum ex adiunctis res ſubiectæ ſignificātur. Sic nomina uirtutū ipſarum pro bonis uiris & uitiorum pro malis & multarum aliarum rerum pro perſonis, quibus adiūctæ ſunt, uſurpantur. Sic luxuries pro luxurioſo ponitur, crudelitas pro crudeli. Ex hoc genere ſūt illa Ciceronis hyperbolica in Piſon. ô ſcelus: ô peſtis: ô labor &c.
        - Ironia
      - 2.
        - Comparationis, ut Metaphora.
        - Diſtributionis, ut Synecdoche
  - Figura
- Pronunciatio.

De Ironia.

De Ironia.

Ironia eſt tropus à diſſentaneo ad diſſentaneum. εἴρων cauillatur, ſimulatur, illuſor. Hinc εἰρωνεία ſimulatio, illuſio. In ea conſider.

- 1.
  - *Vſus. Valet enim tropus hic, cum ad cætera omnia, tum in primis ad iocandū: in eoq́ genere Socrates lepôre & humanitate cæteris præſtitit: unde & ipſe εἴρων eſt appellatus, quòd ſe imperitū fingeret, admirator aliorum tanquam ſapientum.*
  - *Quomodo percipiatur. Nimirum, uel rei uel pronunciationis, uel utriuſq; diſſenſione. Nam ſi altera uel utraq; diſſentit à uerbis, apparet uoci mentem eſſe contrariam.*
- 2. *Genera. Nam ironia eſt diſſentanei uel.*
  - *Affirmati, quando è diſſentaneo affirmato ſignificatur diſſentaneum affirmatum, uel*
    - *Relatum. Vt ſi pater moleſtiori filio dicat. Scilicet tu meus pater es, ego tuus filius: Ironia eſt è relatis.*
    - *Aduerſum. Vt heus bone uir, curaſti probe. Generis huius eſt illa ſimulatio, liberatus ſum, reſpiraui, benè habet. Item Virgil. Egregiam uerò laudem & ſpolia ampla refertis.*
  - *Negati, quando è diſſentaneo negato ſignificatur diſſentaneum, eſtq́ uel*
    - *Priuantium, ut ſi quis dicat de oculato, diuite, ſplendido, Homo eſt (mihi crede) cæcus, inops, obſcurus. Cuius generis ferè ſunt illa, prætereo, mitto.*
    - *Contradicentium, cum quis ſimulat ſe nolle dicere quòd dicit, Itaq; propriè appellatur ἀπόφασις, id eſt, negatio, item παράλειψις præteritio. Vt Non agam tecum ſummo iure: non dicam quod fortaſſe obtinerem.*

De Metaphora.

Metaphora eſt, quando ex ſimili ſignificatur ſimile. Itaq; metaphora eſt ad unum uerbum contracta ſimilitudo. Hic conſider.

- *Præſtantia. Nullus enim tropus florentior eſt, quàm metaphora, nec qui plus luminis afferat orationi: præſertim ſi ratione ſumpta eſt & ad ſenſus ipſos admouetur, maximè oculorum qui eſt ſenſus acerrimus. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta à cæteris ſenſibus. Illa uerò oculorum multò acriora, quæ ponunt penè in conſpectu animi, quæ cernere & uidere non poſſumus.*
- *Materia. Nihil enim eſt in rerum natura, unde ſimile duci non poſſit: undelibet ideo metaphora. Sumitur itaq; tranſlationes ex rebus tum.*
  - *Diuinis, quæ ſæpè ad homines transferuntur. Vt homo homini Deus.*
  - *Caducis ut ex.*
    - *Elementis, ut ex*
      - *Igne, ut omnes incenduntur ad ſtudia gloriæ. Inflammari ira. Ardent oculi.*
      - *Aëre. Spem fronte ſerenat.*
      - *Aquis. Irarum fluctuat æſtu Riuos beneficentiæ claudere. Flumen ingenij & torrens orationis.*
      - *Terra. ſic animalia uocamus bruta, quod propriè de terra dicitur, quæ eſt ſine ſenſu & quaſi obruta.*
    - *Animatis rebus ut*
      - *Stirpibus. ut Gratia ætatis flore collecta. Virtus eſt altiſſimis defixa radicibus.*
      - *Beluis. Latrant quidam oratores, non loquuntur. Ad alicuius orationem adhinnire.*
    - *Senſibus. Vt olfacere numos abſtruſos.*
    - *Artificijs. Vt ueritatem diſputatione limare, crimen omnibus artis coloribus pingere, orationem polire, uſuram temporis officio farcire.*
- *Præcipuæ laudes duæ, quæ hic uulgò collocantur: ut ſunt*
  - *Hyperbole. Nam ex hyperbolica metaphora oritur mira ſublimitas, cum rebus inanimatis actum quendam & animos damus. Vt geminiq; minantur. In cœlum ſcopuli.*
  - *Allegoria. Verr. 4. Ipſe inflammatus ſcelere uenit in forum: ardebant oculi, totoq́ ex ore crudelitas emicabat. In Piſo. Frontis tuæ nubeculam, & collegæ tui contaminatum ſpiritum (ſcheiſſende hoffart) non pertimeſco. De Orator. Coracem iſtum ueſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere è nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. Huc pertinent:*
    - *Prouerbia: ut, Vt ſementem feceris, ita metes.*
    - *Aenigmata, cum allegoria, id eſt, continuata metaphora eſt paulò obſcurior.*

De Synechdoche.

Synechdoche eſt cũ ex parte totũ aut contra ſignificatur. Eſt autem

- *Pars uel*
  - *Membrum. Synechdoche membri eſt, quando ex membro integrũ ſignificatur. Vt cum tectum pro domo dicimus, puppim pro naui, mœnia pro urbe. Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atq; cuſtodient, pro multi oculati & auriti homines.*
  - *Species. Synechdoche ſpeciei eſt, cum ex ſpecie ſignificatur genus. Vt cum finitum numerum dicimus pro magno, ut ſexcenta eiuſmodi licet proferre: Sic numerus ſingularis pro plurali uſurpatur, ut Romanus prælio uictor.*
- *Totum uel*
  - *Integrum. Syn integri eſt quando ex integro membrum ſignificatur. Vt orbis terrarum ardet bella: orbis pro globo eſt ſyn. membri pro integro: & orbis pro parte orbis, eſt ſyn. contraria integri pro membro, id eſt, pro imperio Rom.*
  - *Genus Syn generis eſt quando ex genere ſignificatur ſpecies Vt in armis militum uirtus multum iuuat: uirtus pro fortitudine Sic Tydides & Pelides pro Diomede & Achille: ſic Poëta pro Homero aut Virgilio Sic pluralis pro ſingulari, ut, oratores uiſi ſumus: pro orator uiſus ſum. Sic numerus infinitus pro finito: Vt innumeri principes extiterunt, pro multi.*

Epilogus Troporum: quæ prima Rhetoricæ elocutionis *ὁμοιοτήτων* fuit.

Atq; hæc de tropis: quorum ſi ſpectetur.

- *Præſtantia & excellentia, longè princeps erit metaphora, ironia deinde ſuccedet, tertia erit metonymia, poſtrema ſynechdoche.*
- *Vſus, frequentiſſima eſt metaphora, deinde metonymia, tum ſynechdoche: rariſſima eſt ironia.*

Hanc inductionem, ocho Ciceronis conſulares à P. Ramo obſeruatæ concluſerunt.

De Figuris & Numero.

Figura eſt elocutio, qua orationis habitus à recta & ſimplici conſuetudine mutatur. Nomen autẽ figuræ uidetur ab hiſtrionum perſona & habitu: ſumptum eſſe, qui uaria orationis genera, uarijs corporis figuris pronunciabant. Artem figurarum uidetur Tullius deſperaſſe: attamen figura alia eſt.

- *Dictionis qua elocutio figuratur dictionib. aptè & iucundè inter ſeſe reſonantib. Itaq; figura dictionis, nihil aliud eſt, quàm elocutionis ſonus quidam & numerus: quo uno nihil eſt cognatius noſtris animis. Numero enim excitamur & incendimur & langueſcimus & ad hilaritatem triſtitiamq; deducimur. Rhetoricæ igitur μυροθήκιον, omnisq; pigmentorum arcula hic præcipuè explicantur. Figura dictionis eſt in Sonorũ uel.*
  - *Dimenſione, quæ eſt uel.*
    - *Poëtica. quæ perpetuis certorum ſpaciorum legibus aſtringitur: & ferè in fabuloſis argumentis ad hominum mores imitandum & exprimendum Hinc Tragædia, Comœdia & cætera pœmatis genera orta ſunt, in quibus περιπέτεια ἡ ἀναγνώρισις, uarietas caſuum & agnitio tandem inſperata delectarent animos: ad eamq; rem rhetorici cuiuſq; ornamenti præcipua licentia eſt aſſumpta. Itaq; ſpecies elocutionis rhetoricæ in tali argumenti licentia numero poëtica eſt, cuius uoluptas præcipuè inſignis eſt præcipuè γοητείαν iam Platonis & incantationẽ manifeſto carmine continet adeò: ut hinc primum homines capti, dicantur à fera agreſtiq; uita. ad ciuilem & humanum cul um traducti. Numerus poëticus eſt aut.*
      - *Rhythmus: qui eſt numerus Poëticus, certum ſyllabarũ numerum certa clauſula terminatum continens: Tales rhythmi naturales ſunt in omni natione atque genere, atq; (ut loquitur Ariſtoteles) ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων è naturali & ſponte fuſa compoſitione. Sic enim hodie Francorum, Italorum, Hiſpanorum, Germanorum, omniumq; omnino populorum rhythmi ſunt, ſine ulla longarum uel breuium ſyllabarum dimenſione: & talia quondam in Græcia ante Homerum, & in Italia Andronicum poëmata fuerunt Atq; hæc infantia eſt poëticæ dimenſionis: & ſic Quintilianus ait, rhythmum, aurium menſura & ſimiliter decurrentium ſpaciorum obſeruatione eſſe generatum: mox in eo repertos eſſe pedes, eorumq; locis certis ordinatorum dimenſione, facta eſſe metra.*
      - *Metrum.*
    - Oratoria.
  - *Repetitione.*
- *Sententiæ.*

De Metro.

De Metro.

- *Autores numeri metrici peruetꝰres perhibentur: tametſi Ariſtoteles negat ullius Poëtæ ante Homerum ſcripta extare: nec Romæ ante Ennium extitit quicquam ſatis dignum, quod iterum legatur, ait Cicero. Metrū eſt numerus poëticus, certos pedes & certis locis collocatos cōtinēs. In eo conſid.*
  - *Pedes. Eſt autem pes dimēſio certis ſyllabarum temporibus definita. Sunt autem pedū alij.*
    - *Biſyllabi*
      - *Simplices.*
        - *Spondæus ex duabus longis ut Mūſæ.*
        - *Pyrrhichius è duabus breuibus ut Dĕŭs.*
      - *Mixti.*
        - *Iambus è breui & longa, ut Dĕūs.*
        - *Choreus è longa & breui ut Ārmă.*
    - *Triſyllabi.*
      - *Simplices.*
        - *Moloſſus è tribus longis ut Rōmānōs.*
        - *Trocheus è tribus breuibus, ut Lĕgĕrĕ.*
      - *Mixti, qui cōſtāt è duabus ſyllabis deinceps uel*
        - *Similibus ut*
          - *Dactylus è longa & duabus, ut Tītyrĕ.*
          - *Anapæſtus è duabus breuibus & longa, ut Pĭĕtās.*
          - *Bacchius è breui & duabus longis, ut Ăthēnās.*
          - *Palimbacchius è duab longis & breui, ut Cāntārĕ.*
        - *Diſsimilibus ut*
          - *Creticus è longa, breui, longa, ut Iūdĭcēs.*
          - *Amphibrachus è breui longa breui, ut Ămārĕ.*
  - *Eliſio In dimenſione enim metri, uocalis & m & utraq; ſi ſit ultima præcedentis dictionis, eliditur, quando dictio ſequens incipit à uocali & ultima habetur pro indifferenti: ut in illo Virgilij, Mult' ill' & terris iactatus & alto. Hic e in ille, item um in multum eliditur.*
  - *Genera: Sūma enim genera metri duo ſunt,*
    - *Simplex, quod conſtat è duobus tantum pedibus, quale eſt Adonium conſtans è dactylo & ſpondæo, ut Floras. Terruit urbem.*
    - *Compoſitū, quod conſtat è pluribus quàm duobus pedibus: ut*
      - *Tetramentrum, ut Aſclepiadeum è moloſſo, anapæſto, duobus dactylis, ut Mecœnas atauis edite regibus.*
      - *Polymetrum.*
        - *Pentametrū*
          - *Phaleucium è ſpondæo, dactylo, choreis tribus, ut, Paſſer deliciæ meæ puellæ.*
          - *Sapphicum, cōſtat è choræo, ſpondeo, dactylo, choreis duobus: quod cum ter dictum fuerit, ei carmen Adonium additur: ut Iam ſatis terris niuis atque diræ, &c.*
          - *Elegum, conſtat duobus primis locis dactylo uel ſpondeo, tertio ſpondeo, cum anapæſtis duobus, ut Victurus genium debet habere liber.*
        - *Hexametrum, ut Epicum quod præcipuè celebratur: & conſtat quatuor primis locis è ſpondeo uel dactylo, quinto dactylo tantùm, ut ſexto ſpōdeo: ut Arma uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris. Verum pentametrum ab Epico nunquam ſeparatur, quamuis Epicum ab eo ſeparetur. Martial.*
          Neſcio quid plus eſt quod donat ſecula chartis:
          Victurus genium debet habere liber.

Reliquorum generum exempla ex poëtis animaduerti poſſunt, qui propè infinitos & innumerabiles concentus orationis inuenerunt. Neq; tamen ſic omnes numerorum uarietas complexi ſunt, quin plures inueniri poſsint. Nomerus enim poteſt infinitis penè modis in continuatione uerborum uariari & conformari.

De Numero Oratorio.

Oratorius numerus eſt quidem non incertus, ſed tamen & poëtico, & ſibi ipſi perpetuò diſsimilis. In eo conſider.

Origo. *Natus enim eſt ex illo poëtico, cuius uoluptatem Rhetores imitati ſunt, cum hîc animaduertiſſent poëtas quidem populo placere: in orationibus autem genus ἄῤῥυθμον & incompoſitum cum ſeueritate audiri. Numeri Oratorij inueniendi princeps Thraſymachus fuit: deinde Gorgias, ſed uterq; his ipſis feſtiuitatibus intemperantius abuſus. Iſocrates autem, Gorgiæ iam ſenis auditor, utrunq; moderatione ſuperauit. Tandem annis propè quadringentis tardius in Italia numerus effloruit. Oratorij autem numeri gratia, hyperbaton id eſt longior uerbi tranſgreſsio permittitur. Fit enim (ait Fabius) ſæpiſsimè aſpera & dura, & diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſsitatem ordinis uerba redigantur: & ut quodq; oritur, ita proximis etiam ſi amciri non poteſt, alligetur. Numerus oratorius, rhythmi ullum admodum habet, niſi fortè in quadam repetitione, de qua ſuo loco: totus eſt in obſeruatione pedum.*

Laus & commendatio *Tullius enim numerum oratorium tanti fecit, ut affirmet conciones ſæpè exclamaſſe cum uerba aptè cecidiſſent. Hunc igitur numerum adhibere neceſſe eſt ſi ornatè uelis dicere, non ſolùm (quod ait Ariſtoteles & Theophraſtus) ne infinitè feratur, ut flumen, oratio: uerumetiam ut multò maiorem uim habeat. Neq; uerò (ait Fabius) Demoſthenes fulmina tantopere uibraſſe diceretur, niſi numeris contorta ferrentur.*

Obſeruatio. *Nam cum Cicero ſcholaſticis rhetorum commentis inductus, artē longè difficillimam hîc eſſe credidiſſet, & ipſius aſsigni prstantiſsimæ orationes P. Rami diligentia obſeruatæ, facillimam eſſe docuerint: tantò naturam atq; uſum arte præſtantiorem orator habuit. Verùm enim conſideratio hîc eſt, ut proſæ numerus ſit non ſolùm poëtici numeri (quod generaliter præceptū eſt) ſed etiam ſui ipſe diſsimilis. Hîc itaq; conſid.*

1. *In proſa uerſum fugito. Citare tamen licet aliunde, autoritatis aut uoluptatis gratia: ut Tullius, præſertim ſenex, Athenienſium philoſophorum exemplo adductus, frequenter citauit.*

2. *Principium & exitum carminis, ne principium uel exitum proſæ facito. Principiorum uerò minor cura: mediorū autem alioqui nulla eſt magnoperè obſeruatio.*

3. *In clauſula maximè perfectio atque abſolutio iudicatur: quæ quoniam uehementius apparet & intelligitur uarianda eſt maximè, ne aut animorum iudicijs repudietur, aut aurium ſatietati: nec tamen ſenis à fine ſyllabis retrorſum longius obſeruatio procedet, & biſyllabis tantùm pedibus definiri poteſt. Numerum igitur eundem in clauſula ne continuato ſed uariè diſsimiliterq; temperato: neq; quicquā nimium uel operoſè, uel curioſè: artem oratorij è pedibus numeri totam comprehenderis. Id enim illa uiginti orationum inductio & animaduerſio, id eſt, uſus, eloquentiæ præſtantiſsimus artifex & magiſter, perſuaſit. Hîc itaq; conſider.*

   1. *Moderatio longarū & breuium, ut in Dichoreo: qui Ciceroni gratiſsimus fuit, & in clauſulis admodū frequentatus, ut in una pro Pompeio oratione, centies decies & quater adhibitus ſit. Ex longis omnibus, clauſula tardior & grauior eſt: rariſsima ex omnibus breuibus. Varietas itaq; eiuſmodi ſemper eſſe debet, ne ſimilitudine artificium numeri deprehendatur: nimium enim inſidiarum ad capiendas aures adhiberi uideretur, totumq; fieret inuidioſum.*

   2. *Literarum bonitas, quæ pedum numero præſtātior per ſeſe uidetur atque excellentior, quàm ipſa ſyllabarum menſura, ut Ciceronis non ſolum exemplo, ſed etiam iudicio percipi poteſt. Quantum autem ſit (ait idem) aptè dicere: experiri licet, ſi aut compoſiti oratoris benè ſtructam collocationem diſſoluas permutatione uerborum. Corrumpatur enim res tota ut & hæc noſtra in Cornelianа & deinceps omnia: Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi uenalitij mercatoresq; ſuperarunt. Immuta paulùm, ut ſit, multi ſuperarunt mercatores, uenalitijq;, perierit tota res: & quæ ſequuntur. Aut ſi alicuius inconditi arripias diſsipatam aliquam ſententiam, eamq; ordine uerborum paulùm commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptū illud, quod fuerit antea diffluens ac ſolutum.*

De Figuris repetitionis.

- *Figura dictionis in dimenſione ſoni eiuſmodi eſt & ſequitur quæ eſt in ſoni repetitione: & quidem uel*
  - *Similis*
    - *Continuè in ſententia uel*
      - *Eadem, & dicitur Epizeuxis, quãdo ſonus idem continuè iteratur in eadem ſententia. Eſtq́; iteratio.*
        - *1. Numeri ſeu ſoni. Vt, ad illam peſtem comprimendam, extinguendam, funditus delendã natus eſſe uidetur.*
        - *2. Vocis ſeu dictionis ut, Crux, crux inquam infelici & miſero.*
        - *Interdum parentheſis interponitur, res tamen eodem redit: quia tãquam parentheſis non ſit, geminatio illa continuatur.*
      - *Diuerſa: eſtq́; uel*
        - *Anadiploſis, reduplicatio, quando idem ſonus repetitur in fine præcedentis, & principio ſequentis ſententiæ. Hæc figura ter iteratur, & eodem uerbo, prima Catil. Hic tamen uiuit: uiuit? imò, &c. Item: uiuis, & uiuis non ad &c. Item: uiues, & uiues ita, ut nunc uiuis.*
        - *Climax, gradatio, eſt Anadiploſis compluribus gradibus cõtinuata, ut pro Roſc. Amer. In urbe luxuries creatur, ex luxurie exiſtat auaritia neceſſe eſt: & ex auaritia erumpat audacia: unde omnia ſcelera & maleficia gignuntur. Ouid. Mars uidet hanc, uiſamq́; cupit, potiturq́; capita.*
    - *Disiunctè loco uel*
      - *Eadẽ: eaq́; uel*
        - *Simplex ut*
          - *Anaphora, relatio, quãdo ſonus idẽ iteratur in principijs ſententiarũ. Eſtq́; iteratio uel*
            - *Soni. Vt Sollicitã mihi ciuitatem ſuſpiciõe, ſuſpenſam metu, perturbatam noſtris legibus & cõcionibus tradidiſtis.*
            - *Dictionis. Vt Catil. 1. Nihil ne nocturnum præſidium palatij, nihil conſenſus bonorum ciuium, nihil horum ora uultuſq́; mouerunt?*
          - *Epiſtrophe, conuerſio, quando ſimilis ſonus in clauſulis iteratur. Hic autem rhytmus quidã oratorius ſæpè reſonat in mẽbris parib. quæ dicuntur πάρισα καὶ ἴσα: addita ſunt & ἀντίθετα & ὁμοιόπτωτα & ὁμοιοτέλευτα. Iteratio autem eſt uel*
            - *Soni. Pro Põpeio. Eius uolũtati non modo ciues aſſenſerunt, ſocij obtemperarunt, hoſtes obedierunt: ſed etiam uenti tempeſtateſq́; obſecundarunt.*
            - *Dictionis. Phil. 2. Doletis tres exercitus pop. Rom. eſſe interfectos? Interfecit Antonius. Deſideratis clariſſimos ciues? eos quoq́; eripuit Antonius. Autoritas huius ordinis afflicta eſt? Afflixit Antonius.*
        - *Cõiuncta ex anaphora & epiſtrophe, ut Symploce, cõplexio, uel*
          - *Soni. Vt ſpem improbis oſtendiſtis, timorem bonis inieciſtis, fidem de foro, dignitatem de Rep. ſuſtuliſtis.*
          - *Dictionis. Quis legẽ tulit? Rullus. Quis comitijs præfuit? idem Rullus.*
      - *Miſta ut*
        - *Epanalepſis, reſumptio, quã idem ſonus in principio & clauſula repetitur. Eſtq́; uel.*
          - *Soni. Vt: Saluti eorum potius cõſulam, quàm uoluntati.*
          - *Dictionis. Vt: Multi & graues dolores inuenti, parentibus & propinquis multi.*
        - *Epanodos, regreſſio, quã ſonus in principio & medio, uel in medio & fine iteratur. Eſtq́; uel:*
          - *Soni. Vt: Habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem.*
          - *Dictionis. Vt Cræſiã, qui refert, habet & qui habet, in eo, quod habet, refert.*
  - *Diſſimili, ut*
    - *Paronomaſia, agnominatio, cum dictionis literæ aut ſyllabæ alicuius cõmutatione, ſignificatione quoq; commutatur. Vt, ueritas premitur, non opprimitur. Item: Nemo poteſt alteri dare matrimonium, niſi penes quem ſit patrimonium.*
    - *Polyptoton, uarietas caſuum: cum eiuſdem originis uoces cõiugatæ inter ſe cõſonãt. Pro Cæl. Ipſius aũt ueneni, quæ ratio fingitur? ubi quæſitum eſt? quo pacto? cui? quo in loco traditum? 7. Verrinæ: Certus locus, certa lex, certum tribunal. Quintil. Non ut edam uiuo, ſed ut uiuam, edo.*

De Figuris Sententiæ in Logiſmo.

Figura ſententiæ, eſt figura, quæ oratio ea tione ſententiæ aliquo animi motu affecta figuratur. In ea conſid.

- *Vires ad mouendum. Virilem enim quandam dignitatem præ ſuperiorum molli & delicata uenuſtate obtinent, ut illic color & ſanguinis orationis hic nerui toriq́ eſſe uideantur. Itaq́ (ut ait Brutus Tullius) quia ſententiarum ornamentis & conformationibus præſtat Demoſthenes, idcirco à doctis oratorum eſt princeps iudicatus. Et certè nullis acrioribus incendijs fulmina illa Demoſthenis, quæ dicuntur, accendi potuerunt: nec ullis flectendorũ animorũ machinis elocutio uiolentior eſſe poteſt. Hic enim γοήτεια καὶ ψυχαγωγία elocutionis ſumma eſt. Deniq́ ut ſuperior illa & troporum, & in uerbis figurarum elocutio, ad docendum & delectandũ multum ualeat: hæc etiam (quod in dicendo caput eſt) ad mouendum & peruincendum plurimum ualebit.*
- *Genera: eſt enim uel in*
  - *Logiſmo, quãdo ſine collocutiõe ſententia figuratur. Eius ſpecies ſunt*
    - 1 *Exclamatio, quæ eſt figura per aduerbium exclamãdi expreſſum uel intellectum. Magnũ prorſus animi cõmouendi inſtrumẽtum. Hic conſid.*
      - *Aduerbia affectuũ uariatum, ut*
        - *Admirationis.* O' *clementiam admirabilem!*
        - *Deſperationis.* O' *fruſtra mei ſuſcepti labores! ô ſpes fallaces!*
        - Opiationis, O' *utinam obrutus eſſet aquis.*
        - *Indignationis.* O' *ſcelus! ô peſtis! ô labes.*
        - *Irriſionis.* O' *ſtultos Camillos, Curios. Fabricios, &c.*
        - *Obteſtationis. Prô Deûm atq́ hominũ fidem.*
        - *Triſtitiæ & cõmiſerationis. En quò diſcordia ciues perduxit. Sicut et aliquãdo, heu & eheu. Vt heu regni oblite tuorum!*
        - *Execrationis uel imprecationis. Vt te Dij perdant. At tibi Dij perſoluãt grates dignas. Dij te perdant fugitiue.*
      - *Species duæ ſunt*
        - *Epiphonema, quod ad finẽ rei narratæ & explicatæ addi ſolet. ut cum Virgil. expoſuit omnes cauſas, quib. Iuno Romanos perſequebatur, tandẽ acclamat: Tantæ molis erat Romanã condere gentem.*
        - *Licentia, παῤῥησία. Vt pro Ligar. Quantũ potero, uoce contendã, ut hoc populus Rom. exaudiat. Suſcepto bello Cæſar, geſto etiã ex magna parte, ad ea arma profectus ſũ, quæ erãt ſũpta cõtra te.*
    - *Reuocatio ſui ipſius, quando reuocatur ꝗppiã: & eſt ordo eius in exclamatione proxima ueluti refrigeratio & moderatio: eſtq́ uel*
      - *Epanorthoſis correctio quã do reuocatur antecedẽs aliquid, ut uel*
        - *Dictum. Vt Filium unicum habeo. Ah quid dixi habere me?*
        - *Oratio. Sed quid ego ita grauem perſonã induxi: Sed ſinus ſit, neq́ enim præ lacrymis loqui poſſum.*
      - *Apoſiopeſis, reticentia qua ſententia inchoatæ curſus ita reuocatur, ut inde pars eius aliqua deinceps non dicta intelligatur. Vt Quos ego. ſed motus præſtat componere fluctus.*
    - 2 *Apoſtrophe, auerſio, quãdo oratio ad alienã perſonam conuertitur, quã inſtituta oratio requirit. Figura non multum cedens elationis genere exclamationi. Sed ex perſonarum conditione uariè diſtingui poteſt. Fit enim auerſio alias*
      - *Ad humanã perſonam Sic Cic. in Orat. pro Murena ad Catonẽ ſe auertit:* A' *quo tandem M. Cato eſt æquius Conſulem defendi, quàm a Conſule.*
      - *Ab hominib. ad Deos, ut à Catilina ad Iouem apud Cicer. Et huc pertinet Inuocatio, quæ poetis uſitata eſt Sic Virg. Æn. 1. cũ propoſuiſſet ſummã theſin, auertitur ad Muſam.*
      - *Ad rem mutã & inanimatã uelut ad perſonã. Vos Albani tumuli atq́ luci, uos (inquam) imploro atq́ obteſtor.*
    - *Proſopopeia, fictio perſonæ, qua uelut alienam perſonã oratiõe noſtra loquentem fingimus. Hic cõſider.*
      - *Audacia & prudentia. Ornamentum enim elocutionis ſingulare eſt, magnaq́ in primis audaciæ: idcirq́ magno cõſilio iudicioq́ tegendũ, ut cõſentanea perſonis oratio tribuatur. Poeticũ ſanè ornamentum, & quo uno poetarum laudes præcipuè dijudicantur.*
      - *Species Eſt enim uel*
        - *Imperfecta ſeu obliqua. cũ ſermo alienæ perſonæ leuiter & obliquè repræſentatur.*
        - *Perfecta, cum tota fictio perſonæ, oratione noſtra repræſentatur. Quo in genere*
          - *Ad Proſopopeiã in primis debet eſſe decorus*
            - *Acceſſus & apparatus ad ſpeciem quãdã praluſiõis.*
            - *Receſſus ad deponendã perſonã*
          - *Licet mutis & inanimatis reb. ſermonẽ dare. Sic Cic in Catil. patriã loquentem inducit.*
  - *Dialogiſmo*

De Figuris ſententiæ in Dialogiſmo.

Dialogiſmus eſt uel in

- **Interrogatione, quæ figuratur tum**
  - Deliberatione cũ uariat tanquam conſultationis rationes ſubinde interrogamus: quo in genere ſuſpenſis diutius audientium animus, aliquando in expectatũ quippiam maius aut minus expectatione ſtatuit. Eſtq; aut
    - Addubitatio, ἀπορία, cum nobiſcum deliberamus. Pro Cluent. Equidem quod ad me attinet, quò me uertam neſcio: negem fuiſſe illam infamiam iudicij? negem illam rem agitatam in iudicijs, &c.
    - Cõmunicatio, ἀνακοίνωσις, cum deliberamus cum alijs. Pro Quint. Ego pro te nunc hoc cõſulo poſt tempus in aliqua re, quod tu in tua re cum tempus erat, conſulere oblitus es? Quæro abs te, &c. Communicatio affinis eſt Suſtentatio, cum diutius ſuſpenditur animus auditoris, & tandem ſupra opinionem & expectationem aliquid affertur.
  - Occupatione, cum occupamus uel
    - Alieni conſilij interrogationem, eiq; reſponſionem ſubijcimus. Ideoq; dialogiſmus hic à priore parte occupatio: à poſteriore ſubiectio dicitur: Græcè πρόληψις appellatur. Occupatio ferè proſopopœiam coniũctam habet: ideoq; aliàs eſt.
      - Obliqua. Pro Amer. Credo ego uos (iudices) mirari, quid ſit, quòd ego potiſſimum ſurrexerim, &c. Tandem reſponſio ſubiungitur. Quæ me igitur res, &c. Eſt prolepſis hæc proœmijs ualdè accommodata.
      - Perfecta ſeu plena, quæ plenam proſopopœiam habet. Pro Cæl. Dicet aliquis. Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ob hanc cauſam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit, ut in amore & uoluptatibus adoleſcentiã ſuam collocaret? Ego ſi quis, &c.
    - Cogitationem noſtram & obijcimus aduerſario, ipſumq; reſpondentem contrà fingimus. Pro Quint. De re pecuniaria cupio contendere; non licet. At ea controuerſia eſt: nihil ad me attinet: Cauſam capitis dicas, oportet. Accuſa ubi ita neceſſe eſt. Non (inquit) niſi tu antè nouo modo, priore loco dixeris.
- **Reſponſione quæ figuratur tum**
  - Permiſſione, cum facti cuiuſpiam licentia condonatur. Agrar. 2. Si quid eſt quod indagaris, inueneris, ex tenebris, erueris, conſume ſanè. Aliquando ironia permiſſ. etur. I, ſequere Italiam uentis: pete regna per undas.
  - Conceſſione, cum dictum aliquod aut argumentum condonatur. Verr. 7. Sit ſacrilegus, ſit fur, ſit flagitiorum omnium uitiorumq; princeps: at eſt bonus Imperator. Delectat hoc ornamentum in oratione præcipuè, cum id concedimus, quod ei, cui conceditur, nocet.

De Troporum & Figurarum concurſu.

Atq; de ornamentis elocutionis: quæ quò plura concurrerint, eò pleniorem ornatum orationis efficiant neceſſe eſt. ut in illo exemplo. Ligarianæ defenſionis: Certè contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Hic enim ſunt

- **Tropi ut**
  - Metonymia uariæ: gladius, armorum, pro ſubiecto homine.
  - Metaphoræ illuſtriores, ardor: in primisq; illæ ſenſum & actum tribuentes rebus inanimatis, gladio, mucroni, armis, agebat, petebat, ſenſus.
  - Synechdochæ, mucro pro gladio, latus pro toto homine.
- **Figuræ.**
  - Verborum ut
    - Numerus poëticus in illa clauſula, mucro petebat. Et integrum carmen. Quæ tua mẽs, oculi, manus, ardor, quid cupiebas?
    - Epiſtrophæ ſoni in uerbis agebat, petebat, cupiebas, optabas.
  - Sententiæ in apoſtropha uehementis & inſtantis interrogationis.

Quibus omnib. Troporũ figurarumq; generibus, ſic uſus eſſe orator dicitur, ut Cæſari, quamuis & iudici & aduerſario, tamen uelut incantato & obſtupefacto, color uariè mutatus ſit, & libelli quidam è manibus exciderint. Illa uidelicet Platonis γοργὸν fuit, illaq; flexanima, dominaq; ſumma Imperatoris oratio.

Hactenus de Elocutione:
Sequitur Pronunciatio.

DE PRONVNCIATIONE.

Pronunciatio eſt ornata cogitationis enunciatio. In ea conſider.

- 1.
  - Præſtantia ex
    - *Ariſtotele* Is enim hanc partem uires maximas habere docuit exemplo hiſtrionum, quibus agentibus, poëmata longè gratiora ſunt, quàm ſi poëtæ ipſi pronunciarent.
    - *Tullio*, qui oratorio tertio, cùm de elocutionis ornamentis dixiſſet, Sed hæc ipſa (ait) omnia perinde ſunt, ut aguntur actio in dicendo una dominatur: ſine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt: mediocris hac inſtructus, ſummos ſæpè ſuperauit.
    - *Demoſthene*, qui huic primas dediſſe dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo eſſet primum: huic ſecundas: huic tertias.
    - *Aeſchine*, qui ſatis ſignificauit quantũ eſſet in actione, qui orationem Demoſthenis eandem aliam eſſe putaret, autore mutato.
    - *Hortenſio*: cuius ſcripta tam longè abfuerunt ab illa uiuæ eloquentiæ fama, ut appareret, aliquid placuiſſe eo dicente, quod poſtea legentes non inuenerint.
    - Quamobrem in hac in primis Rhetoricæ partem omnia illa Platonis Ariſtotelisq́ probra infiſiſſimè conferentur: omneśq ὀψοποιίαν, κομμωτικήν, κολακείαν, γοητείαν, ψυχαγωγίας, inſidiæ, in hac una parte reperientur.
  - *Magiſtri.* Sol artis huius tantæ magiſtri nobis deſunt, Phonaſcus. Scenicus hiſtrio. Laniſta palæſtricus. Demoſthenes & Cicero. i. uerus orator, cuius exemplo eloquẽtiæ diſcipulus exerceatur. Itaq tanto maiore induſtria hic opus eſt, quia magiſtri illi uiui nuſquam ſunt, tantumq́ pictis in libris uix apparent.
- 2. Partes duæ.
  - Vox, cuius bonitas optanda quidem nobis eſt primùm: deinde quæcunq ea fuerit, tuenda & exercẽda: ſic ut omnia quæ proferentur, ſono uocis rebus, quæ dicuntur, accommodato proferantur. Hic conſider. præcepta.
    - Generale unũ de Mediocritate, ne ſ ſit grauiſſima, neúe acutiſſima. Nã ſubmiſſo illo murmure debilitatur omnis intentio: contrà autem dicere omnia clamoſè, inſanum eſt. Itaq́ in intermedijs inter imum ſummumq́ ſpacijs eſt conſiſtendũ. In hac ergo mediocritate conſid.
      - Quomodo obtineatur. Ad uocem obtinendã (ait Tullius) nihil eſt utilius, quàm crebra mutatio, nihil perniciosius, quã effuſa ſine intermiſſione contentio. In omni quippe uoce eſt quiddam.
        - Medium: ſ. ſuũ cuiq́ uoci: hinc gradatim aſcẽdere uocẽ, utile & ſuaue eſt. Nam à principio clamare agreſte quiddam eſt. & illud ipſum ad firmandum uocem eſt ſalutare.
        - Contentionis extremum, quod tamẽ inferius eſt quàm acutiſſimus clamor.
        - In remiſſione grauiſſimum, quo tanquam ſonorum gradibus deſcenditur.
        - Hæc uarietas & hic per omnes ſonos uocis curſus, & ſe tuebitur, & actioni affert ſuauitatẽ. Iſta eſt æquabilitas, cui cõtrariam μονοτονίαν Quintilianus cum Cicerone ualdè item fugiendã cenſet.
      - Quæ ſit eius moderatrix. Vocalis enim huius uarietatis moderatrix eſſe debebit animi cogitatio. Hæc enim ſumma cauſa eſt pronunciationis: ut uox ſit animi interpres & nuncia. Sunt enim uoces, ut nerui in fidibus: atq ita ſonãt, ut à motu animi ſunt pulſæ.
    - Specialia de uocis.
      - Ratione, in
        - Singulis uerbis, de qua Quintilianus præcipiẽs, proponi iubet Ciceronis exordium in nobiliſsima illa oratione pro Milone: in quo ad ſingulas penè diſtinctiones, quamuis in eadem facie, uultus quaſi mutandus ſit. In hac ſanè ſingularum uocum pronunciatione, troporum genera, ſi qua ſunt actuoſa, relucẽãt neceſſe eſt. Non enim aliter ironia, neq metaphora illuſtrior & animoſior intelligeretur.
        - Tota ſententia: cuius pronunciatio eſt in
          - Figuris quæ cum totæ ſint numeroſis dimenſionibus aut repetitionibus, cõtinent illum ſine dubio cantum, de quo Tullius & Fabius: ex quorum ſcriptis intelligimus cantum quendã orationis in uocis flexione & ſuauitate adhibitum ab oratoribus. Sed tamen etiam cantus ipſe perſpicitur cum cæteris ſententiarum figuris, tumq́ totis animi affectibus.
          - Affectibus. Vide ſignum *
      - Exercitatione. Nam ad exercendam pronunciationem, optimum eſſe cenſet Fabius ediſcere quàm maximè uaria, quæ flexus omnes habeant: eaq́ quotidie ita dicere, ut agimus, ut ſimul in omnia paremur.
  - Geſtus ſeu Actio.

- * In affectibus conſid. ſunt præcepta.
  - Communia de uoce intendenda uel remittenda. eadem enim uocis in oratione tota, quæ in uerbis ſingulis, proſodia eſt. Hic itaq; conſid. exēpla uocis
    - *Acuta, Prodigæ. Vide Cæſar quàm non reformidem, quanta lux tuæ liberalitatis mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, uoce contendam, ut hoc populus Rom. exaudiat, Suſcepto, &c. Eſt acuminis diuerſa uox & penè extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac penè naturam uocis humanæ acerbæ. Vt cum populus acclamatione aduerſa Ciceronem pro Rabirio agentem turbaret, poſt lenitora, uocis amaritudinem adhibuit: Quin continetis uocem, indicem ſtultitiæ ueſtræ, teſtem paucitatis?*
    - Grauis & plenæ. *Phil. 2. Si inter cœnam in tuis immanibus poculis accidiſſet, quis non turpe duceret? In cœtu uerò populi Rom. publicum negotium gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is uomens fruſtis eſculentis, uinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit.*
    - Circumflexæ & moderatæ. *Pro Liga. Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus, &c.*
  - Specialia in ſingulis affectib⁹, quorū pulſum tactumq; uoces exprimūt. Itaq; in alio affectu, uocis aliud genus eſt. Itaq; in
    - *Miſeratione uox erit flexibilis, plena, interrupta, flebilis. Vt Quò me miſer conferam? quò uertam? in Capitolium'ne? at fratris ſanguine redundat. An domum? matrem'ne ut miſeram lamentantemq; uideam & abiectam? Quæ à Graccho Tullius ait acta ſic eſſe oculis, uoce, geſtu, inimici ut lacrymas tenere non poſſent.*
    - *Iracundia uox contraria eſt, acuta, incitata, crebrò incidens. Quid turpius? quid fœdius? quid ſupplicijs omnibus dignius? num expectas dum teſtimulis fodiam? Hæc te ſi ullam partem habes ſenſus, lacerat, hæc te cruciat oratio.*
    - *Metu & uerecundia, contractus & hæſitans ſonus eſt. Terent. Totus tremo horreoq; poſtquam aſpexi hanc, Talis uox Ciceronis fuit in plerisq; exordijs, ut pro Deiotaro etiā ſignificatur.*
    - *Voluptate & lætitia, tenerum, lene, effuſum, hilaratum uocis genus optatur: Qualis eſt illa uox Aeneæ, pictum in tapetis Troiæ excidium intuentis: Conſtitit, & lacrymans, &c.*
    - *Dolore ſine miſeratione, graue quiddam & imo preſſu ac ſono obductum requiritur. In Piſo. Meminiſti'ne cœnum, cùm ad te quinta ferè hora cum C. Piſone ueniſſem, neſcio è quo gurguſtio te prodire, inuoluto capite ſoleatum? & cum iſto ore, &c.*
    - *Blandiendo, ſatisfaciendo, rogando lenis uox, & ſummiſſa eſt.*

De Actione.

- Actionis & geſtus lex à Quintiliano chironomia dicitur: in ea conſid.
  - Præſtantia. Nam
    - Eſt ſermo
      - Rerum
        - Animatarum ut
          - *Hominum omnium. Hæc enim imperiti, hæc uulgus, hæc deniq; barbari maximè commouentur. Verba enim neminem mouent, niſi eum, qui eiuſdem linguæ ſocietate coniunctus eſt: ſententiæq; ſæpè acutæ, non acutorum hominum ſenſus prætereuolant. Actio uerò, quæ præ ſe motum animi fert, omnes mouet: ijſdem enim omniū animi motibus concitantur, & eos ijſdem notis in alijs agnoſcunt & in ſeipſis indicant. Argumento magno eſt Pantomimus, qui ſolo geſtu, ſine uoce, omnia ſpectantibus ſignificat: ut geſtus in tanta per tot gentes linguarum diuerſitate, tanquam communis hominum ſermo eſſe uideatur.*
          - *Beſtiarum, quæ ſignis affectus ſuos enunciant.*
        - *Inanimatarum. Sic enim picturæ & imagines tacitæ loquuntur.*
      - *Corporis: ut Cicero nominat.*
    - *In ea Cicero & Demoſthenes duo ſummi oratores ſummum ſtudium poſuêre.*
    - *Quintilianus autor eſt chironomiam ab heroicis uſq; temporibus repetitā, ab ipſo etiam Socrate probatam, à Platone quoq; in parte ciuilium poſitam uirtutum.*
  - Præcepta de geſtu
    - Totius corporis, in quo conſid. ſunt
      - *Geſtus uirilis, de quo lex una ſumma eſt, ut omnes uocis flexiones ſubſequatur, non hic uerba exprimens ſcenicus ſed uniuerſam rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans, laterum inflexione hac forti & uirili, nō ab ſcena & hiſtrionibus, ſed ab armis aut etiā à palæſtra. Trunco igitur totius corporis orator ſeipſum moderetur: geſticulatio autem ridicula eſt.*
      - *Status corporis, qui ſit ſecundum naturam erectus & excelſus. Contraria nutatio & uacillatio indecora eſt.*
    - *Partium corporis. Vide ſignum* *

- * *Partiũ corporis item ſua quædam ratio eſt: & aliquarum quidem.*
  - *Virtutes expoſitæ ſunt ut*
    - 1.
      - *Capitis, eaq́ præcipua, cum illo corporis ſtatu conſentientis. Sed*
        - *Modeſtia & metus demiſſo capite ſignificatur: id quod Virgil. in Didone & Homerus in Vlyſſe proponit: eoq́ geſtu par eſt Ciceronis timorem in principijs ſignificatum eſſe.*
        - *Aſpectus uertitur eòdem, quò geſtus corporis: exceptis, quæ aut damnanda aut remouenda ſunt, ut uideamur auerſari. Solo tamen capite geſtum facere, aut frequenter facere, uitioſum ſcenicit doctoribus uiſum eſt.*
      - *Frontis: quam ferire in dolore, Ciceroni uidetur oratorium, Fabio ſcenicum.*
      - *Oculorum. In ore ac uultu ſunt omnia: in eo autem ipſo dominatus eſt omnis oculorum. Vultus autem, imago eſt animi, indices oculi. Quare cum effeceris, ne quid ineptum aut uultuoſum ſit, tum oculorum magna debet eſſe moderatio, qui quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes habent. Tullius in Piſonem cauillatur ineptiam & diſcrepantem oculorum motum.*
    - 2.
      - *Brachij. Nam brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis eſt, continuoſq́ ac decurrentes locos maximè decet, & cum ſpecioſius quiddam uberiusq́ dicendum eſt. Siniſtrum uerò brachium, ſi quid eo agendum ſit, eò uſque alleuandum eſt, ut quaſi normalem angulum faciat.*
      - *Manus. Manus enim minus arguta, digitis ſubſequens uerba, non exprimens, tantum poteſt, ut ſine hac trunca uideatur actio. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, manus propè ipſa loquitur. Siniſtra autem ſola, nunquam geſtum facit: dextræ ſeſe frequenter accommodat. Quantus uerò ſit iunctarum manuum geſtus, plerâq́ in poëtis illuſtria exempla demonſtrant. Manus uerò complodere eſt ſcenicum.*
      - Digitorum, quorum ſingularis quidam geſtus eſt: in primis.
        - *Maximè communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicatis tribus: duoq́ medij ſub pollicem ueniunt: & geſtus eſt inſtantior & tribus pollice preſſis.*
        - *Indicis, quo Craſſum in exprimendo animi dolore atq́ impetu ſciuerit uſum ſignificat Antonius: it*
          - *In exprobrando & indicando.*
            - *Alleuata ac ſpectante humerum manu paulum inclinatus, affirmat.*
            - *Verſus in terram & quaſi pronꝰ, urget.*
          - *Aliquando pro numero unitatis eſt.*
        - *Complicatorum digitorum. Eſt enim & ille uerecundæ orationi aptiſsimus. quo quatuor primis leuiter in ſummum coëuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Quintilianus credit hoc modo cœpiſſe Demoſthenem in illo pro Cteſiphonte timido ſummiſſoq́ principio: ſic item formatam Ciceronis manum, cum diceret, Si quid eſt in me ingenij, &c.*
        - *Pacificator in ſtatuis, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenſo, manum infenſo pollice extendit: qui quidem maximè placuit ijs, qui ſe dicere ſublata manu iactabant.*
  - *Vitia ſæpè notata ſunt magis quam ulla uirtutes, ut*
    - *Pectoris & uentris, quæ proijcere uitium eſt: cædere etiam pectus, Fabio ſcenicum.*
    - *Femoris. At id ferire (quod Athenis primus feciſſe creditur Cleon) uſitatum & indignatos decet & excitat auditorem.*
    - *Pedum. In dextrum ac læuum latus uacillare, alternis pedibus inſiſtendo, ridiculum eſt. Supploſio tamen pedis in contentionibus & incipiendis & finiendis eſt opportuna. Diſcurſare ineptiſsimum eſt.*

Finis Rhetoricæ Talæi.

P. RAMI

P. RAMI DIALECTICA.

ARchimedes (Lector) ſphæræ & cylindri rationem (in cuius inuentione uehementius elaboraſſet) ſepulchro ſuo incidi uoluit. Et quidem ſi me de uigilijs ſtudijsq; meis interroges, ſepulchri mei columnam à Logicæ artis inſtitutione deſiderem. De *Veritas.* cauſa uoti reſpondebunt primo ad artis accurationem, libri de inuentione argumentorum & eorum diſpoſitione ad iudicandum non ſolum ab Ariſtotele Organici, Rhetorici, Phyſici: ſed à Cicerone & Quintiliano tam multi oratorij: in quibus uniuerſis in duorum libellorum pugnam ratione uiaq; contrahendis, omni ſtudio diligentiaq; contendimus, ne qua Logicæ particulæ cuiuſquã uel umbra illic confuſa eſſet, cuius ueritas nõ hîc expreſſa teneretur. Atq; hæc prima problematis Archimedei conſcientia erit. Reſpondebunt deinde ad Lo- *Vtilitas.* gicæ uſum, elegantiam, dignitatem partibus omnibus explicandum excitatæ Logicis meditationibus, cum populares poëtarũ, oratorum, hiſtoricorum laudes, tum liberales & ingenuæ artes noui corporis noua ſpecie ſui ſtudioſis adoleſcentiores, pręclarisq; dotibus ornatiores & locupletiores factæ: ac ne qua agreſtium procorum proteruia timeretur, ſuarum quæq; ſcholarum tanquam liberali cuſtodia ſeptæ & comitatæ. Hæc ſecunda problematis Archimedei cõſcientia erit. Teſtes igitur iſti Logicam & ueritatem, & utilitatẽ tot dierum noctiumq; uigilijs exquiſitam teſtati, de uoti noſtri cauſa reſpondebunt: teq; (Lector) ut ſpero, commonefacient, inſanam neſcio quam in plerisq; o- *Inſania Academiarum.* mnibus Europę Academijs altercandi de ſuis præceptis ſophiſticam, Logicæ & ueritatis & utilitatis longè diſsimilem eſſe: teq; ad ueriora & utiliora præſtantiſsimæ facultatis ſtudia præmiaq; inflammabunt. Deum Opt. & Max. obteſtor, ut Logicum lumen in bonis & ueri percipiendi ſtudioſis ingenijs accendat: cumq; ad ingenuas artes exornandum, tum ad cœleſtia ſacræ doctrinæ myſteria illuſtrandum magis ac magis augeat.

Idem contra Schechium.

Logica mihi propoſita eſt, rationis tranquillæ & pacatæ diſciplina, quæ me doceat in me & meos errores inquirere: habere gratiam ijs qui meliora & ueriora doceant: & hoc humanitatis proprium & uerę philoſophiæ fundamentum eſſe mihi perſuaſi.

P. RAMI DIALECTICA.

TABVLA GENERALIS.

- *Logicæ partes duæ ſunt*
  - INVENTIO *argumentorum. Eſt autem argumentũ aut*
    - *Artificiale.*
      - Primum
        - Simplex
          - *Cõſentaneum.*
            - *Abſolutè.* –
              - *Cauſa.*
              - *Effectus.*
            - *Modo quodam.*
              - *Subiectum.*
              - *Adiunctum.*
          - *Diſſentaneum.*
            - *Diuerſa.*
            - Oppoſita.
              - *Diſparata.*
              - Contraria.
                - *Affirmata.*
                  - *Relata.*
                  - *Aduerſa.*
                - *Negata.*
                  - *Priuantia.*
                  - Contradicentia.
        - Comparatum.
          - Quãtitatis.
            - *Paria.*
            - *Imparia.*
              - *Maiora.*
              - *Minora.*
          - Qualitatis.
            - *Similia.*
            - *Diſſimilia.*
      - *A primo ortum*
        - 1. Nomen.
          - *Coniugata.*
          - *Notatio.*
        - 2.
          - *Diſtributio.*
            - *Partitio.*
            - *Diuiſio.*
          - *Definitio.*
    - *Inartificiale, ut Teſtimonium.*
  - IVDICIVM, *quod eſt aut*
    - *Axiomaticum in Enunciato: in quo conſider.*
      - 1. *Partes.*
        - *Antecedens.*
        - *Conſequens.*
      - 2.
        - *Affectiones.*
          - 1.
            - *Affirmatio.*
            - *Negatio.* –
            - (*Hinc contradictio.*)
          - 2.
            - *Verum.*
              - *Contingens, cuius iudicium Opinio.*
              - *Neceſſarium, cuius iudicium Scientia.*
            - *Falſum. Impoſſibile oppoſitum neceſſario.*
        - *Species.*
          - *Simplex*
            - Generale.
            - *Speciale.*
              - *Infinitum ſeu particulare.*
              - Proprium.
          - *Compoſitũ.*
            - *Cõgregatiuum.*
              - *Copulatum.*
              - *Connexum.*
            - *Segregatiuum.*
              - *Diſcretum.*
              - *Diſiunctum.*
    - *Dianoëticum in*
      - *Syllogiſmo:*
        - 1. *Partes.*
          - *Antecedens.* —
            - *Propoſitio.*
            - *Aſſumptio.*
          - *Conſequens.*
        - 2.
          - *Affectio, ut infer.*
          - *Species.*
            - *Simplex*
              - *Contractus.*
              - *Explicatus.*
            - *Compoſitus*
              - *Connexus.*
              - *Diſiunctus.*
      - *Methodo.* –
        - *Perfecta.*
        - *Imperfecta, κρυπτική.*

De Materia.

Materia eſt cauſa ex qua res eſt. Hoc argumento
- *Ficto apud Ouid 2. Metamor. Solis domus, auro pyropo, ebore, argento componitur.*
- *Vero apud Cæſarem 1. bell. ciuil. naues è lignis, uiminibus, corijs, id eſt, materia ſua, arguitur & explicatur.*

De Forma & Fine.

Cauſæ primũ genus eiuſmodi eſt in efficiente & forma: ſecũdum ſequitur forma & fine.
- *Forma eſt cauſa per quã res eſt id quod eſt ideoq́ hinc à cæteris rebus diſtinguitur: & forma ſimul cũ reipſa in generatur. Hic cõſid. expla*
  - *Vera. Sic*
    - *Anima rationalis, eſt forma hominis: quia per eam homo eſt homo, & diſtinguitur à cæteris omnibus naturis.*
    - *Geometricarum figurarum in triangulis, quadrangulis ſua forma eſt.*
    - *Phyſicarum, cæli, terræ, arborũ, piſcium ſua forma eſt: unde præcipua rerum ut natura eſt ſic erit explicatio ſi poſſet muniri, ut in artificio ſis rebus facilius occurret.*
  - *Ficta. Sic Aeneid. 1 portus explicatur è ſinu, inſula, rupibus, ſcopulis, nemore, aqua dulci, ſedilibus.*
- *Finis eſt cauſa, cuius gratia res eſt. Sic*
  - *Phyſicis rebus finis homo propoſitus eſt, homini Deus.*
  - *Omnium artium eſt aliquod ſummum bonum & finis extremus, ut*
    - *Grammaticæ benè loqui.*
    - *Rhetoricæ benè dicere.*
    - *Dialecticæ benè diſſerere.*
  - *Coniugij finis eſt ſolatium uitæ & proles pulchra, Aeneid 1.*
  - *In defenſione Ligarij, Cicero Tuberonem accuſatorem urget, cùm armorum contra Cæſarem ſuſceptorum finem premit. Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat, &c. Quod exemplum uarijs laudibus ornatum eſt & troporum, & figurarum: ideoq́ citatum uariè, uarijs locis, uaria de cauſa: modo propter*
    - *Tropos illos audaces, tribuentes animã rei inanimatæ.*
    - *Figuras*
      - *Anaphoram, quid, quid.*
      - *Epiſtrophen, agebat, petebat, cupiebas, optabas.*
      - *Polyptoton, quid, cuius, quæ.*
      - *Apoſtrophen & interrogationem λογισμῷ.*
    - *Argumentum finis.*

De Effectis.

Effectum eſt quod è cauſis exiſtit. Siue igitur gignatur, ſiue corrumpatur, ſiue modo quolibet moueatur quodlibet, hic Motus & res motu facta, effectũ dicitur. Huius loci ſunt
- *Laudes & uituperationes: quarum pleni ſunt libri ſacri & profani.*
- *Facta. Vt facta populi Romani.*
- *Dicta & ſcripta. Sic Pericles & Hortenſius benè dicendi laude celebrantur: eodemq́ argumento Demoſthenes & Cicero etiam benè ſcribendi.*
- *Conſilia & deliberationes, etiamſi omnino ad exitum perducta non fuerint.*
- *Effecta uirtutum & uitiorũ. Sic Horat. lib. 1. epiſt. in deſcribenda ebrietate*
  - *1. Narrat cauſas ut*
    - *Curas omnes abijcere:* — *Potare & ſpargere flores.*
    - *Conuiuio ſplendido intereſſe:* — *Incipiam patiarq́ uel inconſultus haberi.*
    - *Optima uina effuſè & largè potare.*
  - *2. Subiungit ſeptem effecta: quod*
    - *Arcana detegat:* — *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.*
    - *Stultè confidentes reddat:*
    - *Temerè audaces faciat:* — *Spes iubet eſſe ratas, in prælia tradit inermem.*
    - *Ex animis ſcrupulum omnem euellat:* — *Solicitis animis onus eximit: ac docet artes:*
    - *Sapientiæ fatuam opinionem afferat:*
    - *Garrulos & loquaces efficiat:* — *Fœcundi calices, quem non fecêre diſertum,*
    - *In ſumma paupertate prodigos reddat.* — *Contracta quem non in paupertate ſolutum?*

Atq; hæc de cauſarum & effectorum argumento: quod é cauſis ad effecta, dicitur Ariſtoteli *διότι* propter quid: contra ex effectis ad cauſas, dicitur *ὅτι*, quia: illa quàm hæc probatio & explicatio longè præſtantior eſt excellentior. Itaq; circulus mutuæ affectionis hic magnus eſt: ſed ſemicirculus ille clarior multò atq; illuſtrior.

De Subiecto & Adiuncto.

- *Argumẽtum modo quodam conſentaneum ſuccedit, ut*
  - *Subiectum, cui aliquid adiungitur. Sic*
    - 1.
      - *Anima eſt ſubiectum ſcientiæ, ignorantiæ: uirtutis, uitij: quia hæc præter eſſentiam accedunt.*
      - *Corpus ſanitatis, morbi: roboris, infirmitatis: pulchritudinis, deformitatis.*
    - 2.
      - *Homo ſubiectum eſt diuitiarum, paupertatis: honoris, infamiæ: ueſtitus, comitatus.*
      - *Loc⁹ eſt ſpaciũ rei locatæ. Sic*
        - *Philoſophi diuinis entibus, licet parte & magnitudine carẽtibus, attribuũt locũ.*
        - *Geometriæ, locum lociq́ differentias in rebus Geometricis conſiderant.*
        - *Phyſici in rebus phyſicis, in mundo, in elementis ſimplicibus, in rebus compoſitis conſiderant. Sic Virgil in Georgicis ſuum quenq́ propoſitis rebus locum deligendum admonet, ut ſegetibus, arboribus, uitibus, paſcuis.*
    - 3.
      - *Senſilia ſenſuum ſubiecta ſunt: ut color, uiſus: ſonus, auditus.*
      - *Res uirtutibus ac uitijs propoſitæ ſubiecta uirtutum ac uitiorum nominantur: ut uoluptas temperantiæ & intemperantiæ periculum fortitudinis & ignauiæ.*
      - *Artium ſubiecta ſunt res circa quas occupantur. Sic res numerabilis, Arithmeticæ: menſurabilis, Geometriæ ſubijcitur.*
  - *Adiunctum, cui aliquid ſubijcitur. Quod argumentum etſi ſubiecto eſt leuius, attamen eſt copioſius & frequentius. Itaq́ de eiuſmodi ſignis ait Ouidius, Et quæ nõ proſunt ſingula, multa iuuant. Adiũcta autem*
    - *Vel*
      - *In Re ipſa inſunt, quæ à Philoſophis. Accidentia dicuntur, ut*
        - *Bona & mala animi & corporis, totiusq́ hominis, adiũcta ſunt animi, corporis, hominis.*
        - *Quantitates.*
        - *Qualitates ſubiectis, præter cauſas, adiunctæ, ſiue ſint*
          - *Propriæ, quæ omni ſoliq́ ſubiecto ſemper cõueniunt: ut homini riſus, equo hinnitus, cani latratus.*
          - *Communes, quæcunq́ non ſunt eo modo propriæ. Hoc genere argumenti*
            - *Cicero Fannium Chaream cauillatur in orat. pro Roſcio Comœdo. Non'ne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam & clamare calliditatẽ uidentur? non'ne ab imis unguibus uſq; ad uerticem ſummum (ſi quam coniecturam affert homini tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus uidetur? qui idcirco capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne pilum ullum uiri boni habere dicatur.*
            - *Martialis lib. 2. Zoilum ludit: Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus: Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.*
      - *Rem circumſtãt, & ideò Circũſtantiæ in ſcholis nominãtur, ut Tempus, Veſtitus, Comitatus. Sic*
        - *Dido uenatũ proficiſcens magnificè 4. Æneid. depingitur uarijs adiunctis:*
          - *1. Temporis.*
          - *2. Delectæ iuuentutis.*
          - *3. Varijs uenationis inſtrumentis, plagarum, uenabulorum.*
          - *4. Equitum.*
          - *5. Canum.*
          - *6. Nobilium principum.*
          - *7. Sonipedis mirifico cultu ornati.*
          - *8. Comitatus & habitus regalis ex chlamyde, pharetra, corymbis, fibulis.*
        - *Tota ferè Ciceronis ad Catilinam deprimendũ diſputatio ex Catilinæ comitatu ſumitur: Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator, quis latro, &c. inueniri poteſt, qui cũ Catilina non familiariſsimè uixerit?*
    - *Vel tantũ circa rem occupantur: Philoſophi Obiectũ uocãt. Hoc argumẽto*
      - *Plato miſeras ciuitates auguratur, quæ medicorũ & iudicum multitudine indigeant: quia multam quoq́ intemperantiam & iniuſtitiam in ea ciuitate uerſari neceſſe ſit.*
      - *Mercatores in exteras terras profecturi, ſtudioſè adiuncta iſta cõſiderant, quæ ſtudia & exercitationes hominum ſint, ut ſubiectas eorum moribus merces apportent.*

Sed conſentaneorum categoria ſic eſt, unde quiduis alteri conſentaneum, uel idem, uel unum dici poſsit: omnesq́ modi unitatis, & ut ita dicam, identitatis huc ſunt tanquam ad primos & ſimplices fontes referendi.

De Diſſen-

De Diſſentaneis.

Argumentum primũ conſentaneum expoſitum eſt: diſſentaneum ſequitur, quod à re diſſentit. Sunt autem diſſentanea inter ſe æquè manifeſta, alterũq; ab altero æqualiter arguitur: tametſi ſua diſſenſione clarius eluceſcũt. Diſſentanea ſunt uel

- *Diuerſa quæ ſola ratione diſſentiũt: quo de genere ſunt illa*
  - *Frequentiſsima*
    - *Non hoc, ſed illud. Pro Pomp. Non uictoriam ſed inſignia uictoriæ reportarunt.*
    - Quanquam. tamen. *Terent. Quanquam ego dignus hac contumelia ſum maximè: at tu indignus qui faceres tamen.*
  - *Aliuſmodi. Vt: Alij errorem appellant, alij timorem, qui durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauiſsimè, temeritatem: ſcelus præter te, adhuc nemo.*
- Oppoſita, *quæ ratione & re diſſentiunt: itaq; eidem attribui, ſecundum idem & ad idem & eodem tempore non poſſunt. Sic Socrates albus & ater non poteſt eadem parte eſſe: pater & filius eiuſdem: ſanus & æger eodem tempore. At albus eſſe poteſt alia parte, & ater alia: pater huius, filius illius: ſanus hodie, eras æger. Itaq; ex altero affirmato alterum negatur: & contrà.* Oppoſita ſunt aut
  - Diſparata*, quorum unum multis pariter apponitur: ut uiride, cineraceum, rubrum, media ſunt inter album & nigrum: quæ ſingula extremis & inter ſe deſparata ſunt. Sic liberalitas & auaritia inter ſe diſparantur: ſic homo, arbor, lapis & eiuſmodi res infinitæ diſparantur.*
  - Contraria, *quorum unum uni tantũ opponitur: ſuntq; uel*
    - *Affirmantia, quorũ utrumq; affirmat, ut*
      - *Relata, quorum alterum conſtat è mutua affectione alterius: atq; inde nominata ſunt relata, ut pater, qui filium habet: & filius qui patrem habet: & ob hanc mutuam relationis cauſam, relata dicuntur ſimul eſſe natura, ut qui alterum perfectè norit, norit & reliquum. Quintil. Si portorium Rhodijs locare honeſtum eſt, & Hermacreonti conducere. Atqui argumentum talis relationis contrarij nihil habet, unde arguit mutuas cauſas: ut ſum tuus pater: tu es igitur meus filius. At cũ dico ſum tuus pater, non igitur ſum tuus filius: tum contraria uerè ſunt.*
      - *Aduerſa, quæ inter ſe uelut è regione perpetuò aduerſantur. Vt Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. Sic albor & nigror, calidum & frigidum, uirtus & uitium, pecus & homo, libertas & ſeruitus opponuntur.*
    - Negantia *quorum alterum ait, alterum negat idem, ut*
      - Contradicentia*, quorum alterum negat ubiq;: ut iuſtus non iuſtus, animal non animal, ſanguis nõ ſanguis, ſunt contradicentia. Sic in defenſione Murenæ, contradicitur ſententijs Catonis & Ciceronis, illius Stoici, huius Academici. Dialogus eſt his uerbis: Nihil ignoueris: imò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ cauſa feceris. imò ne rei ſtiso gratiæ, tum officium & fides poſtulabit. Miſericordia commotus ne ſis: etiam in diſſoluenda ueritate, ſed tamen eſt aliqua laus humanitatis In ſententia permaneta niſi ſententia alia uicerit melior. Sic Terentianus Phædria, Dori dictum eleuat, quòd affirmaſſet prius, quæ pòſt inficiaretur: modò ait, modò negas, inquit in Eunucho.*
      - Priuantia*, quorum alterũ negat in eo tantum ſubiecto, in quo affirmatum ſuapte natura ineſt. Atque hîc affirmatum dicitur habitus: negatũ autem priuatio. Sic motus & quies: ebrius & ſobrius, cæcus & uidens, pauper & diues, mors & uita, tacere & loqui opponuntur. Martial. Ebrius es, nec enim faceres hæc ſobrius unquam.*

Sed diſſentaneorum categoria ſic eſt: unde quiduis ab altero differre quolibet modo poſsit.

De Com-

De Comparatis paribus.

Argumenta ſimplicia ita fuerunt in cōſentaneis & diſſentaneis: comparata ſunt, inter ſe cōparantur. In his conſid.

- 1.
  - *Triplex priuilegium*
    - 1. *Quòd ſæpè notis quibuſdam breuius indicantur: aliquando partibus plenius diſtinguuntur, quæ πρότασις & ἀπόδοσις propoſitio redditióq; nominantur.*
    - 2. *Quòd tota πρότασις aut ἀπόδοσις argumentum facit: non pars altera ſeu terminus, alter propoſitionis aut redditionis.*
    - 3. *Quòd ficta comparata uerorum etiam argumentorum uim obtinent.*
  - *Axioma.* Nam comparata *ſuapte, hoc eſt, comparationis natura, æquè nota ſunt, ſicut antea oppoſita: quamuis interdum alterum altero alicui notius atq; illuſtrius eſſe poſsit.*
- 2. Diuiſio. Comparatio enim eſt uel
  - *Quantitatis, quæ res cōparatæ quantæ dicūtur, eſtq; uel*
    - *Parium, quorū eſt una quantitas. In paribus cōſid.*
      - *Exempla*
        - *Vera per*
          - *Notationem, in quibus protaſis et apodoſis eſt aut*
            - *Implicata ut ſunt*
              - *Par. Par leuibus uentis.*
              - *Aequalis. Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.*
              - *Aequare. Imperium terris, animos æquabit Olympo.*
            - *Diſtincta ſeu explicata, ut ſunt*
              - *Idem quod. Eius uirtutes iiſdem terminis, quibus Solis curſus, continentur.*
              - *Tam quā. Tam ficti prauíq; tenax, quàm nuncia ueri.*
              - *Tanto quanto. Tanto peſsimus omnium poëta Quanto tu optimus omnium patronus.*
              - *Tot quot.*
              - *Negatio*
                - *Maioris: Non magis. Non cōſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere.*
                - *Minoris: Non minus. Nō minor eſt uirtus quàm quærere, parta tueri.*
          - *Conſectaria illa, è cōtrarijs quidem orta: ſed parium collatione tractata: ut è*
            - *Relatis. Martial. Tum ſeruum ſcis te genitum, blandéq; fateris,*
              Cum dicis dominum, Soſibiane, patrem.
            - *Priuantibus. Ouid. In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores,*
              Cenſus amicitiar: pauper ubíq; iacet.
            - *Aduerſis. Cicero. Cum fateantur ſatis magnam uim eſſe in uitijs ad miſeram uitam: non'ne fatendum eſt eandem uim in uirtute eſſe ad beatam uitam? Contraria enim contrariorum ſunt conſequentia.*
        - *Ficta: qualia ſunt illa apud Aeſchinem Socraticum, quibus demonſtrat Socrates cum Xenophontis uxore & cum Xenophonte ipſo Aſpaſiam locutam.*
      - *Axiomata apud*
        - *Ariſtotelem: Si parium alterū ſit, reliquum eſſe: ſin alterū non ſit, reliquum non eſſe. Idq; ualet tum*
          - *Affirmatiuè. Philip. 2. Quorum facinus commune, cur non eorum præda communis?*
          - *Negatiuè Terent. Quando ego non curo tuum, ne cura meum.*
        - *Euclidē quatuor*
          - 1.
            - *Quæ eidem ſunt æqualia inter ſe ſunt æqualia: ut 2 & 2 ad 2.*
            - *Quæ rationes eidem rationi ſunt eædem, inter ſe ſunt eædem. Vt rationes 2 ad 4 & 3 ad 6, ſunt eadē rationi 5 ad 10. Eſt propoſitum 11 p. 5 & infinitè totis Mathematicis uſurpatū.*
          - 2.
            - *Si æqualibus æqualia addantur, tota erunt æqualia ut 2 & 2 æqualia: adde utriq; 3, toti erunt 5 & 5.*
            - *Si æqualibus æqualia ſubducantur, reliqua erunt æqualia.*
    - *Imparium.*
  - *Qualitatis.*

De Imparibus.

- *Imparia ſunt, quorũ quantitas non eſt una. In his conſider.*
  - *Axiomata 3. cõmunia*
    1. *Si æqualium alterum tertio fuerit inæquale, & reliquum eidem erit inæquale.*
    2. *Si inæqualibus æqualia addantur, tota erunt inæqualia ut 4 & 3: utriq; adde 2.*
    3. *Si inæqualibus æqualia ſubducantur, reliqua erunt inæqualia.*
  - *Dichotoma. Eſt enim impar uel*
    - *Maius, cuius quantitas excedit. Hic cõſid. exempla*
      - *Vera, quorũ tractatio ſit uel*
        - *Proprijs notis, ut ſunt*
          - *Non ſolùm, ſed etiam. Vnde ſumitur interdum Logica quædã gradatio, climaci Rhetorico communis. Pro Milo. Neq; uerò ſe populo ſolùm, ſed etiam ſenatui tradidit: neq; ſenatui modo, ſed etiam publicis præſidijs & armis, &c.*
          - *Cum, tum. Quæ cùm omnibus difficilis & magna eſt ratio, tum uerò mihi præter cæteros.*
          - *Malo hoc, quàm illud.*
          - *Plus quàm. Plus admirationis habitura, quàm gloriæ.*
        - *Secundum illud Ariſtotelis axioma. Si quod minus uidetur ineſſe, ineſt: & quod magis. Habet autem ſua etiam conſectaria, ſed affirmata tantum: & minus ineſſe, ſignificat difficilius ineſſe. Virgil. O' paſſi grauiora: dabit Deus his quoq; finem. Atq; in hac tractatione eſt illa gradatio ſeptimæ Verrinæ, diſſimilis illius ſuperioris, eſt enim ſine climace rhetorico: Facinus eſt uincire ciuem Romanum: ſcelus uerberare: propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere?*
      - *Ficta: ut 2. Philip. de uomitu Antonij. O' rem non modo uiſu fœdam, ſed etiam auditu: ſi inter cœnam, in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret? in cœtu uerò populi, negotium publicum gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet: is uomens, fruſtis eſculentis uinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit.*
    - *Minus, cuius quantitas exceditur. Hic cõſid. exempla*
      - *Vera, quorũ tractatio ſit uel*
        - *Proprijs notis: ut*
          - *Non ſolùm ſ-d ne: oppoſita illi affirmatæ, non ſolùm, ſed etiam. Cicer. 2 Catil. Nemo non modò Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit.*
          - *Ante hoc quàm illud. Virgil. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui:*

            Et freta deſtituent nudos in litore piſces:
            Quàm noſtro illius labatur pectore uultus.
        - *Per*
          - *Comparationẽ. Ouid. Sæuior es triſti Buſiride, ſæuior illo,*
            Qui falſum lento torruit igne bouem.
          - *Negationẽ parium:*
            - *Non conferendi. Phil. 9. Omnes ex omni ætate, qui in hac ciuitate intelligentiam iuris habuerunt ſi in unum locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non ſunt conferendi.*
            - *Non tam, quã. Qui hæc dictitant, non tam quæruntur, quàm uerentur.*
            - *Non tot, quot. Cicero. Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas agitationes fluctuum habere putatis, quantas æſtus habet ratio comitiorum.*
        - *Secundum illud Ariſtotelis axioma: Si quod magis uidetur ineſſe, non ineſt: neque quod minus. Quod tantũ ualet in urgendo. Cicero. Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas, nondum ieceris.*
      - *Ficta. Finguntur enim etiam minora. Terent. in Heautont. Satrapes ſi ſiet amator, nunquã ſufferre eius ſumptus queat: nedum tu poſſis. Maiora uidentur hæc, at ſacilior ĩuaſ ſe Ariſtotelis & axiomatis negatio, minora demonſtrans.*

De Similibus & Diſsimilibus.

Adhuc cōparatio in quãtitate fuit. Sequitur cōparatio in qualitate, qua res comparatæ quales dicũtur: nempe ſimiles aut diſſimiles.

- Similia ſunt quorũ eſt eadē qualitas. Similitudo proportio dicitur, ut ſimilia proportionalia. Similitudo eſt duplex
  - Incluſa & inuoluta uno uerbo q̃ fit notis uarijs, ut
    - Nomine ſimilitudinis, ut ſunt
      - Similis. Os, humeroſq; Deo ſimilis.
      - Effigies. Effigiem morum ſuorum, uirtutis, conſtantiæ, reliquit filium.
      - More. Tempora labuntur more fluentis aquæ.
      - Inſtar. Ille dies mihi inſtar immortalitatis fuit quo in patriam redij.
      - Tanquam. Mihi uideris iſtam ſcientiam tanquam filiolam oſcu ari tuam.
      - Sicuti. Sicut non ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuentur.
    - Negatione diſſimilitudinis, ut ſunt
      - Haud ſecus. Non ſecus ac ſi frater meus eſſet Cicero.
      - Non aliter. Terent. Ego iſti nihilo ſum aliter quàm fui.
  - Explicata eaq; uel
    - Simplex, cum ex ſimili ſimile demōſtratur: in qua à Mathematicis ſumuntur
      - Axiomata duo. Nam
        - Aequalia ſunt ſimilia ad idem: & Idem eſt ſimile ad æqualia. Contraq; Similia ad idem, & ad quæ idem ſimile eſt, ſunt æqualia. Vt Aiax, ſic Vlyſſes & Achillis arma: & contra. ut Achillis arma ad Aiacem, ſic ad Vlyſſem.
        - Minora ſunt ſimilia ad æquè maiora. Vt duplum eſt multiplum, ſic dimidium eſt multeſimum.
      - Genera communia & Logica. Similitudo enim eſt uel
        - Disiũcta, cũ termini quatuor reipſa diſtinguuntur: eſtq; uel
          - Vera. Vt Sopor ad feſſum, ſic carmen ad auditorem. Hic termini quatuor diſtincti ſunt.
          - Ficta, ubi Aeſopici Apologi excellunt. Et aliquando nulla prorſus eſt nota in ſimilitudine explicata.
        - Continua, cum eſt ut primus terminus ad ſecundum, ſic ſecundus ad tertium. Cicero: ut magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus. Hic termini ſunt tres, Lex, magiſtratus populus.
      - Affectio ſeu relatio mutua duplex, q̃ ſit uel
        - Ἀνάπαλιν, inuerſè 14. d. 5. quando inuertitur ordo protaſeos & apodoſeos tantum, aut etiam terminorũ. Axioma igitur hic eſt: Si quædam ſimilia fuerint, ἀνάπαλιν ſimilia erunt: Vt aurum ad ignem, ſic fides ad periculũ: ergo ut fides ad periculum, ſic aurum ad ignem: item ut periculum ad fidem, ſic ignis ad aurum.
        - Ἐναλλὰξ, alternè 13. d. 5. quando ſimilitudinis datæ antecedẽs antecedenti & cõſequẽs cõſequẽti cõparatur. Axioma igitur hic eſt: Si quædã ſimilia fuerint, alternè ſimilia erunt. Vt aurum ad ignem ſic fides ad periculum. Ergo ut aurum ad fidem, ſic ignis ad periculum.
    - Multiplex, cum ex pluribus ſimilibus aliquid ſimile declaratur. Hæc appellatur inductio, qua Socrates plurimum uſus eſt.
- Diſſimilia quorũ qualitas eſt diuerſa. Diſſimilitudo eſt uel
  - Simplex
    - Breuis ſeu implicata, q̃ fit ſymbolis ſeu notis uarijs, ut
      - Nomine diſſimilitudinis, ut ſunt
        - Diſſimile. Diſſimilis eſt debitio pecuniæ & gratiæ.
        - Diſpar. O domus antiqua, quam diſpari domino dominaris!
        - Differens. Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt.
        - Aliud. Alio uultu, alio uocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur.
        - Secus. Quoniam cœpi ſecus agere atq; initio dixeram.
      - Negatione ſimilium, ut
        - Non ſimilis. Non eſt philoſophia ſimilis artium reliquarum.
        - Non talis.
        - Non idem. Non eadem eſt ætas, non mens Horat.
        - Non tanquam. Sit annulus tuus, non tanquam uas aliquid, ſed tanquam ipſe tu.
    - Explicata: in qua cõſid.
      - Axiomata oppoſita axiomatis ſimilium:
        - Inæqualium maius ad idem maiorem rationem habet, quàm minus. Et idem ad minus habet maiorẽ rationem quàm ad maius. Contra: quod maiorem rationem habet ad idem, eſt maius: & ad quod idem maiorem habet rationem, eſt minus.
        - Si æqualium rationum altera ſit inæqualis tertiæ, reliqua eidem erit inæqualis.
      - Tractatio: Fit n. uel
        - Cum nota aliqua. Certus dies non ut ſacrificij, ſic conſilij expectari ſolet.
        - Sine nota aliqua. Et redditio eius hic appellatur antapodoſis.
  - Multiplex
    - Ficta ut Aen. 6. de immaturo Marcelli funere Aen. 2. de Hectore fœdè contrucidato.
    - Vera. ut Phil. 2. de Varronis Caſinate fundo. Apud Saluſtium Cæſaris & Catonis diſſimiles mores.

De argu-

De argumentis, quæ ex primis oriuntur.

- *Hactenus prima argumenta ſunt expoſita, ſequuntur orta de primis, quæ perinde ſunt ad id quod arguunt, ſicut prima, unde oriuntur: ut*
  - *1. Nomen: ſub quo*
    - *Coniugata, ſunt nomina ab eodē principio uariè deducta: ut iuſtitia, iuſtus, iuſtè. In his ſymbolūm eſt coniugatorum argumentorum. Diſputatur enim aliquando ex*
      - *Cauſis ad effecta. Vt nulla libertas reſtat: nullus ergo liber eſt. Libertas enim cauſa eſt cur ſis liber.*
      - *Effectis ad cauſas. Dij boni ſunt. Eorum igitur bonitate eſt utendum.*
      - *Subiecto ad adiunctum. Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.*
      - *Adiuncto ad ſubiectum. Cauſa conſularis & ſenatoria, opus habet auxilio conſulis & ſenatoris.*
    - *Notatio, eſt nominis interpretatio. Nomina ſiquidē ſunt notæ rerum nominumq́ uel deriuatorum uel compoſitorū, ſi uera notatione ſiāt, ratio reddi poteſt ex aliquo argumento primo, ut ex*
      - *Cauſa. Homo ab humo.*
      - *Effectis. Verres à uerrendo.*
      - *Subiectis. Ianus quia ianuæ cœli præſideat.*
      - *Adiunctis. Bambalio propter hæſitantiam linguæ & ſtuporem cordis.*
      - *Diſſentaneis. Lucus quia parum lucet. Parcæ quia nulli parcunt.*
      - *Comparatis. Pyropus, quia ignis flammam imitetur.*
      - *Eſt uerò, ut notationi ad ſuum nomen, ſic nomini ad notationem ſua affectio ſeu reciprocatio.*
  - *2. Diſtributio & definitio. In quibus affectio reciprocationis eſt omnino propria, illic partiū omnium cū toto: hîc definitionis cū definito.*
    - *Diſtributio, eſt diſtinctio totius in partes. Totū eſt quod continet partes. Pars eſt quæ continetur toto. Atq; ut diſtinctio totius in partes diſtributio: ſic collectio partium ad conſtituendum totum, inductio dicitur. Diſtributio ſumitur ex argumentis toti quidem conſentaneis, inter ſe autē diſſentaneis. Itaq; tantò accuratior erit, quantò partiū & cū toto conſenſio & inter ſe diſſenſio maior fuerit. Sumitur ergo diſtributio ex cōſentaneis:*
      - *Abſolutè, ubi præcipuè appellatur totum & pars. Fit autem uel ex*
        - *Cauſis, quando partes ſunt cauſæ totius. Hic partitio integri in ſua mēbra præcipuè laudatur. Integrū eſt totū, cui partes ſunt eſſentiales. Membrū eſt pars integri. Sic Grāmatica in etymologiam & ſyntaxim: Rhetorica in elocutionem & actionem: Dialectica in inuentionem & iudicium diuiditur. Ab his enim partibus artes illæ integrantur. Hæc diſtributio principalis eſt, cum rei longioris explicatio ſuſcipitur. Hîc conſider.*
          - *Axioma. Totum eſt maius ſua parte.*
          - *Tractatio. Tractatur enim hoc argumēti gen⁹ uel à*
            - *Partib. ab totum.*
            - *Toto ad partes.*
        - *Effectis, quando partes ſunt effecta: ut in naui nautæ alij malos ſcandunt, alij per foros curſitant, alij ſentinam exhauriunt. Diuiſio generis in ſpecies hîc excellit. Genus eſt totum partibus eſſentiale. Species eſt pars generis. Hîc conſid. utriusq;*
          - *Origo. Genus enim & ſpecies notæ & ſymbola ſunt cauſarum & effectorum. Genus enim cōtinet cauſas ſpeciei: ſpecies contrà effecta ſui generis. Hinc uniuerſale eſt inſigne ac præſtabile, quia cauſam continet.*
          - *Vſui. Tractātur enim uel*
            - *Simplici diuiſionis formula, quæ difficilis eſt & rarò inuenitur.*
            - *Separatim alterū ex altero, ut ex*
              - *Genere ſpecies.*
              - *Speciebus genus: & huc pertinēt exempla ſpecialia.*
      - *Quodam modo ut ex*
        - *Subiectis, cū partes ſunt ſubiecta. Sunt autem modi tres pro triplici ſubiecti uarietate. Nam aliâs diuidunt ſubiecta generis*
          - *Primi, ut Colorum alij ſunt in naturis animatis, alij in inanimatis.*
          - *Secundi, ut Veſtimenta quædam uirorum ſunt, quædam mulierum.*
          - *Tertij, ut Philoſophia uerſatur circa mores, circa res naturales & occultas, circa diſſerendi rationem.*
        - *Adiunctis, quando partes ſunt adiuncta. Idq; etiam fit tripartitò. Nam adiuncta ſunt aut generis*
          - *Primi, ut Hominum alij ſunt parui, alij magni.*
          - *Secundi, ut Rex cinctus eſt partim equitibus, partim peditibus.*
          - *Tertij, ut Ratio uitæ degendæ docetur partim in ethica, partim in politica, partim in œconomica diſciplina.*
    - *Definitio.*

De Definitione.

Definitio eſt ratio quæ explicat quid res ſit: eaq́ uiciſſim definito argui poteſt. Eſtq́ aut

- *Perfecta, quæ propriè. Definitio dicitur. Eſt autem definitio conſtans è ſolis cauſis, eſſentiam conſtituentibus: quales cauſæ genere & forma comprehenduntur. Vt homo eſt animal rationale. Nam genere (animal) intelligimus eſſentiam corpoream, plenam uitæ & ſenſus, quæ materies hominis eſt: & pars formæ: cum qua ſi addas (rationale) totam formam hominis cõprehendes, uitæ, ſenſus, rationis facultate. Itaq́ perfecta definitio nihil aliud eſt quàm uniuerſale ſymbolum cauſarum, eſſentiam rei & naturam conſtituentium. Tales definitiones ſunt artium: Grammatica eſt ars benè loquendi: Rhetorica benè dicendi: Dialectica benè diſſerendi: Arithmetica benè numerandi: Geometria benè metiendi.*
- *Imperfecta, quæ propriè. Deſcriptio dicitur, quia ex alijs argumentis rem definit: ut, Homo eſt animal mortale, capax diſciplinæ. Hic cum aliqua cauſa miſcetur communis, itemq́ propria circũſtantia. Sed hæc ſuccincta breuitas, non eſt in hac ſpecie perpetua: ſed ſæpè illuſtriorem & magnificentiorem explicationem deſiderat: Tales ſunt deſcriptiones*
  - *Gloriæ apud Oratorem in Milon.*
  - *Famæ apud Poëtam 4. Aene.*
  - *Plantarum & animalium apud Phyſicos.*
  - *Fluminum, montium, urbium in Geographis & Hiſtoricis.*

De Teſtimonio.

Expoſito artificiali argumento, ſequitur inartificiale: quod non ſua natura, ſed aſſumpta artificialis alicuius argumenti ui arguit. Itaq́ cum exquiſita rerum ueritas ſubtilius exquiritur, perexiguam uim probationis habet: in ciuilibus autem & humanis rebus plerunq́ hoc argumentum fidem è moribus argumentis efficit, ſi prudentia, uirtus & beneuolentia affuerint: id uno nomine teſtimoniũ dicitur. Eſtq́ uel

- *Diuinum, ut ſunt*
  - *Deorum oracula. Huc ſpectant meteora.*
  - *Reſponſa*
    - *Vatum.*
    - *Fatidicorum.*
- *Humanum quod eſt uel*
  - *Generale ut*
    - *Lex*
      - *Scripta.*
      - *Non ſcripta.*
    - *Sententia: ſub qua*
      - *Prouerbia. Pares cum paribus facillimè congregantur.*
      - *Dicta ſapientum. Noſce teipſum. Ne quid nimis.*
  - *Singulare quod eſt uel*
    - *Mortuorum, ut Philoſophorum, Poëtarum, Oratorum. Sic Plato tum deniq́ fore beatas Reſp. putauit, ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cepiſſent: aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent. Virgil Aen. 6. Diſcite iuſticiam moniti & ne temnite diuos.*
    - *Viuorũ & præſentiũ quæ ſunt uel*
      - *Iudicialia cũ quæritur de fundo, aut cæde aut eiuſmodi negotio aliquo. Hæc teſtimonia quotidiana ſunt in foro, & ſola uulgò teſtimonia uocantur: & tanti ſunt in cõtrouerſijs forenſibus, ut uulgò teſtium probatio, anima litis appelletur.*
      - *Extraiudicialia ut*
        - *Obligatio. Cicero: Audebo etiam obligare fidem meam uobis: promitto, recipio, ſpõdeo. Huc pertinent*
          - *Pignus, uulgò argumentum ſtultorũ, qui nempe artificiali argumento deſtituti, huc redeunt.*
          - *Pacta.*
        - *Confeſſio, q̃ eſt uel*
          - *Libera.*
          - *Expreſſa tormẽtis, quæ propriè Quæſtio dicitur. Huc referri poteſt Experientia, cum affirmationis noſtræ approbationem et experientiã proponimus.*
        - *Iuſiurandum, quod eſt affirmatio religioſa.*

Atque hæc de Inuentione:
Sequitur Iudicium.

DE IVDICIO.

De Enunciato ſeu Axiomate.

Adhuc prima. Dialecticæ artis pars fuit in Inuẽtione pars altera ſequitur in Iudicio. Iudicium eſt ſecunda pars Logicæ de diſponendis argumentis ad benè iudicandum. Certa enim diſpoſitiones regula unũquodq; iudicatur: unde pars hæc Logicæ, et iudicium & diſpoſitio pro eodem dicitur. Iudicium eſt aut

- *Axiomaticum. Eſt autẽ axioma, diſpoſitio qua argumentum de argumento enunciatur. Latinè Enũciatũ, enũciatio, pronũciatũ, pronunciatio, effatũ dicitur. Hic conſider. axiomatis*
  - 1. Partes
    - *Antecedens.* —
    - *Conſequens.* —
    - *ex quibus affectiones oriuntur.*
  - 2. *Affectiones, quæ ex partib. oriũtur. Sunt aũt axiomatis cõmunes affectiones*
    - 1.
      - *Affirmatum, quando conſequens cum antecedente componitur, uel quando uinculum eius affirmatur.*
      - *Negatum, quando conſequens ab antecedente diuiditur: uel quãdo uinculum eius negatur.* ——
      - *Hinc naſcitur enunciatorũ Contradictio, quando affirmatur & negatur, idem cõſequens de eodem antecedente.*
    - 2. *Verũ, quando cõſequẽs eſt uerum de antecedẽte. Eſtq; uel*
      - *Contingens, quando conſequens de antecedente ſic uerum eſt ut aliquando falſum eſſe poſsit, ut Audentes fortuna iuuat. Fac enim id eſſe hodie uerum, erat falſum eſſe poterit. Itaq; ueritatis huius contingentis iudicium* OPINIO *dicitur, quæ præteritorum & præſentium homini certa eſſe poteſt, futurorum per naturã non admodum poteſt: quamuis Deo tempora omnia præſentia ſint.*
      - *Neceſſarium, quando conſequens ſemper uerũ eſt de omni antecedẽte: & illud affirmatum appellatur κατὰ παντὸς de omni. Axiomata artium ſic κατὰ παντὸς eſſe debent, ſed præterea etiam*
        - *Homogenea. Eſt autem homogeneũ enunciatũ, quando partes ſunt eſſentiales inter ſe: ut forma formato, ſubiectũ proprio adiuncto, genus ſpeciei: id appellatur καθ' αὑτὸ, per ſe.*
        - Catholica. *Eſt autẽ catholicũ axioma, quãdo cõſequẽs ſemper uerũ eſt de antecedẽte, nõ ſolũ omni et p ſe, ſed etiã reciprocè. ut homo eſt animal rationale: numerus eſt par uel impar. Lup⁹ eſt natus ad ululandũ. Id appellatur καθόλου πρῶτον uniuerſaliter primũ.*
        - *Tres hæ ſunt leges documentorum artis propriorum*
          - 1. κατὰ παντὸς lex ueritatis.
          - 2. καθ' αὑτὸ lex iuſtitiæ.
          - 3. καθόλου πρῶτον lex ſapientiæ.
          - *Atq; eiuſmodi enunciatorũ catholicorum iudiciũ, uerißima & prima* SCIENTIA *eſt.*
      - *Falſum, quando conſequens eſt falſum de antecedente. Impoßibile, neceſſario oppoſitum, eſt quod de nullo unquam uerum eſſe poteſt.*
  - 3. *Species. Axioma enim eſt aut*
    - *Simplex, quod uerbi uinculo continetur: itaq; affirmato, uel negato uerbo affirmatur uel negatur, ut Ignis urit: ignis eſt calidus: ignis non eſt aqua. Hic ignis eſt antecedens, urit conſequens. Atq; hic prima eſt inuentarum rerum diſpoſitio, cauſa cum effecto, ſubiecti cũ adiuncto, diſſentanei, cum diſſentaneo: quomodo argumentum quodlibet enunciari poteſt (exceptis plenis comparationibus) conſentanea quidem affirmando, diſſentanea negando. Axioma ſimplex eſt aut*
      - *Generale, cum generaliter enunciatur commune conſequens de communi antecedente. Atq; hic contradictio non ſemper diuidit uerũ & falſum, ſed contingentiũ utraq; pars falſa poteſt eſſe. Vt omnis homo eſt philoſophus: nullus homo eſt philoſophus: item non contingentium: ut omne animal eſt rationale, nullum animal eſt rationale.*
      - Speciale, *cum ſpecialiter enũciatur: & hic contradictio ſemper diuidit uerum à falſo. Eſtq; aut*
        - *Infinitum ſeu particulare, quando ſpecies nõ definitur. Vt aliquid ignoſcendum eſt: cui generaliter contradicitur, ut nihil ignoſcẽdum eſt.*
        - *Propriũ, quãdo de proprio enũciatur, ut Fabulla eſt bella: cui⁹ negatio & contradictio eſt, Fabulla nõ eſt bella.*
    - *Compoſitum.*
- *Dianoëticũ.*

De Enunciato Compoſito.

Axioma compoſitũ, eſt quod uinculo cõiunctionis continetur: itaq; è coniunctione affirmata, uel negata affirmatur uel negatur cõtradictioniq; pars uera eſt, pars falſa. Enunciatum compoſitum eſt pro ſua coniunctione aut

- *Cõgregatiuũ, cuius coniunctio eſt congregatiua: & enunciat omnia cõſentanea affirmãdo, omnium etiam diſſentanea negãdo. Eſtq; aut*
  - *Copulatum, cuius coniunctio eſt copulatiua. Vt Vna Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis Africus. Hic igitur negatio erit & cõtradictio. Nõ unà Eurusq; Notusq; ruunt. Hic cõſid.*
    - *Iudicium. Nam uerum enunciati copulati iudicium pendet ex omnium partium ueritate: falſum ſaltem ex una parte falſa.*
    - *Enunciatum relatæ qualitatis, quod copulato affine eſt. Vt Tale tuum carmen nobis diuine poëta. Quale ſopor feſsis in gramine. Hic copulatum iudicium eſt: tanquã diceretur: Sopor eſt gratus feſsis: & ſic tuum carmen eſt nobis gratum: cuius negatio eſt. Non tale tuum carmen nobis, &c.*
  - *Connexum, cuius coniunctio eſt cõnexiua, Si. ut Si miſer eſt, eſt etiam mendax cuius negatio eſt. Non ſi miſer, eſt etiam mendax. Coniunctio etiam hæc interdũ negatur apertius, negando conſequentiam, Vt Non continuò ſi me in ſicariorum numerum cõtuli, ſicarius ſum. Affirmatio enim ſignificat ſi ſit antecedẽs, etiam conſequens eſſe. Negatio itaq; & contradictio ſtatuit, ſi ſit antecedens, uñ non ideò conſequens. Hic conſider.*
    - *Iudiciũ. Nam ſi indicabit cõnexum eſſe*
      - *Abſolutè uerum, neceſſarium quoq; iudicabit: & intelliget hanc neceſsitatem è neceſſaria partium connexione oriri, quæ ipſa poteſt eſſe uel in falſis partibus: ut, Si homo eſt leo, eſt etiam quadrupes: neceſſarium connexum eſt.*
      - *Contingens & pro ſua tantùm probabilitate poſitum, iudicium eius tantùm opinio fuerit: ut Teren. Pamphile, ſi id facis, hodie poſtremum me uides.*
    - *Enunciata connexo affinia, ut Relatiua*
      - *Temporis. Vt, Carmina tum melius, cùm uenerit ipſe, canemus.*
      - *Conſequentiæ, ut Cum Tullius ſit orator, eſt etiam peritus dicendi.*
- *Segregatiuũ, cuius coniunctio eſt ſegregatiua: ideóq; argumenta diſſentanea enunciat. Eſtq; aut*
  - *Diſcretum, cuius coniunctio eſt diſcretiua. Itaq; è diſſentaneis præcipuè diuerſa enunciat. Vt 5. Tuſcul. Quanquã ſenſu corporis iudicentur, ad animum referri tamen. Hic conſider.*
    - *Contradictio. Nam negatio & contradictio eſt: ut Non quanquam ſenſu corporis iudicentur, ad animum tamẽ referri. Vel quanquàm ſenſu corporis iudicentur, non tamen ad animum referri. Nam (tamen) hîc eſt coniunctio præcipua.*
    - *Iudicium. Nam diſcretum enunciatum iudicatur eſſe uerum & legitimum, ſi partes non ſolùm ueræ ſed etiam diſcretæ ſint: falſum uel ridiculum, contrà Ridiculum enim ſit, compoſita & conſentanea ſegregare: ut, Quanquam Socrates eſt homo, tamen eſt animal rationale.*
  - *Diſiunctum, cuius coniunctio eſt diſiunctiua. ut Cicer. de Fato. Omnis enunciatio eſt uera aut falſa. Hic ſignificatur, è diſiunctis unicum uerum eſſe. Negatio igitur erit & contradictio, Non omnis enunciatio eſt uera aut falſa. Diſiuncti igitur enunciati contradictione ſignificatur non neceſſariò alterutrum uerum eſſe. Hic conſider.*
    - *Iudicium. Nam ſi diſiunctio abſolutè uera eſt, eſt etiã neceſſaria, & partes diſiunctæ*
      - *Sunt oppoſitæ ſine ullo medio.*
      - *Non ſunt ſeparatim neceſſariæ. Vt homo eſt bonus, uel non eſt bonus, diſiunctio neceſſaria eſt: & tamen, Homo eſt bonus, non eſt enunciatio neceſſaria; item, Homo non eſt bonus, non eſt enunciatio neceſſaria: ſed diſiũctionis neceſsitas pendet è neceſſaria partium oppoſitione & diſiunctione, non ex earum neceſſaria ueritate.*
    - *Diſiunctum conditionale. Diſiunctio enim plerunq; eſt ex conditione. Vt ſi quæratur, utrum Cleon uenerit, an Socrates: quia ita pactum ſit alterutrum tantum uenturũ eſſe. Itaq; ſi diſiunctio ſit contingens, non eſt abſolutè uera & tantùm opinabilis eſt: qualis eſt frequenter in hominum uſu.*

De Syllo-

De Syllogiſmo.

- *Atq; eiuſmodi iudicium eſt axiomatici. axiomatis per ſe manifeſti: ſequitur dianoë. ti. um Dianoea eſt cũ aliud axioma ex alio deducitur. Eſtq; aut*
  - *Syllogiſmus, eſt dianoea, qua quæſtio cum argumento ita diſponitur, ut poſito antecedente neceſſario concludatur. Nam cum axioma dubium ſit, quæſtio efficitur, & ad eius fidem tertio argumento opus eſt cum quæſtione collocato. Hic cõſider.*
    - 1 *Partes duæ:*
      - *Antecedens, quæ adhibetur ad arguendũ quæſtione eius duæ partes:*
        - *Propoſitio: quæ quæſtionis ſaltem conſequens cum argumento diſponitur.*
        - *Aſſumptio quæ aſſumitur è propoſitione.*
      - *Conſequens, quæ complectitur partes quæſtionis, eamq; concludit: unde complexio & concluſio dicitur.*
    - 2
      - *Species. Eſt enim ſyllogiſmus uel*
        - *Simplex, ubi pars quæſtionis cũ argumento diſponitur, conſequens in propoſitione, antecedens in aſſumptione. In eo conſid.*
          - *Affectio; κ. ... : quæ eſt uel*
            - *Partium*
              - *Defectus, ἔλλειψις. Itaq; ſi qua pars ſyllogiſmi defuerit, enthymema dicitur.*
              - *Redundantia. Nam ſi quid præter illas tres partes acceſſerit, proſyllogiſmus dicitur.*
            - *Ordinis inuerſio. Partium enim ordo ſæpè confunditur.*
            - *Attamen ſi qua dubitatio propterea fuerit,*
              - *Explenda, quæ deſunt.*
              - *Amputãda quæ ſuperſunt.*
              - *Pars quælibet in locum artis reddenda eſt.*
          - *Differentia communes ab enũciato*
            - 1.
              - *Affirmatus è partibus omnibus affirmatis.*
              - *Negatus è negata antecedentium partium altera cum complexione.*
            - 2.
              - *Generalis è propoſitione & aſſumptione generalibus.*
              - *Specialis ex altera tantum generali.*
              - *Proprius ex utraq; propria.*
          - *Genera duo. Eſt enim partibus uel*
            - *Contractus, quando argumentum pro exemplo ita ſubijcitur particulari quæſtioni, ut utramq; partem antecedens & aſſumptione affirmatum intelligatur. Vt Quædam conſtantia eſt uirtus, ut conſtantia: quædam confidentia non eſt uirtus, ut audacia. Hic enim argumentum quæſtionis utramq; partem antecedere intelligitur, tanquam eſſet expreſſum, conſtantiam eſſe uirtutem & confidentiam: ideoq; quandã confidentiam eſſe uirtutem. Item, audaciam non eſſe uirtutem & tamen eſſe confidentiam, ideoq; quandam confidentiam non eſſe uirtutem. Sic uſus differendi, magiſter ſyllogiſtici iudicij, contrahitur, nec aliter explicatur. Atque iſta expoſitio principium ſyllogiſmi, partibus explicatis, ab Ariſtotele efficitur, tanquam per ſe pleno ſyllogiſmi iudicio ſit clarior & illuſtrior. Itaq; pro iudicij illius claritate uini enthymemate hic ferè contentus eſt, ideoq; Valla etiam hanc ſyllogiſmi ſpeciem ſuſtulit: Ramusq; nullum ſibi etiam curioſius inquirenti figuræ huius exemplum uſquam plena diſpoſitione concluſum occurriſſe conteſſus eſt quò Valla argumenta infirmaret. Attamen cum Valla ingenium ſuſpiceret, non penitus illud ei concedebat, ſi nulla generis huius concluſio plena perfectaq; in ſcriptis libris occurreret, ideò nullum protinus eius uſum eſſe. Etenim ſyllogiſmus hic, omnium ſyllogiſmorum & ſimpliciſſimus & clariſſimus eſt, quamuis comprehenſus magis quàm plena forma diſpoſitus. Quamuis itaq; uerba auribus uel oculis enthymema & imperfectum ſyllogiſmum repræſentent, mens tamen abſolutum protinus perfectumq; concipit. Et illa eſt Ariſtoteli nimirum inductio, quam inſtar primi. ſui, non ſyllogiſmo, ſed τῷ ... indicauit.*
            - *Explicatus.*
        - *Compoſitus.*
  - *Methodus.*

De Syllogiſmo explicato.

In ſyllogiſmo explicato propoſito eſt generalis aut propria: & concluſio ſimilis antecedenti aut parti debiliori. Species duæ ſunt:

- *Prima, ubi argumentum ſemper ſequitur, negatum in altera parte. Syllogiſmus hic eſt uel*
  - Generalis
    - *Primus*, ut
      - *Turbatus non benè utitur ratione.*
      - *Sapiens benè utitur ratione.*
      - *Sapiens igitur non eſt turbatus.*
    - *Secũdus*, ut
      - *Res mortalis eſt compoſita.*
      - *Animus non eſt compoſitus.*
      - *Animus igitur non eſt mortalis.*
  - Specialis
    - *Primus*, ut
      - *Liuidus non eſt magnanimus.*
      - *Maximus eſt magnanimus.*
      - *Maximus igitur non eſt liuidus.*
    - *Secũdus*, ut
      - *Saltator eſt luxurioſus.*
      - *Muræna non eſt luxurioſus.*
      - *Muræna igitur non eſt ſaltator.*
  - *Proprius*
    - *Primus*, ut
      - *Ageſilaus non eſt pictus ab Apelle.*
      - *Alexander eſt pictus ab Apelle.*
      - *Alexander igitur non eſt Ageſilaus.*
    - *Secũdus*, ut
      - *Cæſar oppreſsit patriam.*
      - *Tullius non oppreſsit patriam.*
      - *Tullius igitur non eſt Cæſar.*
- *Secunda, quãdo argumentum antecedit in propoſitione, ſequitur affirmatum in aſſumptione. Syllogiſmus hic eſt uel*
  - Generalis
    - *Affirmatus*, ut
      - Omne iuſtum eſt utile.
      - Omne honeſtum eſt iuſtum.
      - Omne igitur honeſtum eſt utile.
    - *Negatus*, ut
      - *Timidus non eſt liber.*
      - *Auarus eſt timidus.*
      - *Auarus itaq; non eſt liber.*
  - *Specialis*
    - *Affirmatus*, ut
      - *Conſules uirtute facti ſtudioſè Rẽpublicã tueri debent.*
      - *Cicero eſt uirtute factus Conſul.*
      - *Cicero igitur Rempublicam ſtudioſè tueri debet.*
    - *Negatus*, ut
      - *Deceptor amantis puellæ non eſt laudandus.*
      - *Demophoon eſt deceptor amantis puellæ, ut Phyllidis.*
      - *Demophoon igitur non eſt laudandus.*
  - *Proprius*
    - *Affirmatus*, ut
      - *Octauius eſt hæres Cæſaris.*
      - *Ego ſum Octauius.*
      - *Sum igitur hæres Cæſaris.*
    - *Negatus*, ut
      - *Antonius non eſt filius Cæſaris.*
      - *Tu es Antonius.*
      - *Non es igitur filius Cæſaris.*

De Syllogiſmo compoſito.

- *Adhuc ſyllogiſmus ſimplex fuit: ſyllogiſmus compoſitus eſt ſyllogiſmus ubi tota quæſtio eſt pars altera propoſitionis affirmatæ & compoſitæ, argumentum eſt pars reliqua. Tollere autem in compoſito ſyllogiſmo eſt ſpecialem contradictionem ponere. Syllogiſmus compoſitus eſt aut*
  - *Connexus, cuius propoſitio eſt connexa. Eius duo ſunt modi, omnium uſitatiſsimi: quorum*
    - *Primus aſſumit antecedens, & conſequens concludit. Hic conſider.*
      - *Exempla. Sic enim Cicero indicat*
        - *Lib. 2. de Diuin.*
          - *Si Dij ſunt diuinatio eſt.*
          - *Sunt autem Dij.*
          - *Diuinatio igitur eſt.*
        - *Lib. 3. Off.*
          - *Si una & eadem lege naturæ omnes continemur, certè uiolare alterum lege naturæ prohibemur.*
          - *Verum autem primum.*
          - *Verum igitur & extremum.*
      - Obſeruationes duæ. Nam
        - *Aliquando plus aſſumitur et maius. non idem: ut apud Cicero. prima Catilinaria*
          - Si te parentes timerent atq; odiſſent tui, neq; illos ulla ratione placare poſſes. ut opinor, ab eorum oculis aliquò concederes.
          - *Nunc te patria (quæ communis eſt omnium noſtrum parens) odit ac metuit.*
          - *Huius tu neq; autoritatem uerebere, neq; iudicium ſequire?*
        - Concludendi modus hic idem eſt, quando propoſitio eſt relata temporis: ut
          - *Cum Paris Oenonen relinquet, aquæ ad caput recurrent.*
          - *At Paris Oenonen deſeruit.*
          - *Aqua ergo recurrunt.*
    - *Secundus tollit conſequens, ut tollat antecedens.*
      - Cicero
        - *Si ulli rei ſapiens aſſentietur uſquam, aliquando, etiam opinabitur.*
        - *Nuſquam autem opinabitur.*
        - *Nulli ergo rei aſſentietur.*
      - Ouidius
        - *Si ſaperem odiſſem Muſas.*
        - *At non odi.*
        - *Non ſapio igitur.*
  - *Disiunctus cuius propoſitio eſt disiuncta. Modi duo ſunt*
    - *Primus tollit unum & reliquum concludit. Partes autem disiunctæ propoſitionis ſunt uel*
      - *Duæ*
        - 1.
          - *Aut dies, aut nox eſt.*
          - *At dies non eſt.*
          - *Nox igitur eſt.*
        - 2. Cicero
          - Pro Cluëtio
            - *Aut accuſandum aut moriendum.*
            - *Non moriendum.*
            - *Accuſandum igitur.*
          - Philippica 2.
            - *Aut libertatis uindex Brutus fuit, aut homicida.*
            - *Non autem homicida*
            - *Vindex igitur libertatis.*
      - Plures, ut Cic. pro Rabirio
        - *Videmus hæc in rerum natura tria fuiſſe, ut aut cum Saturnino eſſet, aut cum bonis, aut lateret.*
        - *Latere autem mortis erat inſtar turpiſsimæ: cum Saturnino eſſe, furoris & ſceleris.*
        - *Virtus & honeſtas, & pudor cum Conſulibus, eſſe cogebat.*
    - Secundus è propoſitione partibus omnibus affirmata aſſumit unum & reliquum tollit. Hic conſider.
      - *Exempla.*
        - 1.
          - *Dies eſt aut nox eſt.*
          - *At dies eſt.*
          - *Nox igitur non eſt.*
        - *2. Iuno cum Ioue de Turno concludit Aen. 10.*
          - *Aut Turnus peribit aut Iuno fallitur.*
          - *At Iuno fallitur.*
          - *Turnus igitur non peribit.*
      - *Syllogiſmus è propoſitione copulata negata, quæ negata complexio dicitur. ut*
        - *Non & dies eſt & nox eſt: pro Si dies eſt, nox non eſt. uel Aut dies eſt, aut nox eſt.*
        - *At dies eſt.*
        - *Non igitur nox eſt.*

EXEMPLA INVENTIONIS TOPICAE ET Diſpoſitionis Analyticæ.

PRIMA ECLOGA Virgilij.

- *Prima Eclogæ partes duæ ſuas*
  - *Enthymema: Tityrus eſt otioſus per Octauium receptis agris: Quapropter et gratias agit. Perpetua autem diſsimilitudine laboris Melibœi cōparantur. Sed ad rem augendā, enthymematis*
    - *Antecedens per partes tractatur, ut*
      - Otioſus: cuius
        - *Protaſis ex effectis Tityri: qui ſub fago patula otioſus canit.*
        - *Antapodoſis ex effectis Melibœi, qui patriæ fines fugit.*
      - *Per Octauium: ubi cauſa efficiens eſt: Et ipſius Octauij additur definitio duplex:*
        - *Obſcurior ex adiunctis, quòd Deus ſit. Diuinitas ipſa approbatur*
          - *Suis adiunctis, ut ara & agno.*
          - *Diſsimilitudine prima: cuius*
            - *Protaſis iterat otiū Tityri ex adiunctis*
              - *Libera paſtione.*
              - *Cantione.*
            - *Antapodoſis eſt de Melibœi adiunctis laboribus & eorum prædictionibus: quæ diuina teſtimonia ſunt. Syl. leg. eſt connexus.*
              - *Si non fuiſſemus ſtulti, poteras illud euitari.*
              - *At fuimus ſtulti.*
              - *Propterea non euitauimus.*
        - *Apertior ex*
          - *Subiectis: Roma ubi cōſidet.*
            - *Deſcriptio Romæ, ciuitatis maximæ, ubi Deus ſit Octauius. Ibi paſtoralis ſimplicitas*
              - *1. Declaratur ſimili, alijs ſimilibus illuſtrato. Roma Mantuæ ſimilis eſt: Eſt autem periphraſis Mantuæ ex adiūctis abactationis.*
              - *2. Corrigitur per diſsimilitudinē Romæ & Mantuæ.*
            - *Finis Romā ueniendi, Libertas: quæ illuſtratur.*
              - *1. Periphraſi ætatis paſtoribus decora, nempe barbæ ſectione. Vbi etiam eſt lanuginis periphraſis.*
              - *2. Ex diſsimili habitu ſub Galatea, quòd Mantuæ ſeruus & pauper fuerit. Et augetur ſeruitutis miſeria ex adiunctis fructibus, unde tamen nihil redit ad ſeruum.*
              - *3. Ex efficiente & adiunctis hyperbolicis abſentis Tityri.*
              - *4. ex contrario libertatis & facultate eius.*
          - *Effectis: quia hic Deus Octauius Romæ Virgilio reſponſum dedit & otioſum fecit.*
      - *Receptis agris: ubi agri Virgiliani*
        - *Definitio ſeu topographia eſt.*
        - *Cōmendatio adhibetur ad augendā beneficij gratiam, ex adiunctis*
          - *Salubri paſtione.*
          - *Paſtoris uoluptatibus*
            - *Refrigeratione.*
            - *Somno.*
            - *Cantum*
              - *Frondatoris.*
              - *Palumbium.*
              - *Turturum.*
    - *Conſequens diſsimili tractatur: cuius*
      - *Protaſis eſt in gratiarum actione, quæ augetur hyperbolica collatione maiorum.*
      - *Antapodoſis eſt in lamentatione de futuro exilio.*
        - *1. De diuiſione exulum, in diuerſas orbis partes profugorum.*
        - *2. Ex enumeratione adiunctorum bonorum, quæ relinquuntur, domus, noualium, ſegetum.*
        - *3. Ex efficiente cauſa. Nam uictoria ciuilis quoddā militibus præmium, ſuit aſsignatio agrorum.*
  - *Concluſio. Concluditur enim ecloga hoſpitali inuitatione ex adiunctis, quòd*
    - *Adeſt*
      - *Lectus.*
      - *Cibi copia.*
    - *Aduesperaſcit.*
    - *Syllogiſmus etiā eſſe poteſt:*
      - *Commodè poſsis apud eum requieſcere, cui lectus ſit uiridi fronte ſtratus: cui ſint mitia poma, caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis præſertim cum nox appetat.*
      - *Adſunt autem nobis hæc omnia.*
      - *Hac igitur mecum poteris requieſcere nocte.*

ANALYSIS ECLOGAE SECVNDAE.

- Eclogæ ſecundæ duæ ſunt partes.
  - *Propoſitio argumenti, de incontinentia amantis, de ſuis amoribus in ſolitudine conquerentis.*
  - *Querela Corydonis amantis, qui modò*
    - *Amaſiū partim*
      - *Accuſat ob crudelitatem: quæ tribus argumētis arguitur:*
        - 1. Comparatione *diſsimiliū: cuius*
          - *Protaſis conſtat tribus diſsimilibus pecudes, lacerti & meſſores frigus captant.*
          - *Antapodoſis eſt, At interea tamen uror.*
        - 2. *E' minoribus: Amaryllis & Menalcas ſunt nimis crudeles: ſed tu multò crudelior.*
        - 3 *E' cauſa ſuperbiæ, formoſitate: quæ ſimilitudine extenuatur. Vt candidi flores liguſtri decidunt, grana nigra colliguntur: ſic candor formæ deperit, nigror remanet.*
      - *Allicit, laudando ſeipſum ex adiunctis: quod ſ. ipſe Corydon ſit*
        - *Diues: Diuitiæ probantur per ſpecies: ut ſunt*
          - *Pecudes.*
          - *Lac.*
        - *Muſicus:*
          - *Muſica probatur comparatione parium, quòd Corydon ſit muſica par Amphioni.*
          - *Prolepſis eſt, quæ refellitur comparatione parium: nec te pœniteat muſicæ, quia nec Amyntam pœnituit.*
          - *Laus muſicæ cōtinuatur, ex inſtrumēto, inſtrumētiq;*
            - *Adiuncti.*
            - *Autore.*
            - *Adiūcta inuidia.*
        - *Formoſus: Forma probatur*
          - *Adiuncta imagine.*
          - *Parium, ut Daphnidis, collatione.*
        - *Liberalis: Liberalitas arguitur uarijs speciebus donorū:*
          - 1. *De capreolis uerſicolorib. copioſè lactentibus, amatis à Theſtyle, quæ noua adiuncta ſunt.*
          - 2. *E' ſuauium herbarum faſciculo per Nymphas collecto: Herbæ autem ſunt & flores:*
            - *Lilia.*
            - *Viola.*
            - *Papauer.*
            - *Narciſſus.*
            - *Anethum.*
            - *Caſia.*
            - *Vaccinium.*
            - *Caltha.*
          - 3. *E' uarijs ſpeciebus*
            - *Fructuū ut ſunt*
              - *Cotonea mala.*
              - *Caſtaneæ nuces.*
              - *Pruna.*
            - *Ramorum*
              - *Lauri.*
              - *Myrti.*
    - *Sibiipſe reſiſtit: ubi eſt*
      - *Reuocatio ſuipſi, duplex:*
        - 1. *Ex*
          - *Adiūcto faſtu & deſpectu numerum: ubi eſt*
            - *Exclamatio duplex, quarum*
              - 1. *Duobus ſimilib. Alexidis faſtū coarguit.*
              - 2. *Reuocat adhortationem & parib. premit.*
            - *Permiſsio è diſsimili: cuius antapodoſis collatione ſimiliū illuſtratur: ubi etiā colligitur è ſpecialibus generale: eſtq; climax trium graduum.*
          - *Maiori, quòd Iolas donet largius.*
        - 2. *Ex adiunctis*
          - *Temporis, ubi eſt periphraſis noctis: & diuerſa: Quamuis ſolis ardor aduentu noctis remittatur, me tamen urit amor. Ratio eſt ex adiunctis, quia amor caret modo.*
          - *Omiſsi negotij: ubi geminata negligentia*
            - *Semiputata uitis, —*
            - *Vlmus frondoſa. —*
            - (both:) *Vtrumq; enim obeſt.*
      - *Remedium amoris ex contrarijs*
        - *Negotio.*
        - *Spe alterius amoris.*

ANALYSIS Primæ Catilinariæ.

- **In prima Catilinaria conſid.**
  - Argumẽtũ, quo continentur coniurationis.
    - Cauſæ. Nam
      - *Efficiens eſt in Moribus Catilinæ, qui tyrannum magiſtrũ habuit. Vnde hic ſyllogiſmus cõcludi poteſt:*
        - *Corpore & animo perfectus, ſi inciderit in malum magiſtrum, peſſimus euadet: ut à Platone lib. 6. de Rep. ſcriptum eſt.*
        - *Catilina corpore & animo perfectus, in malum magiſtrum Syllam incidit Sed qua'nam ad Syllanæ ſcholæ diſciplinam, Catilina diſcipulus exempla edidit*
          - *Fortitudinis? Multos præclaros uiros, & in his fratrem ac filium quoq; interemit.*
          - *Temperantiæ? Nefanda ſtupra fecit, non ſolum cum pleriſq; ignotis, ſed cum nobili uirgine & cum ſacerdote Veſtæ. Aſconius ait filia ex ſtupro conceptam, Catilinæ uxorem fuiſſe.*
          - *Iuſtitiæ? Prætor in Africam ita uenit, tanquam ad diripiendam, non regendam prouinciam mitteretur. indeq; reverſus, eum repetundarum accuſaretur, P Clodium præuaricatorem adhibuit.*
          - *Sapientiæ? Eloquentiæ ſatis, ſapientiæ parum, uaſtus animus, immoderata, incredibilia ſemper appetens.*
        - *Catilina igitur peſſimus euaſit.*
      - *Finis eſt: quòd Catilina tyrannidem æmulatione magiſtri affectabat.*
    - *Euentus. Cõiuratio aũt duplex fuit:*
      - *Prior L. Tullio, M. Lepido Coſſ.*
      - *Poſterior triẽnio poſtea agitari cœpta eſt.*
      - *De quibus uide prælectiones Rami.*
  - *Analyſis. In Senatu enim duæ ſententiæ fuerunt.*
    - *Altera ſeuerior, interimendũ Catilinam: quæ*
      - *Tractatur in proœmio cõtra Ciceronẽ per hũc ex adiũctis perſonæ ſyllogiſmum:*
        - *Pernicioſi ciues ſunt morte mulctandi. Propos ultima eſt, ibi. An uerò uir. &c. comprehenſa & illuſtrata inductione ſex exemplorum, Tiberij, Spurij, Caij, Fuluij, Saturnini, Seruilij.*
        - *Catilina eſt pernicioſus ciuis· quia impudens, furioſus, audax, coniuratus: ſed poſtremum ſecundo loco ponitur: & aſſumptio ipſa in principio eſt, per apoſtrophen, ubi impudentis παῤῥησία eſt, qui aliena patientia diutius abutatur.*
        - *Catilina igitur morte eſt mulctandus. Complexio ſecunda eſt: ibi, O tempora! ô mores!*
      - *Refellitur à Cicerone, quia id crudele uideretur, coniuratione nondum omnibus patefacta: quia reliquiæ coniurationis reſiderent.*
    - *Altera mitior, quã ſequitur Cicero: emittendum ſ. eſſe Catilinã. Cicero itaq;*
      - *1. Diſputat ſententiã ſuam in partib. clementiæ ex*
        - *Adiunctis*
          - 1.
            - *Si te iam interfici iuſſero, cum tua coniuratio nondum omnibus pateat, mali crudeliter factum eſſe dicent. Ibi, Si te iam Catilina, &c.*
            - *Sed tum iubeo, cum tua coniuratio omnibus patebit. Ibi, tum deniq; &c.*
            - *Quare nemo tum crudeliter factum eſſe dicet.*
          - 2.
            - *Si coniuratio tua, patet, muta mentem & abi. Propoſitio ibi eſt. Etenim quid eſt, &c. ornata diſsimilibus.*
            - *Sed primum. Aſſumptio ibi eſt, Teneris undiq; ad cuius probationem tres partes adhibentur.*
              - *1. Eſt inductio longa chronologiæ: cuius part*
                - *Prima de armis ſumptis ad necandũ Ciceronẽ.*
                - *Secunda de eade optimatum.*
                - *Tertia de occupando Præneſte.*
              - *2. Eſt narratio de ſuperioris noctis conſilio, ibi Dico te, &c.*
              - *3. De prouiſione & cautione Ciceronis. ibi, Hæc ego omnia, &c.*
            - *Secundum igitur, ibi. Quæ cum ita ſint, &c.*
        - *Effectis*
          - *Qui Remp. ſæpius perdere uoluerit, diutius ferendus non eſt. Propoſ. tertia eſt, ibi, Non eſt ſæpius, &c.*
          - *Catilina perdere uoluit. Aſſumptio ſecunda eſt, diuini auxilij cauſa exornata, ibi, Magna Dijs, &c.*
          - *Non igitur diutius ferendus. Complexio prima eſt: ibi, Nobiſcum uerſari.*
      - *2. Exhortatur ad leuitatis partes. Vide ſignum.* †
  - *Euentus. Vide ſignum.* *

Analyſis primæ Catilinariæ.

† *Exhortatio Ciceronis ſpeciem conſilij magis, quàm imperij prætexit. Hortatur autem Catilinam ut abeat ex urbe, uel*

- *In exilium: rationes ſunt ab*
  - *Adiunctis*
    - *Res, Quia coniuratio tua patet.*
    - *Perſonæ, quia ſuſpectus et infenſus es: ratio ſumpta eſt ex uita et factis Catilinæ, ubi notantur ipſius uitia, tum*
      - *Priuata. Libido et audacia, ibi, Quæ nota domeſtica, &c. & perſtringitur apophaſi adiuncta æris alieni magnitudo, ibi, Prætermitto, &c.*
      - *Publica, ut*
        - *Prior coniuratio.*
        - *Inſidiæ Ciceroni factæ.*
  - *Adiunctis præſentibus: quia damnatus es, iudicio tum*
    - *Aliorum*
      - Senatorum & equitũ
        - *Si tacito iudicio damnatus es, damnationis uocem expectare nõ debes: ibi, Si hoc poſt, &c.*
        - *Sed primum: ibi, Veniſti paulò, &c.*
        - *Secundum igitur, ibi, Quo tandem animo, &c.*
      - *Omniũ bonorũ*
        - *Si ſuſpectus & infenſus es, abi: ibi, Et ſi me meis, &c.*
        - *Sed primum: ibi, Tu cum conſcientia, &c.*
        - *Secundum igitur ibi, Dubitas, &c.*
      - Patriæ
        - *Si parentes te timerent & odiſſent, ab illorum oculis abires, ibi, Si te parentes, &c.*
        - *At patria te timet oditq́; ibi, Nunc te patria, etc. aſſumptionis illuſtratio eſt per proſopopœiam patriæ ibi, Quæ tecum Catilina, &c.*
        - *Ab illius ergo oculis abi: ibi, Huius tu neq;, &c.*
    - Proprio
      - *Qui cuſtodia ſe dignum indicat, dignus eſt carcere: Propoſ. ſecunda eſt, ibi, Sed quàm longè, &c.*
      - *Catilina ſe talem indicat, Aſſumptio prima eſt, ibi, Quid quòd tu, &c.*
      - *Dignus igitur eſt carcere. Deeſt.*
  - *Autoritate ſenatus: quia ſenatus iubet:*
    - *Si Senatus iubeat, Catilina diſcedet: ibi, Refer inquis, &c.*
    - *Sed primum: ibi, Non referam, &c.*
    - *Secundum igitur ibi, Te ut ulla res, &c.*
  - *Adiuncta inuidia quæ Ciceroni id inuidioſum.*
    - *Si Catilina abeat, Conſul magnam inuidiam ſubibit: ibi, Vtinam tibi, &c.*
    - *At Conſul eam non recuſat.* }
    - *Abeat igitur Catilina.* } *ibi, Sed non eſt mihi, &c.*
- *Ad bellũ cõtra patriam, quia id*
  - *Ciceroni glorioſum: ibi, Sin autem ſeruire, &c.*
  - *Catilinæ*
    - *Meditatũ*
      - *Si Catilina ſuos ſuaq́; præmiſerit, abibit, ibi, Tu ut illa diutius, &c.*
      - *Sed primum, ibi, Quanquam quid ego, &c.*
      - *Secundum igitur: ibi, Ibis tandem, &c.*
    - *Iucundum: ibi, Neq; enim tibi hæc res, &c. Voluptas confirmatur ex cauſis*
      - *Natura.*
      - *Voluntate.*
      - *Fortuna.*
  - *Patriæ commodũ ut coniuratio penitus extinguatur: ubi primò patriæ proſopopœia inducitur: cui reſpõdetur ex adiunctis cõmodis:*
    - *Si commodum eſſet Catilinã interfici non emitterem: ibi, Ego ſi hoc optimũ, &c.*
    - *Sed nõ eſt cõmodũ ibi, Quanquã nõnulli, &c. Aſſumptionis confirmatio duplex eſt:*
      - *1. ex cauſa interficiendi Catilinæ: quia coniuratio nondum ſatis patefacta eſt.*
      - *2. ex adiũctis*
        - *incõmodis interfecti.* }
        - *cõmodis emiſſi* } *Catilinæ.*
    - *Igitur emittam ibi, Quare patres conſcripti, &c. Complexio amplificatur.*
      - *Varijs coniurationis partibus.*
      - *Dira imprecatione.*

* *Euentus orationis huius qualis fuerit, oſtendit τὸ*

- *Ὅτι, quòd non ſolùm ſenatum & Rom. equites, qui tum aderant, commouit, ut teſtis eſt clamor iſte, hac oratione expreſſus (Quorum uoces tu paulò antè exaudire potuiſti) ſed etiam Catilinam, licet audaciſſimum & furioſiſſimum, perterruit.*
- *Διότι ſeu cauſa, ut*
  - Rhetorica.
    - *Elocutio.*
    - *Actio.*
  - Dialectica.
    - *Inuentio.*
    - *Diſpoſitio.*
  - } *De quibus uide prælectiones Rami.*

Analyſis primi Pſalmi.

Primus Pſ. eſt quaſi proœmium Ethicum de ſummo bono ſeu Beatitudine piorũ, & ſummo malo ſeu miſeria Impiorum. Partes eius duæ ſunt.

- *Diſsimilitudo piorum & impiorum: cuius*
  - *Protaſis eſt: Pij ſunt beati. Vtranq; autem partem axiomatis explicat, tum.*
    - *Antecedentem. Tum enim deſcribit planè graphicè ex ipſis factis: partim*
      - *Remouendo facta quæ in pios non cadunt, ſed ijs fugienda ſunt. Eius itaq; in*
        - *Conſilio impiorum,* רשעים *non ambulat.*
        - *Via peccatorum,* חטאים *non ſtat.*
        - *Cathedra, illuſorum,* לצים *der ſpotuogel, non ſedet.*
        - Obſeruat gradus impietatis.
          - *Abire, humanæ imbecillitatis.*
          - *Stare, deprauatæ uoluntatis.*
          - *Sedere, deſperatæ reſipiſcentiæ.*
      - *Ponendo facta, quæ pijs expetenda ſunt. Pius itaq; in lege domini*
        - *Voluptatem habet, eaq; delectatur.*
        - *Meditatur die ac nocte, Haga Hebræis eſt æſtuanti animo murmurare.*
        - *Locum præcipuum toti⁹ Pſalmi, quòd ſummũ bonũ hominis, ſit Verbum Dei: & ad id alligatos eſſe pios, eiusq; tractatione & meditatione diſcerni ab impijs.*
    - *Conſequentem Nam felicitatem & ſucceſſum piorũ, & uerbũ Dei amplectentium illuſtrat ſimilitudine palmæ in Hiericuntide. cuius.*
      - *Protaſis. Vt arbor iuxta riuos aquarum plantata, fructum ſuũ dabit in tempore ſuo: & folium eius non marceſcet. Hæc protaſis Phyſiologicam deſcriptionẽ habet ex arboris.*
        - *Subiecto loco & geniali ſitu iuxta riuum.*
        - *Effectis, quia fructum dat, non eſt ſterilis aut frugiperda [illegible].*
        - *Adiunctis foliorum uiriditate & tenacitate perenni.*
      - *Apodoſis Sic pius irrigata fide per uerbũ (quod eſt riuus aquarum ſalientium ad uitam æternam, feret fructus dignos uerbo & quidem perennes & æternos.*
  - *Antapodoſis eſt: Impij ſunt miſeri Axiomatis partem*
    - *Antecedentẽ omittit Nam ſupra eos trib. notis ſeu ſymbolis deſcripſit: Sunt enim*
      - *Impij.*
      - *Peccatores.*
      - *Illuſores, ſpotter, die für ein narheit halten was gott redet vnd thut. Es ſeind leʒlöpf.*
    - *Conſequentem explicat oſtendens miſeriam & infelicitatem impiorũ mutatam.*
      - *Temporali iſta idq; illuſtrat ſimili ſumpto à palea:*
        Nam ueluti à terra paleæ ſparguntur inanes,
        Quas quocunq; uolet qualibet aura rapit:
        Impius inſtabiles ſic euaneſcet in auras,
        Et nullum poterit certius habere locum.
      - *Aeterna: Nam impij.*
        - *Coram iudice uera non conſiſtent.*
        - *Segregabuntur à pijs, ut hirci ab hœdis, triticum à palea.*
- *Epiphonema ex cauſa efficiente, Deo ſcilicet: qui nouit.*
  - *Piorum ſtudia & conatus: ideò uiuent.*
  - *Impiorum malitiam & peruerſos mores: ideò peribunt.*

Analyſis Pſalmi 58. Nunquid planè muti eſtis.

Pſalmi 58. duæ ſunt partes: Cõtinet enim impiorum

- *Deſcriptionẽ ex eorũ*
  - *Effectis*
    - *Externis, quia muti ſunt: iuſticia apud illos ſilet, iudicium ceſſat. Sunt muti canes. Propoſitio illuſtratur interrogatione, uehementi inſtrumento indignationis.*
    - *Internis: cogitant iniuſta in corde iniquitates operantur,* [illegible] *iniuſtitias cõcinnant,* [illegible]
  - *Cauſa Natura enim peruerſi ſunt & mali,* [illegible] *Die art iſt nit gut, vnd leſſet von art nit. Kal* [illegible]
  - *Adiunctis:*
    - *Mendacia Sunt mendaces natura* ψευδολόγοι.
    - *Errore. Errauerunt ab utero.*
    - *Furore: quẽ illuſtrat.*
      - *Similitudine nam ſicut ſerpens obturat aures ſuas ne exaudiat uocem incantantis: ita impij obdurato corde nolunt audire uera & ſalutaria conſilia & uerbum Dei.*
      - *Dira imprecatione. Deus eos reprimat, ubi breues ſimilitudines, ut in dentibus & molaribus.*
- *Irritos conatus. Vide ſignum* *

- *Impiorum conatus irritos e putat.*
  - *Similibus quinque*
    - *Torrentis. Nam, Flumine perpetuo torrens ſolet abitus ire. Sed tamē hæc breuis eſt; illa perennis aqua. Es kompt bisweilen ein groſs Waſſer, vnd rauſchet ſehr, als wolte es alles vmbreiſſen. Aber es ſcheuſt für yber vnd thut nichts.*
    - *Sagitta, quæ dum intenditur, minatur quidem: ſed ſæpè antequā feriat, frangitur.*
    - *Cochlea, quæ cornua quidem erigit, ſed ſtatim ea reducit, aut etiam liqueſcit & in aquam reſoluitur, deſerta domuncula.*
    - *Mola, eins mon Kalbs: cum embryo per abortum non fit uitalis: eſtq; maſſa informis.*
    - *Spinarum, quæ priuſquam in rhamnū creſcant, extirpantur. Ein dornbuſch ſchleuſt aus mit viel ſtacheln, vnd gibt ſtechen vnd kratzen für. Aber ehe ſie hart vnd reif werden kommet ein zorniger beihel yber ſie, vnd heiſt ſie in den ofen kriechen vnd eſchen werden. Alſo habens dieſe auch groſs im ſin, vnd ir ding ſol fort gehn, vnd wirt doch nichts draus.*
  - *Adiuncto gaudio iuſtorum. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: tioq; iniuſtitiæ.*
    - *Signo gaudij. lavabit enim pedes ſuos in ſanguine impij.*
    - *Parrhſia, liberè enim fatebitur, Deum eſſe vindicem, & pios habere ſuam mercedem.*

Finis Logicæ Analyſeos.

P. RAMI
ACROAMATICA
Hoc eſt:

MATHEMATICA.
PHYSICA.
ETHICA.

EX omnibus uigilijs, Lector, multos per annos in artium liberalium inſtitutione elucubratis, nihil elementis Mathematicis, nobis æquè uel exercitum laboribus, uel anxium curis, uel periculoſum temporibus accidit. Tandem uerò reducta (ut tertio Mathematicarum ſcholarum libro propoſui) & compoſita utcunq; & numeris & lineamẽtis ſunt elementa, eaq; edita & publicata, ſaltem ne tot periculis erepta in poſterum periclitarentur. Scripſi & reſcripſi hîc pleraq; millies & infinitis ſubinde modis commutaui, antequam ad propoſitam methodi normam quadrarent: magisq; Logicam in Mathematico themate exercui, quàm Mathematicam in ſuo puluere ſerioq; uſu tractaui: neq; ad hæc ſtudia recolendum à nouis quotidie turbis requies ulla fuit: neq; ideo dubito, quin tanta cõmutatio, tamq; tumultuaria editio pleraq; tulerit, quæ pacatioris & quietioris otij meditatio non ferret. Hanc igitur meditationem Mathematici mathematico proœmio appellati capeſsite: uſum locis omnibus exigite: huius enim gratia permulta ex elementis ſuſtuli, & uos fortaſſe plura tolletis: aut quorundam nobis ignotũ fructum demonſtrabitis. Quamobrem quantus cuiusq; ueſtrum erga Mathematicas artes eſt amor, tantum in Mathematicæ dignitatis emendationem & perfectionem incumbite: gratius iſto beneficio atq; optabilius Mathematum ſtudioſis accidere nihil poteſt. Quod ſi quando contigerit, Mathematica elementa non ſolùm à doctis hominibus ætate & labore confectis, ſed à pueris, à pictoribus & architectis facilius ediſcentur, facilius exercebuntur. Quamobrem Deum Opt. Max. oro & obſecro, ut ad hoc opus catholicis illis & methodicis legibus conformandum, omnes (ubicunq; terrarum ſint) huius tam præſtantis ſcientiæ peritos & intelligentes excitet. Pythagoras quondam (ut Cicero ait) cum in Geometria quiddam noui inueniſſet, Muſis bouem immolaſſe dicitur: Ego uero boues centũ & hecatomben totam philoſophis illis cupidiſsimè uoueam, à quibus Mathematicas artes pueris faciles, artificibus familiares, cognitione deniq; & uſu non tantùm mirabiles, ſed etiam populares factas eſſe uideam.

P. RAMI ARITHMETICÆ.

Typus Generalis.

- *Arithmeticæ partes duæ ſunt:*
  - *Simplex*
    - *Integrū*
      - *Notatio.*
      - *Numeratio.*
        - *Prima.*
          - *Additio.*
          - *Subductio.*
        - *Coniuncta.*
          - *Multiplicatio.*
          - *Diuiſio, è qua oritur numeri differentia.*
            - 1.
              - *Impar.*
              - *Par.*
            - 2.
              - *Primus.*
              - *Compoſitus.*
                - *Primi inter ſe.*
                - *Compoſiti inter ſe.*
    - *Partes: in quibus conſid.*
      - I.
        - *Notatio.*
        - Reductio
          - *Terminorum.*
          - *Integrorum.*
          - *Partium.*
      - II. *Numeratio.*
  - *Cōparata: eſt autem cōparatio uel*
    - Quantitatis: quæ eſt uel
      - *Aequalitatis.*
      - *Inæqualitatis quæ eſt uel*
        - Differentia.
        - Ratio in qua cōſid.
          - *Arithmetica in*
            - *Notatione.*
            - *Numeratione.*
          - *Genera: nā*
            - 1. *Eſt inæqualitatis uel*
              - *Maioris.*
              - *Minoris.*
            - 2. *Eſt uel*
              - *Prima.*
                - *Simplex*
                  - *Superparticularis.*
                  - *Superpartiens.*
                - *Multiplex.*
              - *Coniuncta, ut multiplex*
                - *Superparticularis.*
                - *Superpartiens.*
    - Qualitatis: quæ Proportio dicitur: eſtq́ uel.
      - *Arithmetica*
        - *Diſiuncta.*
        - *Continua.*
      - *Geometrica*
        - *Diſiuncta*
          - *Simplex*
            - *Directa: ubi aurea regula.*
            - *Reciproca.*
          - *Multiplex*
            - *Compoſitione*
              - *Prima*
                - *Additio ſeu regula ſocietatis.*
                - *Alligatio ſeu deductio.*
              - *Secunda.*
                - *Multiplicatio ſeu regula ſex quātitatum: uulgò regula duplex.*
                - *Multiplicatio & additio.*
            - *Continuatione*
              - *Inuentio minimorum numerorum.*
              - *Aequatio.*
        - *Continua.*
          - *Simplex.*
          - *Multiplex.*
            - *Inuentio terminorum.*
            - *Summa progreſſionis Geometricæ.*

De Addi-

De Additione.

- *Arithmetica eſt doctrina benè numerandi. Partes Arithmeticæ duæ ſunt:*
  - *Simplex, quæ conſiderat ſimplicem numeri naturam. Numerus eſt ſecundum quem unumquodq́ numeratur: idq́ vel per*
    - *Integrum numerum: in quo conſider.*
      - *Notatio. Numeri uerò in abaco ſcribendi & notãdi decem notæ ſunt:* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 0. *Circulus per ſe nil ſignificat: ualet tamẽ ad alias notas amplificandum. Amplificationis gradꝰ ſunt tres, deincepsq́ periodis ſimiliter iterati, ſemel, decies, cẽties. Hic igitur conſid.*
        - *Prima. Nam de primis nouem notis qualibet ſola, aut ultimo uniuerſi numeri loco, ſuum numerum ſemel exprimit, penultimo decies, antepenultimo centies.*
        - *Secunda eſt millium. Quarto igitur loco numerabis mille ſemel, quinto decies, ſexto centies.*
        - *Tertia, ubi numerabis millena millia, ſemel, decies, centies.*
        - *Quarta, millies millena millia, ubi tres illi gradus ſimiliter iterantur.*
      - *Numerũ igitur decẽ his notis* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 0. *ita enunciabis: Dices enim mẽbro.*
        - *Primo millies millena millia.*
        - *Secundo ducenties tricies quater millena millia.*
        - *Tertio quingẽta ſexaginta ſeptẽ millia.*
        - *Quarto octingenta nonaginta.*
      - *Numeratio, quæ è duobus oblatis numerorum terminis tertiũ inuenit, & quidem niſi tota ſimul expediri poſſit, inductione partium utitur, quoniam idem eſt numerare per totum & per partes: tũq́ nota quælibet tanquã ſolitaria ſpectatur, & ſi ſequẽti numerationi ſeruiat, mente reſeruatur ad effugiendũ crebrioris lituræ tædium. Numeratio eſt aut*
        - *Prima, quæ numerum cum numero ſemel numerat, ut*
          - *Additio, quâ numerus additur numero, et habetur* TOTVS. *Eſtq́ additio numerorum vel*
            - *Continuorum, quæ prior & facilior eſt, quia toti cũ totis ſimul adduntur: ut è quatuor debitoribus primus debeat aureos* 100*: ſecundus* 2000*: tertius* 30*: quartus* 4*: ſummam continenter addes & dices eſſe* 2134 *aureos: & ſic Ariſtoteles ait numerum neceſſariò numerari per additionem.*
            - *Disiunctorum, in qua additione conſider.*
              - *Meditatio abaci: & quidem in notis primũ inter ſe ſingulis, ut diſcipulus promptè ſciat addere ſingulas cum ſingulis, ut* 1 & 2 *ſunt* 3: 4 & 5 *ſunt* 9: 9 & 8 *ſunt* 17. *& ſimiliter totum alphabetum* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 *ſurſum deorſumq́ addendo meditetur. Hic Pythagoræus additionis abacus eſt.*
              - *Inductio: Additio enim numerorum disiunctorũ ſiniſtrorſum inducenda eſt, ut excreſcẽtes ſummæ locis excreſcentibus ordine facilius notentur, & ex ijs additis collectus numerus, interiecta linea, ſubnotetur. Eſto exemplum*
                - *Facillimum, ubi mentis reſeruatio non adhibetur. Debitor tibi debet uno nomine coronatos* 234. *altero* 111. *Quæratur igitur quæ ſumma ſit ex utroq́. Ordine diſpoſitis numeris, ut ſimiles inter ſe reſpondeant, inductio ſic erit.*

                  ```
                    2 3 4
                    1 1 1
                    -----
                    3 4 5
                  ```
                - *Plenius, ubi mentis reſeruatio adhibetur: in numeris vel*
                  - *Duobus, ut*

                    ```
                      5 6 7 8 9
                        1 2 3 4
                      ---------
                    : 5 8 0 2 3.
                    ```
                  - *Pluribus: ubi duo tantũ ſeparatim ſpectãtur. & duo primũ additi tanquã unꝰ additur ad tertium, neq; duobus plures adduntur, ut tertius inueniatur ut ſi quæratur, quampridẽ uixerit Homerus & reſpondeatur è Gellio,* 160 *annis ante cõditam Romã, quæ condita ſit ante natũ Chriſtũ annis* 752. *Chriſtum uerò natũ anno abhinc* 1575. *Addantur hi tres numeri, ſumma inductionis indicans Homerũ annos abhinc* 2487 *floruiſſe, erit hoc modo:*

                    ```
                       1 6 0
                       7 5 2
                     1 5 7 5
                     -------
                     2 4 8 7
                    ```
          - *Subductio.*
        - *Coniuncta: ut*
          - *Multiplicatio.*
          - *Diuiſio.*
    - *Partes.*
  - *Comparatiua.*

De Subductione.

Subductio eſt numeratio prima, qua numerus ſubducitur à numero et habetur RELLQVVS. Hic conſid.

- *Meditatio, quæ in ſingulis notis eadem hîc eſſe debet, quæ fuit in additione. Tollo 3 de 7 manent 4: tollo 4 de 9, manent 5: & ſimiliter totum alphabetum 123456789. omni genere uerſandum: Hic Pythagoræus ſubductionis abacus eſt.*
- *Inductio: nam ubi totus numerus à toto ſimul ſubduci non poteſt, inductio per partes fit, ſubducendo infra, ſupra autem à quo ſubductio facienda eſt, poſito, incipiam à ſiniſtra dextrorſum, contrà quàm in additione. Eſto exemplum*
  - *Facillimum, ubi mentis reſeruatio non adhibetur: ut ſi de ſumma æris illius alieni 345 ſub ducenda ſint 234, diſpoſitis ordine numeris, inductio tota ſic erit:*

    1 1 1
    3 4 5
    2 3 4

  - *Plenius, ubi numerus mente reſeruatur. Nã cũ ſequẽs ſubducẽda nota maior eſt, quã ſuprapoſita, tum è reliquo præcedente 1 mẽte reſeruabo, quod notã ſequentem denario augeat: nec omnino prius antecedẽs nota eſt ſubducenda, quàm prouidero unde reliquæ ſubduci poſſint. Exẽplũ eſto in numeris*
    - *Duobus*
      1. *Si ſubducenda ſint 345 de 432. inductio ſic erit*

         8 7
         4 3 2
         3 4 5

      2. *Carolus M. anno Chriſti coronatus eſt Imp. nunc autem annus eſt Chriſti 1575: anni itaque ab imperio Caroli nunc ſunt 774: inductio ſic erit*

         7 7 4
         1 5 7 5
         8 0 1

      3. *A 4000023 ſubducantur 99: reſtabunt 3999924. inductio ſic erit*

         3 9 9 9 9 2 4
         4 0 0 0 0 2 3
         9 9

    - *Pluribus. Nam ſi plures termini fuerint uel ſubducendi, uel eius à quo ſubductio facienda, reducendi ſunt prius additione in unam ſummam: ut ſi uelis ſubducere 465 de 234 & 905: addes 234 & 905, totus erit 1139: unde ſubductis 465, reliquum erit 674.*

De Multiplicatione.

Numeratio prima einſmodi eſt: Cã iũcta ſequitur, quæ numerum cum numero toties numerat quoties proponitur. Numeratio coniuncta eſt aut

- *Multiplicatio, qua multiplicandus toties additur, quoties unitas in multiplicante cõtinetur, & habetur FACTVS, 16. d. 7. Numeri inter ſe multiplicati, faciũt eundẽ: 16 p. 7. ut bis tria ſunt 6, & ter duo ſunt itẽ 6. Hic conſider.*
  1.
     - *Meditatio. Itaq; puer perdiſcat multiplicare ſingulas notas*
       - *Primò per ſe: ut bis bina ſunt 4: ter terna ſunt 9: quater quaterna ſunt 16, &c.*
       - *Secundò cum ſingulis, ut bis tria ſunt 6: bis quaterna ſunt 8: bis quina ſunt 10. bis ſena 12, &c.*

       Hanc ſingularũ notarũ multiplicationẽ aſſecutus diſcipulus, multiplicationẽ quãlibet facilè habebit. Hic Pythagoræus multiplicationis abacus eſt.
     - *Inductio. Siniſtrorſum, ut in additione, procedam: quia multiplicãdi notæ toties addendæ, quoties unitas in multiplicante continetur, & maiorem commodius supernè collocabo. Deinde multiplicantem per multiplicandi notas ſigillatim ducam. In multiplicatione circulus per circulum aut per ſignificantem notam nihil efficit: pro inuentione tamen talis multiplicationis notabitur in principio ad ſequentes notas augendum. Exemplum eſto, ubi multiplicatio fit per partes numeri*
       - *Multiplicãdi. Vt ſi quæratur quot aureorũ numerus mẽſtruo ſtipẽdio 456 militũ ſufficiat, cũ ſingulis 4 aurei attribuãtur. id aſſequar, 456 per 4 multiplicatis: inductionis ſumma ſic erit:*

         4 5 6
         4
         ———
         1 8 2 4

       - *Vtriuſq; tum multiplicandi tũ multiplicãtis: ut 2070 per 204 multiplicentur: ſingularis inductio partium componet tandem 422280:*

         2070
         204
         ———
         8280
         0000
         4140
         ———
         422280

  2. *Compendium. Compendio enim numeros in circulum deſinentes multiplicare poſſumus, detractis ultimis circulis, deinde iiſdem facto poſtpoſitis: ut ſi multiplicentur 7200 per 450: omiſſis circulis illic duobus, hîc uno, multiplicabo 72 per 45 & facto 3240 poſtponam tres circulos.*
- *Diuiſio.*

De Diuiſione.

Diuiſio eſt, qua diuiſor ſubducitur à diuidendo quoties in eo continetur, & habetur QVOTVS: Et hic quotus eſt diuidendi pars quota cognominis diuiſori, ut ſecunda, ſi diuiſor ſit 2: tertia ſi 3: quarta, ſi 4 & ſic deinceps. Atque ut in additione numerus totus, in ſubductione reliquus, in multiplicatione factus: ſic in diuiſione quotus cognominis diuiſori quaeritur 39 & 40. p. 7. Ut ſi per 2 diuidatur, quid ualeat una ſecunda diuidendi: ſi per 3 quid tertia: ſi per 4, quid quarta. Diuiſio igitur multiplicationi reſpondet, ſed analogia inuerſa: ut enim in multiplicatione unitas eſt ad multiplicantem, ſic multiplicandus eſt ad factum, ut 1. 4. 12 48. Contra uerò in diuiſione, ut diuidendus ad diuiſorem, ſic quotus ad unitatem. ut 12. 4. 3. 1. In diuiſione conſider.

- 1. Notatio. Tres enim diuiſionis termini ſic notantur:
  - Diuidendus ſupra.
  - Diuiſor infrà.
  - Quotus ad latus.

  ut diuiſis 12 per 4. quotus erit 3: hoc modo:

  12
  (3.
  4

- 2.
  - Meditatio. Nam meditatio illa quae in additionis, ſubductionis, multiplicationis numeratione commendata eſt, eſt hic in primis commendanda, ut diſcipulus ſciat quem numerum qualibet nota ſingularis & per quem diuidat: Sciet autem per comparationem multiplicationis. Nam ſi numerus faciat numerum per aliquem, factum diuidet per eundem. ut Bis quaterna ſunt 8: ergo 2 diuidit 8 per 4, & 4 diuidit eundem per 2: Quater 5 ſunt 20: ergo 4 diuidit 20 per 5, & 5 diuidit 20 per 4. Omninóq; numerus diuiditur per eos numeros per quos factus eſt. qui multos factores habet, habet etiam multos diuiſores. Hic igitur Pythagoraeus diuiſionis abacus eſt.
  - Inductio, quae fit dextrorſum ut in ſubductione. Diuiſor ad latus ſiniſtrũ notari debet, ut immobilis ſemper appareat: & uidendũ ut ſit
    - Simplex & unius: tũ enim diuiſionis opus
      - 1. Contexitur
        - 1. Meditatione multiplicis ſubductionis, quae animo reſeruanda eſt.
        - 2. Adnotatione quoti, ubi iam peracta diuiſio eſt, ſed peracta tantum in mentis abaco, ut memoria tantò maior hic requiratur, quàm antea.
      - 2. Retexitur uelut ad memoriã & fidẽ meditationis probandã, exẽplo oculis ſubiecto, repetita tũ
        - Multiplicatione per quotum & diuiſorem, tanquam pignora depoſiti.
        - Subductiõe facti à diuidẽdo.
    - Multiplex & plurium notarũ. tum enim omnes notae ſimul uelut una conſiderantur & ſubducuntur aequaliter. Et hic ſubductionis uera uia planè cernitur cum ſubducere incipiamus dextrorſum ſingulas ſubducendi notas ante meditando, quàm quicquam de quoto ſtatuatur. Diuidantur igitur 244 per 22: erit inductio
      - Prima hoc modo. Videbo 2 ab 2 ſemel ſubduci & toties 2 à 4 & 2 reſtabunt: adnotabo igitur 1 pro quoto, & deletis 24 & 22 ſuperſcribam 2: ut

        2
        2 4 4 (1.
        2 2

      - Secunda hoc modo: Producam diuiſorem in proximum locum 24: et uidebo 2 à 2 bis ſubduci poſſe, & 2 à 4 toties, ut q; quicquam reſtare: ut

        2
        2 4 4
        2 2 2 (12.
        2
        2 4

- 3.
  - Obſeruationes
    - 1. Omnino fieri nõ poteſt, ut nota diuiſoris ulla pluſquàm nouies hac ſubductionis uia ſubducatur: quia maior numerus quàm 9, unica nota comprehendi non poteſt.
    - 2. Si diuiſor ſit maior diuidendo, idq; loco
      - Primo, promoueatur in ſecundum locũ: ut ſi diuiſuram 252 per 42: non poſſum tollere 42 à 25: promouebo igitur diuiſorem in ſecundum locum & reperiam 6 quotum.
      - Aliquo poſt primum, circulus in quoto adnotetur. Sic diuiſis 608912 per 304 quotus eſt 2003.
    - 3. Si in relictis in medio ſpatio uacuus locus offendatur, circulus adſcribendus erit: quod accidet, ſi diuidantur 364 in 26, ubi quotus erit 4.
  - Compendium. Nam ſi diuiſoris prima nota ſit 1, reliquae circuli, detractis è diuidendo ab ultimo notis, quot circuli fuerint in diuiſore, peracta diuiſio erit: ſic diuiſis 500 per 10 uel 100, quotus erit 50, 5.

De Numeri differentijs.

E' diuiſione oritur duplex numeri differentia. Eſt enim numerus omnis

I. Par

- *Impar, qui eſt à binario indiuiduus. 7 d. 7. ut 3. 5. 7. Itaq́ in perpetua ſerie numerorũ* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13: *alij ſunt pares, alij impares, quod erat Eratoſthenis cribrum.*
- *Par, qui eſt diuiduus à binario: 6. d. 7. ut. 2. 4. 6. 10, 12. Par autem eſt par uel*
  - *Pariter, qui eſt tantum diuiduus à pari per parem 8. d. 7. ut 4 tantum diuiditur à 2 per 2. Tales ſunt omnes à binario duplicati: ut 4. 8. 16 32. Aelianus ca. 8 de re militari, ait hunc numerum militiæ cauſa excogitatum eſſe ad acies commodius permutandũ. Itaq́ phalangis numerus à Tacticis exoptatur 16384: qui numerus per binarium tredecies duplicatur:*
    - 1. 16384 *phalanx grauis armaturæ.*
    - 2. 8192 *phalanx leuis armaturæ.*
    - 2. 4096 *phalanx equitum.*
    - 2. 2048.
    - 2. 1024 *decuriæ.*
    - 2. 512 *decuriæ duplares.*
    - 2. 256 *centuriæ quadruplares.*
    - 2. 128 *centuriæ.*
    - 2. 64 *manipuli.*
    - 2. 32 *cohortes quingentariæ.*
    - 2. 16 *cohortes milliariæ.*
    - 2. 8 *partes.*
    - 2. 4 *phalanges ſimplares.*
    - 2. 2 *cornua.*
    - 2. 1.
  - *Impariter, qui diuiduus eſt etiam ab impari per parem. 9. d. 7. ut 6 diuiditur à 3 impari per 2 parem.*

II. Ex 14. p. 7. Euclidis: uel

- *Primus, qui eſt indiuiduus ab alio multitudinis numero: ut 1. 2. 3. 5. 7. Vide 11. d. 7. & 20. p. 9. Diuiditur autem unitas per unitatem ſolùm, reliqui etiam per ſe: at per alium multitudinis numerum ſunt indiuidui. Primus etiam dicitur incõpoſitus, id eſt, à nullo alio multitudinis numero factus. Sic in Eratoſthenis cribro 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. conſiderato primos eſſe 1. 2. 3. 5. 7. compoſitos 4. 8. 9.*
- *Compoſitus, qui eſt diuiduus ab alio multitudinis numero. 13 d. 7. Vt 4 à 2 per 2 diuiduꝰ eſt, ut 12 à 3 per 4. Hic conſider.*
  - *Vſus: Nam numerus multis modis compoſitus, proptereaq́ etiam diuiduus, ſæpè ſingulares uſus habet, ubi quæruntur numeri, qui plurimas exactas diuiſiones capiant. Sic*
    - *Archimedes 96 elegit in circuli dimenſione, cuius quotæ partes duodecim ſunt* 1. 2. 3. 4. 6. 8. 12. 16. 24. 32. 48. 96.
    - *Aſtrologi 60 partiendis cœleſtium rerum momentis aſſumpſerunt, cuius diuiſores ſunt item duodecim.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 12. 15. 20. 30. 60.
    - *Plato numerum ciuium 5040 quinto legum quæſiuit, ad multiplices publicorum munerum functiones diuidendum: cuius diuiſores omnes ſunt undeſexaginta, præter eum ipſum. Diuiſores autem continui ſunt ab uno uſq; ad decem. Vide Ramum.*
  - *Theorema ad inueniendũ quot numeris numerus ſit diuiduus: Nã diuiſores omnes dati cuiuſcũque numeri ſunt*
    - *Ab unitate per ſe primi, diuidentes quoties poſſunt & datum & dati quotũ & quoti deinceps quotum quemlibet. 33. p. 7.*
    - *Deinde compoſiti à primorũ ultimo per ultimum, & à ſequenti per utrunq́ & ab utroq́ factũ, deniq́ à reliquis per ſuperiores omnes.* ——
    - *Eſto numerus 462. cuius oporteat omnes diuiſores inuenire.*
      - *Primo 1 nihil mutat, ſecundo 2 numerus primus diuidet, & quotus erit 231: qui diuiſus per 3 deinceps primum diuiſorẽ, dabit 77, qui etiam per 7 primum diuiſorem diuiſus, dabit in quoto 11. Hic habes 1. 2. 3. 7. 11 diuiſores dati primos, è quibus inter ſe multiplicatis efficitur.*
        - 1. 462
        - 2. 231
        - 3. 77
        - 7. 11
        - ——
      - *Deinde ad cõpoſitos accedo &*
        - *Primò multiplico penultimum 7 per 11, facio 77. Hic primus ordo ſic eſt:* 7. 11. 77.
        - *Secundò multiplico hos tres numeros per 3 & facio hũc ſecundũ ordinẽ.* —— 3. 21. 33. 231. ——
        - *Tertiò multiplico primum & ſecundũ ordinem per 2, facioq́ hunc tertiũ & quartum ordinem:* 2. 14. 22. 154. 6. 42. 66. 462.

De numeri differentijs.

Primus & cõpoſitus numerus ita eſt, unde differentia oritur primorũ inter ſe et cõpoſitorũ inter ſe: cuius ſingularis eſt utilitas, ut apparebit poſtea in reductionibus & uarijs inuentionibus.

Primi inter ſe, ſunt numeri cõmuniter indiuidui à multitudinis numero, 25. d. 7. Vt 2 & 3, ut 5 & 6, ut 8 et 9. Primorũ inter ſe arithmetica paulò plenior eſt. Nam

Cognoſcuntur per

Subductionem. Si duo inæquales numeri perpetua ſubductione minoris à maiore quoties poterit, nullum multitudinis numerum antecedentis diuiſorem reliquerint, primi erunt inter ſe. 1 p. 7. Sic 5 & 3 ſunt primi inter ſe, quia ſubductis 3 à 5 manent 2, qui non diuidit 3 antecedentem numerum: deinde ſubductis 2 à 3 manet 1, quæ diuidit quidem 2 antecedentem, ſed non eſt numerus multitudinis. Sic 96 & 67 ſunt primi inter ſe: quia ſi ſubducas 67 à 96. 29 reliquus non diuidet 96 antecedentem: tum 29 bis ſubductis à 67 (ſubductio enim etiã multiplex aſſumenda eſt) 9 reliquus non diuidit 29 antecedentem: tum ſubductis 9 quater, reliquus erit 2, qui nec ipſe diuidit antecedentem: demũq; ſubductis 2 quater à 9, reliqua erit unitas ſola. Aſsiduæ ſubductionis exemplum ſic erit.

96
67
29
9
2
1.

Diuiſionem. Si primus non diuiſerit datum, erit ad eum primus. 31. p. 7. Vt ut in 5 & 8, 5 primus non diuidit 8, & primus eſt ad eum.

Fiunt per

Additionem. Si duo numeri ſint primi inter ſe, totus ex ijs eſt primus ad utrunq; & contra. 30. p. 7. ut 17 ex 8 & 9 eſt primus ad 8 & 9: & contra cum 17 ſit primus ad 8 & 9, ipſi ſunt primi inter ſe.

Multiplicationem. Si duo numeri ſint primi ad tertium, factus ab utroq; erit primus ad eũdem: ut 4 & 6 ſunt primi ad 7: & 24 ab ijs factus prim9 eſt ad 7. Eſt 26. p. 7. Vnde conſectaria oriuntur:

1. Si duo numeri primi ſint inter ſe, factus ab altero per ſe primus erit ad reliquum ut in 4 & 3, 16 factus à 4 per ſe multiplicato, eſt primus ad 3. Eſt 27. p. 7.

2. Si bini numeri primi ſint inter ſe, facti ab ijs erunt primi inter ſe, ut in 8 & 9 primis ſigillatim ad 7 & 5 (nempe 8 ad 7 & 5: item 9 ad 7 & 5) facti 72 & 35 ab 8 & 9, item à 7 & 5, ſunt primi inter ſe Eſt 28. p. 7. —

Ex his duobus tertium ſequitur: Si duo numeri primi ſint inter ſe, facti & à datis per ſe & à datis deinceps per factos, perpetuò primi erunt inter ſe, ut hic

2. 4. 8. 16. 32.
3. 9. 27. 81. 243.

Eſt 29. p. 7. ex cuius inuentione poſtea deducetur eximia progreſsio continuè proportionalium minimorum.

Cõpoſiti inter ſe, ſunt numeri communiter diuidui à numero multitudinis. 14. d. 7. Vt 4 & 6 ſunt cõpoſiti inter ſe, quia communiter diuidui à 2 numero multitudinis: ſic 5 & 10, quia ſunt communiter diuidui à 5 numero multitudinis: ſic 7 & 7 ſunt cõpoſiti inter ſe, quia ſunt communiter diuidui à 7 numero multitudinis. Poteſt igitur compoſitorũ inter ſe uterq; eſſe compoſitus, ut 4 & 6, poteſt alter tantum, ut 5 & 10, poteſt etiam neuter, ut 7 & 7. In arithmetica cõpoſitorũ inter ſe, duo ſpectantur. Communis ſcilicet

Diuiſor maximus. 2. p. 7. De cuius inuentione duæ ſunt propoſitiones:

1. Diuiſor communis maximus, eſt primus in aſsidua ſubductione diuidens antecedentem: ut in 4 & 10: reliquus per aſsiduam ſubductionem 2 erit communis diuiſor maximus quia primus relinquitur, antecedentem diuidens. Hinc πόρισμα ſeu conſectariũ Theorema deducitur: Numerus numerum diuidens, eſt maximus amborum communis diuiſor: ut in 3 & 3 maximus communis diuiſor eſt 3. Nam 3 ſeipſum diuidit, & diuidit reliquum 3. Sic in 3 & 6 maximus communis diuiſor eſt 3: quia ſeipſum primo, deinde 6 diuidit, nec maior numerus ternario poteſt diuidere 3, propterea'q & maximus eſt diuiſor in 3 & 6.

2. Eadem uia quotlibet compoſitorum maximus cõmunis diuiſor inuenietur. Nam duorum præcedentium inuentus diuiſor pro ipſis erit diuidendus. Itaq; inuenti diuiſoris & proximi communis diuiſor, ut antea, requiretur. ——

Et quidem

Diuiſor maxim9 oſtendit in quoto diuiſorẽ minimum: ſic in 12 diuiſor maximus 6, dabit in quoto 2.

Compoſitos inter ſe diuidens dabit in quotis primos inter ſe, ut in 12 & 8 maximus diuiſor utriuſq; communis dabit in quotis 3 & 2 primos inter ſe.

Diuiduus minimus. Vide ſignum *

** Dati duo*

* Dati duo numeri per alios multiplicati uarios numeros facere poſſunt, ideóq; & factos communiter diuidere: ſed ex omnibus communiter diuiduis minimus modò quæritur, quod fundamentũ poſtea futurũ ſit permagnæ utilitatis in cõtractibus & proportionibus. De minimo communis diuidui inuentione generali duæ ſunt propoſitiones:

1\. Diuiduus à duobus minimus, eſt factus ab altero per alterius diuiſorem communi diuiſori maximo cognominem: 36 p. 7. Vt diuiduus à 12 & 8 minimus eſt 24. Nam maximus cõmunis diuiſor in 12 & 8 eſt 4, à quo cognominati diuiſores in 12 & 8, id eſt una quarta utriuſq; ſunt 3 & 2. At factus à 12 per 2, uel ab 8 per 3 ſunt 24, communis diuiduus à 12 & 8: exemplum ita eſt:

24
12 ╳ 3
8 ╳ 2
4

1\. Ex hac generali inuentione duplex compendiũ eſt ſeu conſectarium

1\. Factus à duobus inter ſe primis, eſt minimus ab utroq; diuiduus: ut 6 factus à 3 & 2 eſt minimus diuiduus ab utroq;: exemplum integrum ſic eſſet:

6
3 ╳ 3
2 ╳ 2
1

2\. Diuiduus ab aliquo, eſt minimus ab utroq; diuiduus: ut 3 diuiduus eſt à 3, & communis eſt ab utroq; diuiduus minimus: & 8 eſt diuiduus à 4, & communis eſt diuiduus ab utroq;. Exemplum utrunq; integrum ſic eſſet:

3
3 ╳ 3
1 ╳ 1

8
8 ╳ 2
4 ╳ 1
4

2\. Eadem enim uia minimus à tribus aut quatuor, aut quolibet diuiduus inuenietur. 38 p. 7. Quia repertus iam minimus diuiduus conferendus eſt cum proximo. Nam factus ab altero per alterius diuiſorem, maximo communi diuiſori cognominem, eſt minimus ab iis diuiduus. Sic minimus ab 8. 6. 4. diuiduus eſt 24. Sic à 3. 4. 8. minimus diuiduus 24. Sic minimus diuiduus ab 1. 2. 3 4 5 6. eſt 60. Hinc conſectarium oritur: Minimus diuiduus à nominibus datarum partium, eſt minimus qui habeat datas partes: 41. p 7. Vt minimus diuiduus qui habeat unam ſecundam unam tertiam, unam quartam, eſt 12 nempe minimus diuiduus à 2. 3 4. quiq; minimus bifariam, trifariam, quadrifariam diuidi poſſit.

De Partibus, quas uulgus Fractiones uocat.

Numeratio dicta eſt: ſed numeri, cuius partes notationem quandam ſuam & reductionem requirunt, antequam numerentur. Hæc conſiderant.

I. Notatio, quæ eſt uel

Partium. Duæ uerò notæ tantùm ſunt in alphabeto notationis huius, linea interiecta ſeparatæ, ſuperior numerus uel numerator: inferior nomen ſeu nominator appellatur. Sic diuiſis 8 per 3 quotus eſt 2: & manent duæ tertiæ, quæ ita notantur $\frac{2}{3}$: & 2 eſt numerus partium, 3 eſt nomen: qua notatione utendũ eſt, quoties minor numerus per maiorem diuidendus proponitur: peracta enim diuiſio eſt interiecta linea. Si diuidam 5 aſſes 12 fabris, diuiſio ſic erit, $\frac{5}{12}$: unde intelligitur ſingulorum partem quotam eſſe 5 uncias. Itaq; peracta diuiſione,

Si aliquid è diuidendo relinquatur, reliquus numerus interiecta linea ſuperpoſitus diuiſori, indicat partes unitatis, quales nempe in diuidendo fuerint, tumq; etiã reliqua diuiſio facta eſt: ut ſi diuiſerim 5 aſſes duobus baiulis diuiſio ſic erit $\frac{5}{2}$ (2 $\frac{1}{2}$, unde intelligitur ſingulis 2 aſſes & dimidium aſſis unius cedere.

Reliquus numerus ſemper eſt minor diuiſore ſeu nomine, ſi modò diuiſio legitime peracta eſt. Nam ſi numerus eſſet nomini

- Aequalis, ut $\frac{2}{2}$ $\frac{1}{1}$ eſſet unum integrum.
- Maior, ut $\frac{3}{2}$ $\frac{4}{3}$. eſſet plus uno integro.

Diuiſorq; adhuc ſubduci potuiſſet.

Quantum partium numerus deficit à nomine, tot unius integri partes diuidendo deſunt, ut ſemel ab eo diuiſor ſubducatur. ut in $\frac{4}{5}$ deſunt $\frac{1}{5}$.

Particularum. Eſt enim in particulis, & partibus partium ſua quædam diſtincta notatio, & earum minimæ notantur ut partes: reliquæ nulla interiecta linea. Ergo tres quartæ duarũ tertiarum unius ſecundæ ita notabuntur $\frac{3}{4}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$. Vt ſi pater filios duos reliquerit æqua parte cohæredes, tum filius alter filios tres æqua item parte patrimonij, ſed primus coëmerit alterius fratris partem, deceſſeritq; 4 filijs ſuperſtitibus, æqualiter item partitis: totumq; primus coëmerit partes ſecundi & tertij.

Reductio. A.

II. Numeratio. B.

De Reductione.

A. Reductio eſt

- **1. Terminorum, quæ fit ad minimos proportionales terminos. Eſtq́ uel**
  - *Generalis, quæ eſt diuiſio terminorum inter ſe compoſitorum per maximum communem diuiſorem. 35. p. 7. Sic $\frac{8}{12}$ per 4 cõmunem maximum diuiſorem redeunt ad $\frac{2}{3}$: ſic $\frac{5}{15}$ per 5 redeunt ad $\frac{1}{3}$. Hæc reductio eſt in primis neceſſaria, ſi termini partium ſint compoſiti inter ſe, ut antequam numerentur partes, termini reducantur ad primos inter ſe. Primi enim ſunt minimi, & minimi ſunt primi. 23 & 24 p. 7. Et quantò facilius eſt paruos quàm magnos numeros numerare, tantò maiorem commoditatem numeranti reductio hæc afferet. Itaq́ tantum Solœciſmus in arithmetica fuerit proponere partes in terminis inter ſe compoſitis, aut non protinus reducere.*
  - *Specialis per ſpecies numerationum, in terminis binarum partium. In*
    - *Additione & ſubductione minimus à nominibus diuiduus eſt aſſumendus pro communi nomine: & numeri multiplicandi alternè per partes cognomines: ut hic:*

      $\frac{2}{3} \times \frac{4}{9}$ (6, 4; 9) ubi pro $\frac{2}{3}$ & $\frac{4}{9}$ habes $\frac{6}{9}$ $\frac{4}{9}$
    - *Multiplicatione numerus & nomẽ alternis reducuntur: ut in $\frac{2}{3}$ $\frac{5}{6}$ reduces 2 & 6 ad 1 & 3: & multiplicabis $\frac{1}{3}$ $\frac{5}{3}$ & facies $\frac{5}{9}$. Quia idem eſt multiplicare $\frac{2}{3}$ per $\frac{5}{6}$ & $\frac{2}{6}$ per $\frac{5}{3}$. Itaq́ tanquã $\frac{2}{6}$ rediges ad $\frac{1}{3}$ & pro $\frac{10}{18}$ facies $\frac{5}{9}$. Hic ſi*
      - *Numerus nomini alterno ſit æqualis, reliquus numerus reliquo nomini ſuperpoſitus, multiplicationẽ abſoluit. ut in $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ omiſſis 3 & 3 habes $\frac{2}{4}$ id eſt $\frac{1}{2}$.*
      - *Longa ſeries fuerit, æqualibus omnibus omiſſis, reliquus numerus cum reliquo nomine multiplicationẽ abſoluet, ut hic $\frac{8}{9}$ $\frac{7}{8}$ $\frac{6}{7}$ $\frac{5}{6}$ $\frac{4}{5}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$ eſt $\frac{1}{9}$.*
    - *Diuiſione reducuntur*
      - *Vel*
        - *Numeri inter ſe ut ſi $\frac{4}{5}$ diuidantur per $\frac{2}{3}$ pro 2 & 4 ſumes 1 & 2 & quota pars erit $\frac{6}{5}$ uel 1 $\frac{1}{5}$.*
        - *Nomina inter ſe: ut ſi diuidas $\frac{5}{6}$ per $\frac{4}{9}$ ſumes 2 & 3 pro 9 & 6, & facies $\frac{15}{8}$ uel 1 $\frac{7}{8}$.*
      - *Vel utraq́ ſeparatim: ut ſi diuidas $\frac{8}{27}$ per $\frac{4}{9}$ ſumes 1 & 2 pro 4 & 8: & pro 9 & 27, 1 & 3, & quota pars erit $\frac{2}{3}$.*
- **2.**
  - *Integrorum, quæ eſt multiplicatio integrorum per nomen partium. Sic reducere 12 aſſes ad uncias, eſt multiplicare 12 per 12: quia uncia eſt $\frac{1}{12}$ aſsis, & fiunt 144 unciæ, uel $\frac{144}{12}$.*
  - *Partium ad*
    - *Integra, quæ eſt partium diuiſio per ſuum nomen. Vt reducere $\frac{144}{12}$ ad integra: eſt diuidere 144 per 12: & quotus 12 oſtendit integros aſſes 12.*
    - *Partes, uel*
      - *Binas proportionales eiuſdem nominis, quæ eſt multiplicatio terminorum per alternũ nomen: ſic $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ redeunt ad $\frac{8}{12}$ $\frac{9}{12}$ multiplicando tum 2 & 3 terminos $\frac{2}{3}$ per 4: tum 3 & 4 terminos $\frac{3}{4}$ per 3. Proportionales autem ſunt $\frac{8}{12}$ datis $\frac{2}{3}$. Nam ſi numerus multiplicet numeros, facti ſunt proportionales multiplicatis: 16 p 7. & ſic 8 ad 2 & 12 ad 3 ſunt proportionales, quia æquè maiores: facti nempe per eundem. Minora enim ſunt ſimilia & proportionalia æque maioribus: ſic $\frac{9}{12}$ item proportionales datis $\frac{3}{4}$. Aequalia uerò nomina ſiunt: quia 3 & 4 inter ſe multiplicantur, ideóq́ idem faciunt. Nomina reductione eadem facta ad diuiſionem nihil attinent: itaq́ nominum multiplicatio inter ſe in diuiſione omittitur. Ac ſi ſeries reducendarum partium longior fuerit bina reducenda ſunt: ut in $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{4}{5}$ prima reductione, atque hinc additione facta, habebis $\frac{17}{12}$. quæ cum $\frac{4}{5}$ reducta, ſunt $\frac{85}{60}$ $\frac{48}{60}$.*
      - *Vnas æquales: quæ particularum uariarum reductio eſt: & fit multiplicatione numerorum inter ſe & nominum inter ſe. Sic $\frac{3}{4}$ $\frac{2}{3}$ redeunt ad $\frac{6}{12}$ id eſt $\frac{1}{2}$. Si ſeries longior fuerit, bina ſunt expedienda: ut in $\frac{3}{4}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$ primò facies $\frac{6}{12}$ id eſt $\frac{1}{2}$. Deinde ex $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ facies $\frac{1}{4}$.*

De Numeratione partium.

Partium tantùm, quæ facilis eſt: ſpectat enim tantùm numeros, excepta multiplicatione, quæ tum numeros, tum nomina uel diuerſa multiplicat. Sic $\frac{3}{7}$ $\frac{1}{7}$ additæ ſunt $\frac{4}{7}$: ſic ſubductis $\frac{3}{7}$ à $\frac{1}{7}$ reſtant $\frac{2}{7}$: ſic $\frac{2}{7}$ per $\frac{3}{7}$ faciunt $\frac{6}{49}$. Item $\frac{2}{5}$ per $\frac{3}{4}$ faciunt $\frac{6}{20}$ id eſt $\frac{3}{10}$: Sic per $\frac{2}{7}$ diuiduntur $\frac{10}{7}$ quotus erit 5, ſignificans diuidentes partes in diuidendis quinquies contineri. Si nomina diuerſa ſint, uulgus etiam putat perinde diuiſionem fieri: ut ſi per $\frac{2}{3}$ diuidantur $\frac{3}{4}$ numeros alternis nominibus multiplicans, faciunt $\frac{9}{8}$. At hic non eſt diuiſio, ſed reductio ad partes proportionales cognomines: tanquam è $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ feciſſes $\frac{8}{12}$ $\frac{9}{12}$ & iam neglectis nominibus (quia numeri tantum hic ſpectantur) proponeres per 8 diuidenda 9: tum enim quotus eſſet 1 $\frac{1}{8}$.

B. *Atqui partiū notatio & reductio eiuſmodi eſt, unde expeditur numeratio primarū & cognominum, & quidem*

- *Partium cū integris permiſtarum, quæ paulò operoſior eſt:*
  - **I.**
    - *Additio nihil mutat: 2 & $\frac{2}{3}$ ſunt 2 $\frac{2}{3}$: 3 $\frac{2}{3}$ & 4 $\frac{1}{3}$ ſunt 7 $\frac{3}{3}$ Sic numeratio libellarū, aſsium, denariorum & eiuſmodi efficitur: ut ſi proponantur addendæ libellæ 38, aſſes 178, denarij 147, cum libellis 23, aſsibus 289, denarijs 268, primò colligam denarios 415 id eſt $\frac{415}{12}$. Itaq; diuiſo numero per nomen, habebo aſſes 34 & 7 denarios: notabo denarios 7 & ſeruabo aſſes 34 proximo loco. Deinde additis aſsibus 34 ad 178 & 289, totus erit 501 aſſes, id eſt $\frac{501}{20}$. Nam 20 aſſes faciunt unam libellam. Diuiſo itaq; numero per nomen, habebo 25 libellas & 1 aſſem: notabo 1 aſſem & ſeruabo 25 libellas, quibus additis ad 38 & 23, habebo libellas 86. Summa deniq; erit additionis hoc modo:*

38 ℔	178 a.	147. d.
23	289	268
86	1	7

    - *Subductio eſt uel*
      - *Permiſtorū, quæ fit uel*
        - *Separatim: tum enim ex integris capit unū pro tot partibus quantum eſt nomen: ut ſi à 2 ſubducerem $\frac{1}{3}$: ſumerē 1 à 2 pro $\frac{3}{3}$ & à $\frac{3}{3}$ ſubducerem $\frac{1}{3}$: tum è 2 manebit 1 $\frac{2}{3}$.*
        - *Coniunctim: ut ſi à $\frac{11}{3}$ tollam 2 $\frac{1}{3}$, reduco 2 ad tertias multiplicando per nomē 3, facio $\frac{6}{3}$, quibus additis cū $\frac{1}{3}$ habebo $\frac{7}{3}$: quibus ſubductis à $\frac{11}{3}$: manent $\frac{4}{3}$. Vel reducam $\frac{11}{3}$ ad unitates diuiſione numeri per nomen, habebo 3: unde tollam 2, manet 1, & ex 1 reducto ad tertias id eſt è $\frac{3}{3}$ tollam $\frac{1}{3}$, manent $\frac{2}{3}$.*
      - *Integrorum cum partibus, quæ ſic fieri poteſt, ut antea eſt additio facta, ſed partes ſi excedant unum, commodius reducentur ad ſuas unitates diuiſione: ut ſi ſubducendæ ſint 38 libellæ, aſſes 178, denarij 147, è 86 libellis, 1 aſſe, 7 denarijs: reducam primò 147 denarios ad 12 aſſes & 3 denarios Deinde additis 12 aſsibus ad 178, totus 190 reductus ad libellas, facit nouem libellas & 10 aſſes. Additis iam 9 libellis ad 38 totus eſt 47. Ita iam deniq; tollam 47 libellas, 10 aſſes, 3 denarios, reſtabunt 38. l. 11. aſs. 4. d.*
  - **II.**
    - *Multiplicatio integrorū*
      - *Per partes multiplicat, ſubijciendo uno pro nomine: ſic $\frac{1}{2}$ per $\frac{4}{1}$ faciunt $\frac{4}{2}$ id eſt 2.*
      - *Cum partibus & integrum ſolū uel cū partibus multiplicat &*
        - *Separatim. Sic 7 $\frac{5}{13}$ per 4 $\frac{12}{13}$: prima multiplicatio 7 per 4 facit 28, ſecunda 7 per $\frac{12}{13}$ facit $\frac{84}{13}$ id eſt 6 $\frac{6}{13}$: tertia $\frac{5}{13}$ per 4 facit $\frac{20}{13}$ id eſt 1 $\frac{7}{13}$: quarta $\frac{5}{13}$ per $\frac{12}{13}$ facit $\frac{60}{169}$. Hæc omnia addita ſunt 36 $\frac{60}{169}$.*
        - *Coniunctim: nam idem facio ſi datos numeros 7 $\frac{5}{13}$, 4 $\frac{12}{13}$ per multiplicationem integrorum in nomina reducam ad $\frac{96}{13}$ & $\frac{64}{13}$ & multiplicando faciam $\frac{6144}{169}$ & diuiſione eruam 36 $\frac{60}{169}$.*
    - *Diuiſio fit uel*
      - *Separatim: ut ſi per 2 $\frac{2}{3}$ diuidantur 5 $\frac{1}{3}$. Primò ſubducam 2 à quinq; bis & manebit 1, id eſt $\frac{3}{3}$ quibus ad $\frac{1}{3}$ additis, habebo $\frac{4}{3}$ unde poſſum etiā bis ſubducere $\frac{2}{3}$. Itaq; quotus erit 2.*
      - *Coniunctim per reductionem, quod facilius eſt: Vt ſi per 7 $\frac{5}{13}$ diuidam 36 $\frac{60}{169}$: multiplico integra per nomina, & poſtea factos diuido.*

De Rationibus.

Arithmetica ſimplex adhuc fuit: Cōparatiua ſequitur: quę interpretatur cōparationē numerorum in

- Quantitate, quæ eſt uel
  - Aequalitatis, quæ eſt una & indiuidua: ut 1 ad 1, 2 ad 2, 3 ad 3.
  - Inæqualitatis, quæ eſt uel
    - Differentia, quæ eſt comparatio quantum terminus differt à termino: ideoq́ ſubductione cognoſcitur: ſi. differentia 2 ad 3, & 3 ad 5, & 5 ad 8 eſt 1. 2 3.
    - Ratio, quæ eſt cōparatio quoties terminus in termino continetur: ideoq́ diuiſione cognoſcitur, dataq́ ratione termini cognoſcuntur contraria multiplicatione. Sic ratio 3 ad 2 eſt ſeſqui altera, quia 3 continet 2 ſemel & dimidiū: quotus igitur rationis index eſt $1\frac{1}{2}$. Iam multiplica 1 per 2 nomen & adde 1: 3 erit antecedēs ſeſquialterius rationis, nomē ipſum 2 conſequēs. Hic conſider. rationum
      - Arithmetica in
        - Notatione. Cum enim numerandæ ſunt rationes, antecedens supernè, conſequens infernè notatur.
        - Numeratione. Quę hîc longè diſſimilis eſt ſimplicis numerationis. In eodē enim opere additio & multiplicatio eſt, ſubductio & diuiſio: ut in Euclide, Archimede, Ptolemæo, Mathematicisq́ antiquis perſpicies: Itaq́
          - Additio rationum eſt multiplicatio terminorum inter ſe ſimilium, id eſt antecedentium inter ſe & conſequentium inter ſe: & compoſitio rationum dicitur. Sic ratio $\frac{3}{2}$ addita rationi $\frac{2}{3}$ eſt ratio $\frac{1}{1}$ quæ ratio æqualitatis nil auget. Sic ratio $\frac{3}{1}$ addita rationi $\frac{4}{1}$ eſt ratio $\frac{12}{1}$. Sic ratio $\frac{3}{2}$ addita rationi $\frac{5}{3}$ eſt ratio $\frac{15}{6}$. Sic duplicari, triplicari ratio dicitur quando rationis bis ac ter poſitæ termini multiplicantur. Sic duplicatur & triplicatur ratio $\frac{3}{2}$ quando termini ita multiplicantur $\frac{3}{2}\ \frac{3}{2}\ \big|\ \frac{9}{4} : \frac{3}{2}\ \frac{3}{2}\ \frac{3}{2}\ \big|\ \frac{27}{8}$.
          - Ergo additio rationum eſt multiplicatio terminorum. Itaq́ ſi termini rationum ſint quomodocunq́ continui, ratio extremorū componetur ex omnibus intermedijs rationibus: ut in 1 2 3. 4. 5 6 ratio 1 ad 6, cōponitur ex omnibus intermedijs rationibus ut hîc uides $\frac{1}{2}\ \frac{2}{3}\ \frac{3}{4}\ \frac{4}{5}\ \frac{5}{6}\ \big|\ \frac{120}{720}$. Nam ratio 120 ad 720 eſt ratio 1 ad 6, ut patet reductione. Hæc ex Euclide Arithmetica eſt. 5 d. 6.
          - Subductio rationum eſt diuiſio terminorum: ut tollatur ratio $\frac{3}{2}$ à ratione $\frac{5}{2}$ relinquetur ratio $\frac{5}{3}$.
      - Genera. Nam
        1. Eſt inæqualitatis maioris uel minoris. Ratio inæqualitatis maioris nominatur à maiore termino, ſed minoris præponendo ſub: ut ratio 2 ad 1 dicitur dupla, 1 ad 2 ſubdupla.
        2. Eſt uel
           - Prima, quæ unicā ſpeciem rationis habet: eaq́ eſt aut
             - Simplex, cum maior terminus cōtinet tantum ſemel minorē & aliquid prætera, ut ratio
               - Superparticularis, quando terminus terminum ſemel tantum continet et præterea unam partem: ſi ſecundam, tertiam, quartā dicitur ſeſquialtera ſeſquitertia, &c. ut hîc $\frac{3\ 4\ 5}{2\ 3\ 4}$
               - Superpartiens quando terminus terminum continet ſemel & præterea aliquot partes, ſi duas tertias, tres quartas, quatuor quintas, dicitur ſuperbitertia, ſupertriquarta, ſuperquadriquinta ut $\frac{5\ 7\ 9}{3\ 4\ 5}$
             - Multiplex, quando terminus terminum continet ſæpius exactè ſi bis, ter quater, dicitur ratio dupla, tripla, quadrupla ut $\frac{2\ 3\ 4}{1\ 1\ 1}$
           - Coniuncta, quæ multas rationis ſpecies continet. ut ratio multiplex
             - Superparticularis, quando terminus terminū ſæpius continet & præterea partem unam, ut dupla ſeſquialtera, tripla ſeſquitertia quadrupla ſeſquiquarta, ut $\frac{5}{2}\ \frac{10}{3}\ \frac{17}{4}$
             - Superpartiens quando terminus terminum continet ſæpius, & præterea plures partes ut dupla ſuperbitertia, tripla ſupertriquarta, quadrupla ſuperquadriquinta. ut $\frac{8}{3}\ \frac{15}{4}\ \frac{24}{5}$.
- Qualitate.

De Proportione Arithmetica.

Sequitur comparatio in qualitate numerorum, quæ Proportio dicitur 8. d. 5. eaq́ eſt aut

- *Arithmetica, quæ eſt æqualitas differentiarũ ut in 12.10. 8, 6. Vtrobiq́ n. eſt 2 pro differẽtia, etiam inverſè & alternè: ut enim 6 ad 8 ſic 10 ad 12: una enim differentia eſt 2. Item ut 12 ad 8 ſic 10 ad 6. Differentia enim utrobiq́ eſt 4. Proportio Arithmetica eſt uel*
  - **Disiuncta: cuius duæ ſunt proprietates**
    1. *Medius ſimulterq́ eſt æqualis ſimulutriq́ extremo, ut in 12.10.8.6: 10 & 8 ſunt 18, item 12 & 6 ſunt 18. Hæc proprietas ſuppeditat inventionem mediorum inter duos datos. Nam ſimulutriusq́ dati duæ qualeſcunq́ partes, ſunt medij arithmeticè proportionales inter datos, ut inter 2 & 10, ut hîc uides:*

	12		
2.	1.	11.	10.
	2	10	
	3	9	
	4	8	
	5	7	
	6	6	

    2. *Factus à medijs ſuperat factum ab extremis, facto à differentia maximi ſupra medium, per eiuſdem medij differentiam ſupra minimum: ut in 12.10.8. 6. factus à medijs eſt 80, qui ſuperat 72 factum ab extremis 8, facto à 4 differentia primi 12 ſupra medium 8, per 2 differentiam eiuſdem medij 8 à minimo 6.*
  - **Continua: in qua conſid.**
    - **Proprietates duæ**
      1. *Medius eſt dimidius extremi ſimulutriusq́, ut in 3.5.7. Nam 3 & 7 ſunt decem, quorum dimidius eſt 5. Ex hac proprietate oritur inventio medij ſumpto duorum datorum dimidio.*
      2. *Factus à medio ſuperat factum ab extremis, facto à differentijs: ut in 3.5.7: 25 factus à 5 in ſe multiplicato, ſuperat 21 à 3 & 7 factum, 4 facto à 2 & 2, differentijs 3 à 5 & 5 à 7.*
    - **Continuatio terminorũ.** *Nam proportionis arithmeticæ continuæ termini quantumlibet continuari poſſunt: & progreſſio arithmetica vulgò dicitur. In ea duplex eſt inventio.*
      1. *Optati termini. Si enim tollatur unitas à nomine termini optati, facturq́ à reliquo per differentiã addatur primo termino, totus erit optatus: ut in progreſſione quaternaria ab unitate, ſi quæratur decimus terminus, hic decimus nomen eſt termini: tolles 1 à decem, et à reliquo 9 per 4 differentiam facies 36, quo ad 1 addito, totus erit 37 decimus terminus quaternariæ progreſſionis ab unitate: ſic 1.5.9.13.17. 21.25.29.33.37.*
      2. *Summæ. Nam factus à ſimulutroq́ extremo per dimidiatum nomen termini ultimi, eſt ſumma, ut in proxima progreſſione: adde 1 & 37, totus erit 38, qui per dimidiatum nomen ultimi termini, facit 190 ſummam. Idem erit factus à nomine ultimi termini 10 per dimidium ſimulutriusq́ extremi.*

      Si pacificatur cũ domino ſervus annuã ſibi mercedẽ progreſſione arithmetica, primoq́ die teruncium unicum, ſecundo quatuor, tertio ſeptem, & ſic deinceps, quæritur anno vertente quæ ſumma mercedis erit:
      - *Primùm pro tertio potes ſumere uncias 5 & facere 3 primum terminum; quare ultimum per primam inventionem: quoniam trecenteſimus ſexageſimus ſextus eſt, reperies 1098.*
      - *Deinde per ſecundã inventionẽ ſimuluteró erit 1101, dimidiatũ nomen ultimi termini eſt 183, ab ijs factus eſt 201483 unciæ. Nunc reducito libellam ad uncias 240 per 12: & facto divide illum magnum numerum unciarum, habebis libellas vicenorũ aſſium 839 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}\frac{1}{6}$. Vnciæ 123 reliquæ diviſæ per 12, faciunt 10 aſſes et $\frac{3}{12}$ hoc eſt $\frac{1}{4}$ ſeu teruncium.*
- *Geometrica.*

De Proportione Geometrica & eius aurea regula.

Proportio arithmetica ſic eſt, Geometrica ſequitur, in rationum æqualitate: & hic propriè proportio numerorum & proportionales numeri dicuntur, ut 3.6.4.8: tum directè ut 3 ad 6, ſic 4 ad 8: tum inverſè, ut 8 ad 4 ſic 6 ad 3: & alternè ut 3 ad 4 ſic 6 ad 8. Hic conſider.

- *Proprietas, duplex*
  - *1. Maximus & minimus reliquis ſunt maiores 35. p. 5 ut in eodem exemplo 3 & 8 id eſt 11, maiores ſunt 6 & 4, id eſt 10: Hæc proprietas non convertitur: nec enim verum eſt, ſi quatuor numerorum maximus & minimus ſunt reliquis maiores, idcirco proportionales eſſe.*
  - *2. Factus à medijs æquatur facto ab extremis: 19. p. 7 ut in eodem exemplo 24 factus à 6 & 4 medijs, æquatur 24 facto à 3 & 8 extremis. Hæc proprietas cõvertitur Si quatuor numeri ſunt proportionales, factus à medijs, æquat factum ab extremis: & contra ſi æquat, ſunt proportionales. Hæc proprietas propter admirabilẽ uſum, vulgò REGULA AUREA dicitur. Hinc patet inventio*
    - *Mediorum datis extremis. Nam diviſor facti ab extremis & quotus, ſunt medij proportionales, ut datis 4 & 3 extremis, factum ab ijs 12, dividens 2 & quotus 6, ſunt medij.*
    - *Quarti tribus datis. Nam ſi è tribus datis primus dividat factum à reliquis, quotus erit quartus proportionalis. 19. p. 9. ut è datis 4. 2. 6. primus 4 dividat factum à 2 & 6, quotus erit 3 quartus proportionalis. Quartus autem proportionalis ab exercitatis in arithmetica, ſine aurea regula frequenter expedietur ex ſola proportionis definitione, præſertim in ſuperparticularibus & multiplicibus. Ut ſi quæratur, ut 8 ad 12, ſic 10 ad quem? vel, ut 2 ad 4, ſic 3 ad quem? Illic videbunt ſecundum primi ſeſquialterum eſſe, hic duplum: ideóq; quartum tertio perinde rationalem eſſe, id eſt 15, id eſt 6. Ita ſi quæratur, cum imperij vectigal annuum eſt 12, tum Aſia pendit 4, ſi præterea 15 imperentur, quota erit Aſiæ portio? Reſpondebis 5. Nam ut 12 eſt triplus ad 4, ſic 15 triplus ad 5. In ſuperpartientibus & coniunctis rationibus id minus promptum fuerit. Sed tamen regulæ aureæ uſus per ſeſe immenſus eſt per omnia rationum genera. Eſt enim analogiſmus proportionis in arithmetica, quod ſyllogiſmus argumentationis in Logica.*
- *Species. Eſt enim aut*
  - *Disiuncta vel*
    - *Simplex terminis quatuor: eaq; vel*
      - *Directa: in qua conſider.*
        - *Ordo terminorũ: ut nempe primus primo loco ſit, ut cæteri ſuo: primuſq; ſit homogeneus tertio & ſecundus quarto: (idem ſic alternè quæri ſolet, & proportio tractatur commodius.) deniq; tertius ſit q facit quæſtionem. Sed interdum*
          - *Confuſius quæritur: tum enim termini in ordinem redigendi ſunt: ut ſi quæratur, quot horæ ſunt in 6 diebus, cum in 3 ſint 72. Hic quæſtio eſt tertij termini, quæſitoq; proportio ſic expedietur: 3 dies ſunt horæ 72: ergo ſex dies erunt horæ 144. Hic primus & tertius terminus ſunt homogenei, ſunt enim de diebus. ſecundus item & quartus ſunt homogenei, ſunt enim de horis: 4. tertius facit quæſtionem, quæ quarto proportionali invento ſolvitur.*
          - *Dantur tres termini, ſed obſcurius, ut ſi quæratur, $\frac{1}{4}$ quot ſunt $\overline{1\ 4}$? Hic terminos tres habes 4. 3. 12. Itaq; quarto proportionali invento reſpondebis $\frac{1}{4}$ eſſe $\frac{2}{3}$. Idem verò ſit quærere quot ſunt $\overline{1\ 2}$ in $\frac{1}{4}$?*
        - *Exempla. Vide ſignum* ☞
      - *Reciproca.*
    - *Multiplex terminis pluribus.*
  - *Continua.*

Exempla aureæ Regulæ.

- ☞ Principi proportionem antecedit alia quædã numeratio modò
  - Simplex
    - Integrorum
      - Vel
        - *Additio: ut Aromatum pondo 1000 in Luſitania empta ſunt nummis 10000 proq́ his uectigal penſitatum nummis 1000: naulum Rhotomagum uſq; fuerit 1000: ibi deinde uectigal 500. uectura Lutetiam uſq; 200: acceſſerit miniſtrorum impenſa 2000: mercator lucrari uult in ſingulas libras 4, id eſt, pro tota ſumma 4000: additis impenſis illis omnibus ſumma erit 18000. Iam dicito: 1000 pondo dant impenſas 18000: ergo 1 dat 18.*
        - *Subductio. Mercator emit centum libras 10 aureis, uendidit 12, quantũ lucri feciſſet ex aureis 100? Primò uidebis ſubducta ſorte à lucro, lucrum 10 aureorũ eſſe 2. Tum igitur per regulam auream dicito: 10 dant 2: ergo 100 dant 20. Item ſi libra 1 aureis empta uenderetur tantum 2. quanta eſſet iactura ex aureis 100? Hic cum uideris per ſubductionem ſortis à iactura, iacturam in 3 eſſe 1: tum dices per auream regulam: 3 perdunt 1: ergo 100 perdunt 33 $\frac{1}{3}$.*
      - Vel
        - Multiplicatio
          - Sola *Si enim confundantur res heterogeneæ, reducendæ ſunt prius ad idem genus: ut ſi quæratur: Hebdomadæ 3. horas habent 504. dies 4 quot horas habent? Hebdomadas tres rediges multiplicatione 7 ad dies 21: tumq́ dices, 21 dies ſunt horæ 504: ergo 4 ſunt 96.*
          - Cum
            - Additione
              1. *Mercator emit dolium uini aureis 8, lucrari uult 2, quanti pintam uendet? Hic rediges dolium ad 288 pintas (tot enim continet): item aureos 8 emptionis & 2 lucri, id eſt 10, ut precium utrunq́ coniungas, rediges ad denarios 6240, cum aureus ſit aſsium 52. Multiplica itaq; 10 aureos per 52 aſſes, & factum multiplica denuò per 12 denarios: uel breuius, multiplica 10 aureos per 624 denarios. Tum dices per auream regulam, 288 pintæ ualent denarios 6240: ergo 1 pinta ualet 21 $\frac{192}{288}$ id eſt $\frac{2}{3}$.*
              2. *Commuta tres aureos in aſſes, ſemiſſes, quadrantes, æquali ſingulorum generum numero, quot aſſes, quot ſemiſſes, quot quadrantes dabis? Commuta tres aureos in aſſes id eſt in 52, habes 156: deinde aſſes in minimam propoſitarum monetam, ut in quadrantes habebis 624, quales aſsis ualet 4, ſemiſsis 2, quadrans 1. Hi ualores 4.2.1. additi ſunt 7: unde proportio concludetur: 7 continet ſemel ſingula quæſita genera: ergo 624 continet octogies nouies cum $\frac{1}{7}$. Adde ſingula hæc genera aſsium, ſemiſsium quadrantum, ſumma aſsium redibit. Termini proportionis ita ſunt: 7.1.624.89 $\frac{1}{7}$.*
              3. *Eme 4 aureis æquali numero libras piperis, zingiberis, amygdalarum, ſaccari, quot è ſingulis generibus libras habebis? Redige, ut antea, aureos ad aſſes 208: tum uide quantum ex iis aſsibus ualeat libra ſingulorum generum: ut libra piperis 25, zingiberis 25, amygdalarum 5, ſaccari 12, preciis his additis, totum eſt 67 Iam proportionem conclude, 67 aſſes dant 1 libram ſingulorum generum: ergo 208 dant 3 $\frac{7}{67}$. Hæc (tam integra quàm partes) ſi multiplices preciis ſingulorum generum inuentum numerum, reſtitues 208 aſſes.*
            - *Subductione: ut Curſores duo Lutetia Romam contendunt, ſed primus 20 millia paſſuum quotidie conficit ſecundus 33, primus 6 diebus præceſſerit, quando ſecundus aſſequetur? Hic intelligis quotidie ſecundo tantundem eſſe conficiendum, quantum primus conficiat, & præterea 13. In primis igitur collige per multiplicationem iam confectum iter, habebis 120 millia: tum ſume 13 exuperantiam ſecundi, & dic: Secundus conficit 13 millia uno die ſupra primum, idem 120 millia, quot diebus ſupra eundem conficiet? Proportio ſic eſt: 13.120. 9 $\frac{3}{13}$.*
        - *Diuiſio. Vt 1 dolium ualet 4 coronatos, pintæ 2592 quantum ualebunt? Reduces pintas 2592 ad 9 dolia, diuidendo nempe 2592 per 288, quæ 1 dolium faciunt: & hinc alterni termini erunt homogenei. regulaq́ aurea tum ſic erit, 1 doliũ ualet 4 aureos: ergo 9 dolia ualebunt 36 aureos.*
    - *Fractorum. α*
  - *Comparata ſeu proportio. β*

Exempla aureæ regulæ.

a. *Atq; hæc exẽpla integrorum numerorum fuerunt: ſequẽtia ſunt fractorum: quorum numeratio eſt*

Facilior in partibus.

1. *Perſolueris æris alieni* $\frac{1}{3}$ *deinde* $\frac{1}{4}$ *& reſtent 10 aurei, quantum erat totum æs alienum? Minimus diuiduus à nominibus datarum partium adhibendus hic eſt, & in ſimilibus quæſtionibus, quoties pro numeris abſolutis cognomines partes ponuntur. Minimus igitur diuiduus à 3 & 4 eſt 12: cuius partes cognomines 4 & 3 additæ ſunt* $\frac{7}{12}$*: reliquum igitur eſt* $\frac{5}{12}$*. Vnde quæſtionis proportio concludetur 5 ualent 10 aureos, ergo 12 ualent 24.*

2. *Turris* $\frac{1}{3}$ *in terra latet,* $\frac{1}{4}$ *demergitur ſub aqua, reliqua pars 60 cubitis ſupra aquam eminet, quot igitur cubi in terra? quot in aqua? Partes additæ ſunt* $\frac{7}{12}$*: reliquum igitur* $\frac{5}{12}$ *ualent 60: unde concludes:*

   5 ualent 60: ergo { 4. 48. / 3. 36. }

3. *Duplex quæſtio Græcorum epigrãmatũ:*

   1. *De Statua Palladis: ad quam dimidium auri Chariſius dedit, octauã partem Theſpis, decimam Solon, uigeſimam Themiſon: reliqua talenta 9 & art. donum ſunt Ariſtodici. Quantum ſinguli contulerunt? Minimus diuiduus eſt 40: cuius partes cognomines ſunt 20. 5. 4. 2: quæ additæ ſunt* $\frac{31}{40}$*. Itaq; reliqua 9 ad complendum totum, ualent 9 propoſita. Hic accidit eundem eſſe numerũ propoſitum & reliquum, ut quartus ſit æqualis tertio: Proportio ſic eſſet: 9 dat 9: ergo*

      { 20, 5, 4, 2 } *dant* { 20, 5, 4, 2 } **Contulit igitur** { *Chariſius* 20. *Theſpis* 5. *Solon* 4. *Themiſon* 2. }

   2. *De numero armentorum Augeæ: ubi res alia eſt, numeri enim diuerſi ſunt. Augeam interrogauit Hercules multitudinem armentorum: ipſe uerò reſpondit, circa Alpheum dimidium, circa collem Saturni pars octaua, circa montem Tarax ppi duodecima, circa Elidem uigeſima, in Arcadia trigeſima paſcitur. Reliquos hîc quinquaginta greges uides. Quanti igitur erunt greges ſinguli? Minimus diuiduus eſt 120, cuius partes cognomines ſunt 60.15.10.6.4. quæ additæ ſunt* $\frac{95}{120}$*. Reliqua igitur 25, ad explendum totum ualent 50. ergo 120 ualent 240. Itaq;* $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{20}$ $\frac{1}{30}$ *ſunt 120.30.20.12.8. Totaq; proportio ſic erit: 120 dant 240: ergo*

      { 60, 15, 10, 6, 4 } *dant* { 120, 30, 20, 12, 8 }

Operoſior in terminis proportionis: Vt unius moletrinæ tres molæ molunt 12 horis modios, prima 18, ſecunda 13, tertia 8:

- *Quot horis uniuerſæ molent modios 24? Adde 18 13 8. habebis 39: prima quæſtio ſic erit: 39 modij moluntur 12 horis: ergo 24 moluntur horis 7* $\frac{5}{13}$*: pro quibus aſſumere poteſ* $\frac{96}{13}$ *reducendo per multiplicationem integro 7 in nomen 13 & addito numeratore 5. Hic antecedit unica additio.*

- *Quantum molent ſingulæ? Hic intercurrunt partes, in quibus uitandæ moleſtioris numerationis gratia pro 7.* $\frac{5}{13}$ *aſſumes* $\frac{96}{13}$*. Singulæ igitur quæſtiones ſic erunt. Mola*

  - *Prima molit 12 horis 18 modios: ergo* $\frac{96}{13}$ *molent 11* $\frac{1}{13}$*. Multiplica 96 per 18 & factum 1728 diuide per nomen 13, quotus erit 132* $\frac{12}{13}$ *quem diuide per primum 12, quotus erit 11* $\frac{1}{13}$*.*
  - *Secunda molit 12 horis 13: ergo* $\frac{96}{13}$ *dabunt 8.*
  - *Tertia molit 12 horis 8: ergo* $\frac{96}{13}$ *molit 4* $\frac{12}{13}$*. Multiplica 96 per 8 & factum 68 diuide per nomen 13, quotus erit 59* $\frac{1}{13}$*. quem diuide per primum 12, quotus erit 4* $\frac{12}{13}$*: cum his* $\frac{12}{13}$ *coniunge* $\frac{1}{13}$*, fiunt* $\frac{13}{13}$*.*

Exempla aureæ Regulæ.

Principē proportionem antecedit aliquando proportio uel

- *Arithmetica.* Putearius quidam puteum brachiorum 34 redemit effodiendum libris 60, cum uictu geminarum operarum. Effoſsis autem brachijs 20, ægrotare cœpit, mercedemq; debitam rogauit, quanta igitur ea eſt: Hic uictus nihil uariat, ſed arithmeticæ progreſsionis uſus hic eſt ante proportionis geometricæ concluſionem. Nam ſecundum brachium, laborem primi ferè continet, & tertium utriusq. & ſic deinceps arithmetica gradatione labor creſcit. Itaq; ſumma integræ progreſsionis 34 brachiorum eſt 595: & ſumma progreſsionis 20 brachiorum eſt 210. Iam ad proportionem conclude. ut 595 ad 60: ſic 210 ad 21 $\frac{3}{17}$.

- *Geometrica cū numeratione ſimplici aliqua: ut oſtēdūt exempla ſepiē:*
  1. Curſor Lutetia Lugdunū 5 diebus peruenit: curſor alius uelocior Lugduno Lutetiā idē iter 3 diebus cōficit: diſcedant hodie meridiano tempore,
     - Quando occurrent? Hic antecedit
       - Proportio duplex: Nam
         - Primus 5 diebus totum iter conficit: ergo uno die conficit $\frac{1}{5}$ itineris
         - Secundus 3 diebus conficit iter. ergo uno die conficit $\frac{1}{3}$ itineris.
       - Additio partium unica. Nam minimus diuiduus à 5 & 3 eſt 15, cuius partes cognomines 5 & 3 additæ, ſunt $\frac{8}{15}$ itineris, unde tota proportio concluditur: $\frac{8}{15}$ itineris conficiuntur 1 die: ergo $\frac{15}{15}$ id eſt 1 totum conficitur $\frac{15}{8}$ diei, id eſt, 1 die & ſequentis $\frac{7}{8}$. Hoc eſt tempus concurſus, id eſt perendie nona matutina.
     - Vbi occurrent? Hæc quæſtio deinde facilior eſt:
       - Primus 5 diebus conficit 1 totum, hoc eſt $\frac{1}{5}$: ergo $\frac{15}{8}$ conficiet $\frac{15}{40}$ itineris, id eſt $\frac{3}{8}$.
       - Secundus conficit 3 diebus 1 totū, hoc eſt $\frac{1}{3}$: ergo $\frac{15}{8}$ conficiet $\frac{15}{24}$ id eſt $\frac{5}{8}$.
       - Locus igitur cōcurſus erit
         - ad $\frac{3}{8}$ itineris à primo cōfecti.
         - ad $\frac{5}{8}$ à ſecundo confecti.
  2. E duobus architectis primus abſolueret ædificiū 10 diebus, cū ſecūdo abſolueret 14: quot igitur diebus ſecūdus ſolus abſolueret? Dicito primū 20 dies abſoluūt 1 id eſt totū: ergo
     - 14 abſoluet $\frac{14}{20}$ id eſt $\frac{7}{10}$.
     - ſecūdus abſoluet 14 dieb⁹ $\frac{3}{10}$.
     - Iam conclude:
       - $\frac{3}{10}$ fiunt 14 diebus.
       - ergo 1 totū hoc eſt $\frac{10}{10}$ fit diebus 46 & $\frac{2}{3}$ diei, id eſt horis 16.
  3. E quatuor architectis ædificiū totū abſolueret primus 1 anno, ſecūdus 2 tertius 3, quartus 4 Si omnes ſimul adhibeantur, quāto tempore abſoluent? Hic
     - Antecedis triplex
       - Proportio. Secundus 1 anno abſoluit totum opus: ergo uno anno abſoluit $\frac{1}{2}$ operis, tertius $\frac{1}{3}$, quartus $\frac{1}{4}$.
       - Additio partiū. Minimus enim diuiduus à 2 3 4 eſt 12: cuius partes cognomines 6. 4. 3 ſunt 13, q̄ additæ integro 12 faciūt $\frac{25}{12}$.
     - Concludes proportionem de architectis quatuor: $\frac{25}{12}$ fiunt 1 anno: ergo 1 totum, hoc eſt $\frac{12}{12}$ fiet $\frac{12}{25}$ unius anni, id eſt 5 menſibus & $\frac{19}{25}$ unius menſis.
  4. Leo fontis quatuor fiſtulas habet, quarum prima implet ſubiectū lacū 24 horis, ſecūda 36, tertia 48, quarta 6 ſi ſimul fluant, quot horis implebūt? Hic
     - Antecedis
       - Proportio quadruplex
         - 24 horæ implent 1: ergo 1 implet $\frac{1}{24}$ lacus.
         - 36 horæ implent 1: ergo 1 implet $\frac{1}{36}$ lacus.
         - 48 horæ implent 1: ergo 1 implet $\frac{1}{48}$ lacus.
         - 6 horæ implent 1: ergo 1 implet $\frac{1}{6}$ lacus.
       - Additio partium triplex. Minimus enim diuiduus eſt 144: cuius partes cognomines 6 4. 3. 24. additæ ſunt $\frac{37}{144}$ quæ implentur una hora.
     - Concludes: 37 partes lacus implentur 1 hora: ergo totum, hoc eſt 144 implentur $\frac{144}{37}$ id eſt 3 horis & $\frac{33}{37}$ unius horæ.
  5.
  6.
  7.

Exempla aureæ regulæ.

5. *Lacus fontis tres fiſtulas habet, quarũ prima uacuat lacum $\frac{1}{4}$ horæ, ſecunda $\frac{1}{2}$, tertia hora 1: quanto tempore fluentes ſimul omnes uacuant lacum? Hic antecedit*

- *Proportio triplex $\frac{1}{4}$ horæ uacuat ſemel, ergo 1 hora uacuat quater: item $\frac{1}{2}$ uacuat bis, 1 hora ſemel.*
- *Additio ſimplex & integrorum. Adde enim has uices, habes 7.*

Vnde concludes: Lacus uacuatur ſepties 1 hora: ergo uacuatur ſemel $\frac{1}{7}$ horæ: termini ita ſunt 7. 1. 1. $\frac{1}{7}$.

6. *E' duobus architectis primus abſolueret 30 diebus, ſecundus 40: tertio autem addito 15 diebus abſoluunt: quot diebus tertius ſolus abſoluiſſet? Hic*

- *Antecedit*
  - *Proportio duplex:*
    - *Primus 30 diebus abſolueret totum ædificium: ergo 15 diebus abſoluet $\frac{15}{30}$ ædificij, id eſt $\frac{1}{2}$.*
    - *Secundus abſolueret 40 diebus 1: ergo 15 diebus abſoluet $\frac{15}{40}$ id eſt $\frac{3}{8}$.*
  - *Subductio partium una. Reduc $\frac{1}{2}$ $\frac{3}{8}$ ad binas partes proportionales eiuſdem nominis, facies $\frac{8}{16}$ $\frac{6}{16}$: has adde, totus erit $\frac{14}{16}$: quæ ad minimos reductæ, dabunt $\frac{7}{8}$ per 2: nunc $\frac{7}{8}$ ſubductis ex $\frac{8}{8}$ reſtat $\frac{1}{8}$ quam tertius eſt effecturus illis 15 diebus: hoc eſt effecturus eſt $\frac{2}{16}$ quæ deſunt adhuc in $\frac{14}{16}$.*
- *Concludes: $\frac{1}{8}$ conficitur 15 diebus: ergo 1 totum hoc eſt $\frac{8}{8}$ efficitur 120 diebus.*

7. *Fons duas fiſtulas habet, prima implet lacum horis 4, ſi ſola fluat, ſecunda uacuat horis 11, ſi illa obſtructa ſit: ſi unà fluant, quot horis implebitur lacus? Hic*

- *Antecedit*
  - *Proportio duplex*
    - *4 Horæ implent lacum: 1 ergo hora implet $\frac{1}{4}$ lacus.*
    - *11 Horæ uacuant lacũ: ergo 1 hora uacuat $\frac{1}{11}$ lacus.*
  - *Subductio partium una. Reduc $\frac{1}{11}$ $\frac{1}{4}$ ad binas partes proportionales, facies $\frac{4}{44}$ $\frac{11}{44}$: iam tolle $\frac{4}{44}$ ab $\frac{11}{44}$ ut ſola impletio maneat, reſtabunt $\frac{7}{44}$ lacus, quæ implentur 1 hora.*
- *Concludes quæſtionis proportionẽ: $\frac{7}{44}$ lacus implentur 1 hora, ergo 44 implentur $\frac{44}{7}$ horæ id eſt 6 horis & $\frac{2}{7}$ unius horæ.*

De Reciprocatione.

proportio reciproca eſt, quando eſt ut primus terminus primæ rationis ad primum terminum ſecundæ: ſic ſecundus terminus ſecundæ eſt ad ſecundum primæ: ubi homogeneorum tantum ratio ſumenda eſt, ut potentiarum inter ſe, temporum inter ſe, pretiorum inter ſe, menſurarũ inter ſe: termini igitur in reciprocatione homogenei faciunt rationem: tum'q; de terminis reciprocæ proportionis tertius quæritur. Itaq; factus ab extremis, diuiſus per datum, è medijs alterum, dabit reliquum in quoto. Hac proportione utendum eſt, quoties auctis uel minutis momentis res contrà minuuntur uel augentur, pro ratione potentiæ, temporis, ponderis, pretij menſura. Quod diligenter animaduertendum eſt, ne periculoſo errore directa proportio pro reciproca concludatur, quod facilius è numeratis rebus animaduerti poteſt, quàm ex ipſa numerorum natura. Terminus autem idem ſæpius iteratus, reijciendus eſt:

1. *Si quæſtio ſit de aratione 10 iugerum & dicatur, 15 boues arant 8 diebus: ergo 20 boues arabunt 6 diebus. Exemplum quæſtionis & concluſionis ſic erit, ut reciprocatio cernatur:*

15	20
8	6

Nam ut ſe habent 15 ad 20, ita 6 ad 8: utrobiq; enim eſt ratio ſubſeſquitertia. Multiplicatur igitur 15 per 8, & factus diuiſus per 20, dabit 6 in quoto. Eadem proportio inuerſo terminorum ordine concluditur ſic. 6. 15. 8. 20. ubi de tribus datis terminis (15. 8. 20.) 20 ultimo loco prolatus erit primus: 15 primo loco propoſitus, erit ultimus: 6 autem quæſitus erit tandem proportionis inuerſæ ultimus. Nam 20 dant 8: ergo 15 dant 6: hoc modo:

15 ╳ 20
8 ╱╲ 6.

2. *Pondus 20 librarum deſcendit horis 2: pondus igitur 40 librarum deſcendit 1 hora. Proportionis termini ita ſunt.*

20	40
2	1

3. *Amphora uini una ſufficit 3 dies 30 conuiuis, eadem 6 diebus, quot conuiuis ſufficiet? Termini proportionis ita ſunt*

3	6
30	15

4. *Cum modius tritici uenit 5 aureis, tum panis eſt 4 unciarum: ergo cum uenit 3, panis erit unciarum 6 $\frac{2}{3}$. Sic*

5	3.
4	6 $\frac{2}{3}$.

De Compoſita proportione per additionem.

Multiplex proportio eſt ubi termini plures quatuor uſurpantur, idq́ uel

- **Compoſitione quæ eſt uel**
  - **Prima, ut**
    - *Additio, cum termini proportiōis adduntur. Sunt autē plures additiones, quæ uerò in populari uſu eſt, eſt additio omnium antecedentium ad omnes cōſequentes: ubi dantur conſequentes quidē additi, antecedentes aūt ſeparati. tumq́ antecedentes omnes adduntur & ſeparati ad omnes conſequentes concluduntur. Itaq́ ſola fit hîc additio antecedentium ad primum proportionis terminum conſtituendum. Hæc compoſitio, uulgò regula ſocietatis dicitur. Nobilitas eius exemplis illuſtretur.*
      1. *Duorum ſociorum primus contulit aureos 8, ſecundus 6. unde lucrati ſunt aureos 7: quantum ſingulis accedit? Quæſtio additis antecedentib. ita ſoluetur: 14 dāt 7: ergo* { 8, 6 } dant { 4, 3 } & cōtrà ſors cōcluditur: 7 dant 14. ergo { 4, 3 } dant { 8, 6. }
      2. *Aurei 100 tribus ea conditione partiendi ſunt, ut primus triplo plus habeat, quàm ſecundus, & ſecundus quadruplo quàm tertius: quota pars erit ſingulorum? Hîc ab extremo incipe: Si tertius habeat 1, ſecundus habebit 4. primus 12: quibus additis conclude, 17 dant 200. ergo*
         - 12 — 141 $\frac{3}{17}$
         - 4 — 47 $\frac{1}{17}$
         - 1. — 11. $\frac{13}{17}$
      3. *Octo creditoribus debentur aurei, primo 100, ſecundo 86, tertio 75, quarto 60, quinto 54, ſexto 32, ſeptimo 24, octauo 15. Sed bona debitoris tantùm ualent aureos 150: Itaq́ omnibus omnino ſatisfieri non poteſt. Ac ſi totam ſummam primo ſummo iure perſolueris, ſummam cæteris iniuriam facies. Ad compoſitionis igitur æquitatem recurretur: quantum ſingulis pro rata bonorū portione ſoluendum ſit, ex additis antecedentibus ita concludes: 446 dant 150: ergo*
         - 100 — 33 $\frac{141}{223}$
         - 86 — 28 $\frac{206}{223}$
         - 75 — 25 $\frac{50}{223}$
         - 60 — 20 $\frac{40}{223}$
         - 54 — 18 $\frac{36}{223}$
         - 32 — 10 $\frac{170}{223}$
         - 24 — 8 $\frac{16}{223}$
         - 15 — 5 $\frac{10}{223}$
      4. *Tres partiuntur 100, ea conditione, ut primus capiat $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{4}$ ſecundus $\frac{1}{4}$ & $\frac{1}{5}$, tertius $\frac{1}{5}$ & $\frac{1}{6}$. Sumes primò minimū diuiduū 60, cuius diuiſores datis partibus cognomines ſunt 20 & 15 pro primo, 15 & 12 pro ſecundo, 12 & 10 pro tertio. quibus primū ſeperatim additis, ſunt 35. 27. 22. Deinde ſimul ſunt 84. Conclude igitur: 84 dant 100: ergo*
         - 35 — 41 $\frac{2}{3}$
         - 27 — 32 $\frac{1}{7}$
         - 22 — 26 $\frac{4}{21}$
      5. *Quatuor ſic partiūtur 600 aureos, ut primus habeat $\frac{2}{3}$ & 9 aureos, ſecūdus $\frac{3}{5}$ & 8, tertius $\frac{5}{6}$ & 7. quartus $\frac{7}{8}$ & 6 In hoc exemplo quinq́ ſuperiorum diſsimilia diſtinguemus*
         1. *A' nominibus propoſitarum partium aſſumendus minimus diuiduus eſt ſic erit 120.*
         2. *Partes cognomines inueniendæ: ſic $\frac{1}{3}$ eſt 40: $\frac{1}{5}$ eſt 24: $\frac{1}{6}$ eſt 20: $\frac{1}{8}$ eſt 15.*
         3. *Inuētæ per ſuos numeros multiplicādæ. Itaq́ $\frac{2}{3}$ erūt 80: $\frac{3}{5}$ erūt 72: $\frac{5}{6}$ 100. $\frac{7}{8}$ 105 quæ addita erunt pro antecedentib. additis.*
         4. *A' 600 ſumma diuidenda tollantur integri numeri 9. 8. 7. 6. id eſt 30 manebunt 570 pro additis conſequentibus.*
         5. *Inuentis quartis proportionalibus addes primo 9, ſecundo 8, tertio 7, quarto 6.* ——

         Totū exemplū ſic erit: 357 dant 570: ergo
         - 80 — 136 $\frac{87}{119}$
         - 72 — 122 $\frac{114}{119}$
         - 100 — 166 $\frac{79}{119}$
         - 105 — 173 $\frac{77}{119}$
    - *Alligatio.*
  - **Secunda.**
- **Continuatione.**

De Alliga-

De Alligatione.

Alligatio eſt uariorum generum permiſtio, unde mediũ temperatur: ut in granis, liquoribus, metallis, precijs, põderibus, menſuris, omnibusq́ rerum, quæ quidem miſceri temperariq́ poſſunt, generibus. In rebus autem Phyſicis mirabiliter excellit hæc ſpecies compoſitionis altera, ut ſuperior excelluit in politicis. Per ſe uerò alligatio nulla eſt proportio, ſæpè tamen proportione utitur, & quidem ſæpè ſuperiore proportionis additione. Alligatio eſt mediĳ uel

Quæſiti: quæ datis extremis quærit medium diuiſione additorum per ipſorum numerum: ut ſi duo ſint extrema per 2: ſi tria per 3 & ſic deinceps. Vt modius tritici 16 ſolidorum, cum modio ſecalis 12 miſcendus ſit, addes 16 & 12, & totum 28 diuides per 2, quotus 14 oſtendet pretium tertĳ miſti. Hic medium eſt Arithmeticum quoties extrema duo ſunt. Si miſcendus ſit cum utroq́ modius hordei 19 ſolidorum, tria pretia addita 37 diuidantur per 3, quotus 12 $\frac{1}{3}$ oſtendet pretium quarti miſti.

Dati, quæ eſt æquatio dati medĳ per inæqualium extremorũ alternas ab eo differentias: æquatur autem medium datũ nunc menſura, nunc pondere, nunc numero quæſitorum generum. In alligatione autem proponuntur numeri uel

Tres, ubi mediũ æquatur uel

Menſura: ut ſi è duobus uini generibus, quorum primi pinta ualeat denarios 6, ſecundi 12, miſcendum ſit cuius pinta ualeat 10: alternæ differentiæ extremorum 6 & 12 à medio 10 erunt 2 & 4: quæ ſignificabunt, ſi duæ pintæ ſumantur primi generis, 4 aſſumendas ſecundi: itaq́ ſi pintæ ſex miſcendæ ſint, alligatio ſine ulla proportione perfecta erit, ut hîc uides

	6.	2
10		
	12.	4

Sed alligationis quæſtio rara eſt ſine proportionis additione. Vt ſi unus ſextarius temperandus eſſet è duobus illis generibus, tum alligatione facta, diceretur non peti 6, ſed 1. Itaq́ proportionis additio (nãm 2 & 4 ſunt 6) id explicaret hoc modo. 6 redeunt ad 1: ergo 2 redibunt ad $\frac{2}{6}$ id eſt $\frac{1}{3}$: 4 redibunt ad $\frac{4}{6}$ id eſt ad $\frac{2}{3}$: totaq́ quæſtio ſic erit:

	6	2	2	$\frac{1}{3}$
10		6.1.		
	12	4	4	$\frac{2}{3}$.

Pondere: qualis eſt in permiſcendis metallis quotidiana ratio. Vt ſi aurifex habeat 100 pondo argenti, quorum quodlibet ualeat 17: item alteram habeat infimam maſſam, cuius pondo ualeat 24: quantum argenti è ſecunda maſſa addet primæ, ut pondo ualeat 22, & quantum omnino futurum eſt? Alligatio alternarum differentiarum ſic erit:

	17.	2
22		
	24.	5

Vnde concludes 2 pondo primi argenti, requirunt 5 pondo ſecundi: ergo requirunt 250: quibus adde 100 è prima maſſa, habebis 350 pondo miſti argenti.

Plures, & tũ extrema ad unum medium perpetuò conferendi & differentiæ ad unum extremum alligandæ & per additionẽ colligendæ. Etſi multitudo differentiarum fuerit

Par, numeri ſemel alligãtur. Mercator emerit 400 pondo aromatũ ſextuplicis generis (ficuũ, amygdalarum, zingiberis, piperis, nucum myriſticarũ, croci) libellis 200, & quærat quot pondo ſingulorũ generũ ſit acceptu rus. Poſitis igitur ſingulorũ generum pretĳs, primi 6, ſecundi 7, tertĳ 9, quarti 11, quinti 12, ſexti 16, mediũ ſumatur in medio & ſit 10. Alligatio ſic erit:

	6.	6	6.	$141\frac{3}{17}$
	7.	2	2	$47\frac{1}{17}$
	9.	1	1	$23\frac{9}{17}$
10		17.400		
	11.	1	1	$23\frac{9}{17}$
	12.	3	3	$70\frac{10}{17}$
	16.	4	4	$94\frac{2}{17}$.

Impar, unus & idem ſæpius alligatur. Vt, uini genera quatuor ſunto, primiq́ amphora ualeat 7, ſecundi 9, tertĳ 10, quarti 12, et miſcenda ſint amphoræ 300, quæ ſingulæ ualeant 11, diſpoſitis terminis, differentijsq́ alternè alligatis tota quæſtio ſic erit

	7.	1	1	30
	9.	2	2	30
	10.	1	1	30.
11		10.300		
	12.	4. 21	7.	210.

De Com-

De Compoſita Proportione per multiplicationem ſolam.

Cōpoſitio terminorū primo eiuſmodi fuit in additione, & cōtra deductio quædā in alligatione: ſecunda ſequitur quæ fit terminis multiplicatis, cū pro binis ſimplicibus aſſumūtur duo ab ijs facti. Sed interdū eſt

- *Multiplicatio ſola: ubi cōſidet.*
  - *Exempla*
    - *Multiplicationis ſolius*

1. *Aurei 3 menſibus 2 lucrantur aureos 6: aurei 4 menſibus 3 quot lucrabuntur? Termini ſic erunt:*

3	6	4	
2		3	
6.	6.	12.	12

Nam per 3 & 2 ſumes 6 factū & pro 3 & 4 12 factum. Facti autem nomē accipient ab utrolibet factore: ut hîc dices uel aurei 6 lucrantur aureos 6, uel menſes 6 lucrantur aureos 6. Verum ubi accidet terminum antecedentis æqualem eſſe termino conſequentis, ijs ſublatis, tres reliqui proportionem eandem concludent, quia facti per eundem ſunt: ut hîc reiectis 3 & 3, concludes nihilominus 2. 6. 4. 12.

2. *Modius tritici 15 ſolidorum dat panem 8 unciarum, 2 denarijs. Ergo modius 20 ſolidorum dat panem 15 unciarum, 5 denarijs. Exemplum ſic eſt:*

15	2	20	
8		15	
120.	2	300.	5.

Vel ſic, ſublatis terminis æqualibus 8. 2. 15. 5.

3. *Pondo 100 milliaria 20, uehuntur 36 libellis: ergo pondo 50, milliaria 12, uehuntur libellis 10.*

4. *Boues 10 arant diebus 7 iugera 35: ergo boues 20 arabunt diebus 24 iugera 140.*

- *Alligationis primæ ſeu medij quæſiti: quæ hac cōpoſitione ſæpè explicatur. Vt cū miſcentur*
  - *Integra*

1. *Sunto 10 modij tritici aſſium ſedenorum ſecalis 18 duodenorum: facti à 10 & 16, item ab 18 & 12 ſunt 160, 216 & ex ijs additis totus 376: numeri rerum 10 & 18 ſunt 28: tum demũ proportio concludet: 28 dant 376: ergo 1 dabit 13 $\frac{3}{7}$. Exemplum ſic erit:*

$\frac{10}{16}$ 160 $\frac{18}{12}$ 216 28. 376. 1. 13. $\frac{3}{7}$

2. *Sunto eadem genera frumenti modij 54 tritici, precij 16: ſecalis 30, precij 12: hordei 23, precij 10: procedes ut antea. Exemplum ſic erit:*

54	16.	864	107. 1454. 1. 13 $\frac{63}{107}$.
30	12.	360	
23	10.	230	

  - *Partes generum: tum enim pro partibus ſumitur ab ijs minimus diuiduus & partes dati cognomines. Eſto pondo caryophili 36 aſſium, cinnami 15, piperis 13, & uelis miſcere primi generis $\frac{1}{2}$. ſecūdi $\frac{1}{3}$, tertij $\frac{1}{4}$. Minimus diuiduus ab ijs partibus eſt 12 & partes cognomines ſunt 6. 4. 3. totumq́; exemplum ſic erit:*

6	36	216	13. 315. 1. 24 $\frac{3}{13}$.
4	15	60	
3	13	39	

  - *Inuerſio. Proportio enim hæc tractatur interdū*
    - *Reciprocè: multiplicatis inter ſe primo & quinto, item ſecundo & quarto ad factionem primi & tertij: ut 2 meſſores demetūt 6 iugera 4 diebus 8 meſſores 12 iugera quot diebus demetēt? reperies 2. Exemplum ſic erit*

2.	4.	8
6		12
24		48
4		2

Factus enim ab extremis 24 & 4 diuiſus per 48 datum è medijs alterū dat reliquum 2 in quoto.

    - *Inuerſè ſic: 2. 24. 4 48. Vbi de tribus datis terminis, ultimo loco prolatus 48, erit primus: 24 primo loco propoſitus, erit ultimus: quæſitus autem erit tandem proportionis inuerſæ ultimus: ſic:*

24 ╳ 48
4 ╳ 2

- *Multiplicatio & additio.*

De Compoſita proportione per multiplicationem & additionem.

Compoſitio multiplicationis & additionis, eſt quæ oblatos terminos primò multiplicat, tum ab illis factos addit. Hic conſid. exempla

Multiplicationis & additionis

1. *Trium mercatorum primus contulit aureos 44 per 8 menſes, ſecundus 32 per 6 menſes, tertius 24 per 4 menſes, unde lucrati ſunt aureos 80: quantum ſingulis ex hoc lucro cedet? Multiplica ſortem quamq; cum ſuo tempore, primi compoſitus erit 325, ſecundi 192, tertij 96, & ſingulis iam additis dicito:*

	352	44
640 dant 80. ergo	192	24
	96	12

2. *Legio habet pedites 6100, equites 726, & peditis ſtipendium eſt 4 aurei, equitis 9, præda aureorum 2000 his diuidenda: quantum ſingulis dabitur? Multiplica numeros perſonarum & ſtipendiorum, primus factus erit 24400, ſecundus 6534, tum facti addantur, erunt 30934: & dic:*

	24400	1577 $\frac{8\ 5\ 4\ 2}{3\ 5\ 4\ 6\ 7}$
30934 dant 2000: ergo		
	6534	422 $\frac{6\ 9\ 1\ 6}{3\ 5\ 4\ 6\ 7}$

3. *Canonici 12 & ſacellani 20, partiuntur quotannis aureos 3000, ſed ea lege ut canonicus 5 capiat quoties ſacellanus 4: quantum igitur eorum ſtipendium eſt annuum? Multiplica numeros perſonarum & ſtipendium: primus erit 60, ſecundus 80, qui additi ſunt 140: dic igitur:*

	60	1285 $\frac{5}{7}$
140 dant 3000: ergo		
	80	1714 $\frac{2}{7}$

4. *Interdum faciendi complures è varijs generibus ſortium & temporum, in unum tandem omnes addendi. Vide exemplum apud Ramum.*

Alligationis. In hanc enim ſpeciem etiam alligationes ignoti medij incidit, quoties maior expetetur numerus: ut in illo frumentorum exemplo, ſi pro 13 expeterentur 100: exemplum ſic eſſet:

	6	46 $\frac{2}{13}$
13. 100	4	30 $\frac{10}{13}$
	3	23 $\frac{1}{13}$

De Proportione terminis continuata.

Proportio multiplex terminis compoſita adhuc fuit, ſupereſt terminis continuata: quando antecedentis rationis aliquis terminus continuatur in conſequente, ut

Inuentio minimorum numerorũ in datis rationibus. Hic cõſid.

Theorema ex 4. p. 8.

1. *Si datis rationibus quotlibet in minimis terminis proportionales ad ſecundum & tertium minimi multiplicent obliquè terminos duarum primarum rationum, facti erunt continuè minimi in datis rationibus, ut hic:*

5. 6. 4. 3	*Si ſumas minimos ad 6 & 4 habebis 3 & 2: tum ſi multiplices obliquè 6 & 5 per 2, facies 12 & 10. Item ſi per 3 multiplices obliquè 4 & 3 facies 12 & 9 continuè minimos in datis rationibus: ut enim 5 ad 6: ita 10 ad 12: & ut 4 ad 3, ſic 12 ad 9.*
10. 12. 9	

2. *Si proportionales ad poſtremò inuentum & antecedentem conſequentis rationis minimi, multiplicent obliquè, alter inuentos, alter ſequentes omnes: facti erunt continuè minimi in datis rationibus: ut hic:*

2. 3.	4. 5.	6. 7	*In hoc exemplo proportionales ad 15 poſtremò inuentum, & 6 antecedentem ſequentis rationis, minimi ſunt 5 & 2, qui multiplicatione obliqua fecerunt 16. 24. 30. 35.*
8. 12.	15		
16. 24.	30,	35.	

Exemplum ex l. 13. De liber. & poſthu. Si ita ſcriptum ſit, ſi mihi filius natus fuerit, ex beſſe hæres eſto, ex reliqua parte uxor mea hæres eſto. Si uerò filia mihi nata fuerit, ex triente hæres eſto, ex reliqua parte uxor. Et ſi filius & filia nati eſſent, dicendum eſt, aſſem diſtribuendum eſſe in 7 partes, ut ex his filius 4, uxor 2, filia 1 habeat. Hic igitur ex uoluntate teſtatoris tres numeri inueniendi continuè minimi in datis rationibus 2. 1. 2. 1. qui erunt, 4. 2. 1. Ac ſi hæreditas fuerit 70 coronatorum, ex additis illis terminis quæſtio hereiſcundæ familiæ ita ſoluetur.

	4.	40
7 dant 70: ergo	2.	20
	1.	10

Aequatio.

De Aequatione.

Eiuſmodi igitur eſt inuentio minimorum in datis rationibus: ſupereſt æquatio, id eſt continuatio duorum ordinum binis numeris proportionalium: 18. d 5 Itaq́ extremis remotis medijs ſunt proportionales. Aequatio eſt uel

Ordinata, quæ eſt æquatio ſecundum eundem ordinem numerorum 19 d. 5 Itaq́ primi ſecundis, ſecundi tertijs ſunt proportionales: ut hic uides:

9.	6.	3	*Vt enim 9. ad 6: ſic 12 ad 8: & ut 6 ad 3 ſic 8 ad 4.*
12.	8.	4	

Perturbata, quando fuerit ut primi ordinis primus ad ſecundum, ſic ſecundi ſecundus ad tertium: utq́ primi ſecundus ad tertium ſic ſecundi primus ad ſecundum 20. d 5. ut hic uides:

9.	8.	6	*Vt enim 9 ad 8, ſic 18 ad 16: item ut 8 ad 6, ſic 24 ad 18.*
24.	18.	16.	

De Continua proportione.

Proportio disiuncta generatim deſcripta eſt, iam tempus eſt de continua dicendi: quando quæ ratio eſt primi termini ad ſecundum, eadem eſt ſecundi ad tertium. 9. d 5. ut in 2 4. 8. Proportio cõtinua (ut disiuncta) eſt uel

Simplex in trib. terminis: in qua eſt proprietas duplex:

1. Si tres numeri ſunt continuè proportionales, maximus & minimus maiores ſunt medio ut in 2. 4. 8: 10 ſuperant 4: nec tamen conuertitur.

2. Factus à medio, eſt æqualis facto ab extremis. 20. p 7: eſtq́ reciproca. Vt 16 factus à 4 medio eſt æqualis ipſi 16 facto à 2 & 8 extremis: & uiciſsim, cum æqualitas iſta ſit, tres numeri ſunt proportionales. Hinc iuxta 18 p 9. patet inuentio proportionalis ſiue

Medij. Nam ſi factum à duobus tertius per ſe diuiſerit, erit medius proportionalis, ut 4 per 4 diuidit 16 factũ à 2 & 8, & medius eſt proportionalis inter 2 & 8.

Extremi. Nam ſi primus diuiſerit factum à ſecundo, quotus erit illis tertius proportionalis, ut datis 2 & 4. primus diuidat 16 factum à ſecundo, quotus 8 erit tertius illis continuè proportionalis. Hinc uaria ſequuntur. Si duo numeri habeant tertium proportionalem, erunt compoſiti. ut in eodem exemplo 2 & 4. Ideóq; ex 16 p 9. ſi primi ſint inter ſe, non habebunt proportionalem tertium, ut in 2 3. Nam ſi 9 factum à 3 diuidas per 2, quotus erit 4 ½ qui numerus non eſt integer.

Multiplex in longius continuis: tumq́ ratio primi ad ſecundum duplicatur in tertio, triplicatur in quarto & ſic deinceps uno minus: 10. d. 5. ut in 1. 2. 4 ratio 1 ad 4 eſt ratio 1 ad 2 duplicata id eſt bis poſita & ita per ſe multiplicata: in 1. 2. 4. 8 ratio 1 ad 8 eſt triplicata, id eſt ter poſita & ita per ſe multiplicata. In hac progreſsione plurima ſpectari poſſunt: ut ſi primus diuidat ſecundũ diuidet & ſequentes omnes. 6 p. 8. ſi diuidat ultimũ diuidet ſecundũ 7. p. 8. ſed præcipuè ſpectatur

1. Inuentio terminorum: Terminorũ quidem multiplorum inuentio facilis eſt, multiplicando ultimum per nomen rationis. 2 p 8 in alijs autem generibus non eſt facilis. Theorema tamen inuentionis huius commune, è datis duobus cuiuſcunq́ rationis, ſic eſt: Si duo datæ rationis numeri multiplicentur uterq́ per utrunq́, fient tres continuè proportionales datis: tum ſi facti tres multiplicentur per datum antecedentem, denuoq́ ultimus per datum conſequentem, quatuor fient cõtinuè proportionales datis & ſic deinceps multiplicando factos per datum antecedentem, & ultimum per datum conſequentẽ, inuenientur quotlibet in data ratione, ut hic uides.

2 3

4 6 9

8 12 18 27

16 24 36 54 81.

Ex hac inuentione duplex inuentio alia, ſeu duplex conſectarium ſequitur:

1. Si duo numeri habuerint continuè medios proportionales datis, habebunt medios totidem 8 p 8 Vt in hac continuatione 1. 2. 4. 8. 16. 32: inter 2 & 16 incidunt duo ſimiles 4 & 8: atq́ etiam inter ſimilis rationis 4 & 32 incidunt duo ſimiles 8 & 16.

2. Quot continuè medios habent primi inter ſe, totidem habent ad unitatem 9. p. 8. Et quot medios habent duo numeri & unitas, dati totidem habent ut inter 8 & 27 primos (extremi enim ſunt primi, ſi dati ſint minimi. 2. & 3 p. 8. 23 24 p. 7.) incidunt duo medij 12 & 18 tot item inter 8 & 1, nempe 4 & 2: & totidẽ inter 27 & 1, nempe 9 & 3. Ex hoc ſecundo conſectario ſequitur inuentio cuiuſcunq́ optati termini è multiplicibus. Vide ☞

2. Summa.

¶ Si termini progreſsionis arithmeticæ ab unitate, terminis geometricæ progreſsionis à datæ rationis primo multitudinis numero reſpōdeant: factus à duobus geometricis, erit progreſsionis ſuæ terminus uno maior quàm eſt ſimul: uterq; arithmeticorum multiplicatis reſpondentiū: ut in hac progreſsione

- *Dupla.* 1. 2. 3. 4. 5. 6 / 1 2 4 8 16 32. 64 — *Si quæras terminū progreſsionis octauum, adde arithmeticos terminos conſtituentes ſeptimum, ut 3 & 4. & multiplica geometricos ijs reſpondentes 8 & 16, facies 128 octauum terminum progreſsionis.*
- *Tripla.* 1. 2. 3. 4. 5. / 1. 3 9 27. 81. 243 — *Si quæras decimum, multiplica 243 per 81 reſpondentes arithmeticis 4 & 5; conſtituentibus nonum, facies 19683 decimum terminum.*

De inuenienda ſumma progreſsionis geometricæ.

Atq; hæc de inuentione continuorum, ſequitur ſumma: in qua conſider.

- *Theorema ex 13 p. 9. Si tollatur primus à ſecundo & ultimo: erit ut reliquus ſecundi ad primum, ſic reliquus ultimi ad ultimum præcedentes omnes. Ideóq; ſi quartus (qui ſic erit ad reliquum ultimi, ut reliquus ſecundi ad primum.) addatur ultimo, totus erit ſumma: ut hîc in progreſsione*
  - *Rarua.* 2 4 8 / 2 6 — *Tollatur 2 à 4 & ab 8: ut 2 reliquus ſecundi eſt ad primum 2, ſic 6 reliquus ultimi eſt ad 4 & 2 præcedentes: utrobiq; enim eſt æqualitas. Proportionales igitur ſunt. 2. 2. 6 6. Iam addatur 6 ultimo 8, ſumma progreſsionis erit 14.*
  - *Maiore.* 2 4 8 16 32 64 / 2 62 — *Tollatur 2 à 4 & 64, manent 2 & 62: utq; 2 eſt ad 2, ſic 62 ad præcedentes, ideóq; æqualis eſt illis, proportionalesq; ita ſunt. 2. 2. 62. 62 Quapropter 62 addantur 64. totus 126 erit progreſsionis ſumma.*
- *Regula plura ponderandi paucis ponderibus, quæ deducitur è geometrica progreſsione, & libripendi ſingularem commoditatē ſuppeditat. Libræ itaq; terminis duplæ & triplæ continuationis comprahenſæ, totidem cognominibus ponderibus appenduntur. Id uerò fit nunc additione ponderis ad pondus, nunc ſubductione & ad oppoſitam lancem additione. Sic in ratione*
  - *Dupla, libræ uſque ad*
    - *Septem, appenduntur tribus ponderibus, quorum primum unius libræ, ſecundum binarium, id eſt duarum librarū, tertium quaternarium: quia progreſsionis 1. 2. 4 termini, tantum comprahendunt.*
    - *Quindecim appenduntur 4 ponderibus hac progreſsione ſignificatis. 1. 2. 4. 8.*
    - *Triginta unum ponderibus huius continuationis appenduntur 1. 2. 4. 8. 16.*
  - *Tripla libræ uſque ad*
    - *Quadraginta appenduntur ponderibus 4 hac progreſsione ſignificatis. 1 3. 9. 27. Vt ſi uelis efficere 21 libras, pone in altera lance 27 & 3: in altera uero 9. Si 20 libras petis, pone in altera 27 & 3, in altera 9 & 1. Si 22 petis, pone in alterá 27 & 3 & 1. in altera 9.*
    - *Centum uiginti unum appenduntur his 5 ponderibus 1. 3. 9. 27. 81.*

Finis Arithmeticæ.

PETRI RAMI.

GEOMETRIA.

Lectori S.

ARithmeticæ utilitates ſunt eximiæ: at humanas dices, ſi ad Geometriam reſpexeris. Vnde Plato dixit τὸν θεὸν ἀεὶ μάλιστα γεωμετρεῖν, Deum ſemper tanquam diceres terrimetiri: hoc eſt ratione, proportione, ſimilitudine omnes mundi partes exornare & dimetiri: ut Plutarchus octauo ſympoſiacon ſecũdo problemate interpretatur. Etenim cum Deus immenſitatis æternæ ſpacia definire ſtatueret, Geometria in primis uſus eſt, quæ longitudinũ, latitudinẽ profundorũ ſpatia terminaret, omniumq; ſymmetriã, rationem, proportionem, ſimilitudinẽ diſcerneret, quę aërem leuitate ſublime tolleret, aquam terramq; pondere deprimeret, quæ deniq; cœleſtes globos ita tornaret, ut ad conuerſionis motum nihil rotundius effingi, nihil aptius expoliri poſſet. Itaq; mundi architęctus ille ſummus, in fabricando machinandoq; uniuerſitatis opificio Geometriam in primis adhibuit, neq; Plato quicquam magnificentius locutus eſt, cum dixit, Deum μάλιστα πάντων γεωμετρεῖν. Vſus autem Geometriæ, uſu atq; opere Geometrico multò ſplendidior apparebit, quàm præceptis, cùm animaduertes aſtronomos, geographos, geodetas, nautas, mechanicos, architectos, pictores, ſtatuarios in deſcriptione & dimenſione aſtrorum, regionum, fundorum, æquorum, machinarum, ædificiorum, tabularum, ſignorum nihil aliud, quàm Geometria uti: ſicuti grammatica, rhetorica, logica, plenius & abundantius percipiuntur ex uſu poëtarum, oratorum, philoſophorum, quàm è dictatis grammaticorum, rhetorum, logicorum.

P. RAMI GEOMETRIAE

TABVLA GENERALIS.

- Geometriæ ſubiectū eſt magnitudo: in qua conſider. (Dichotomia. Eſt enim magnitudo vel)
  - Cōmunes affectiones à
    - Numero
      - Symmetria.
      - Ratio.
    - Seipſis
      - Congruentia ἐφαρμόζειν.
      - Adſcriptio
        - Inſcriptio.
        - Circumſcriptio.
  - (Lineatum: in quo conſider.)
    - Lineæ: affectiones
      - Vnius
        - Rectitudo.
        - Obliquitas.
      - Duarū
        - Perpendiculum.
        - Parallelismus.
    - Affectiones
      - Angulus
        - Rectus.
        - Obliquus
          - Obtuſus.
          - Acutus.
      - Figura in qua cōſid.
        - Partes
          - Centrum.
          - Perimeter.
          - Radius.
          - Diameter.
          - Altitudo.
        - Affectiones
          - Vnius figuræ —
            - Ordinatio.
            - Primatus.
            - Ratio.
          - Duarum in
            - Ratione iſoperimetrarum.
            - Proportione primarum.
            - Similitudine.
    - (Species)
      - Superficies, cuius eſt Geometria. Eſt autem ſuperficies vel
        - (Plana)
          - Linea, cuius affectiones
            - Anguli biſectio.
            - Perpendiculum.
            - Parallelismus.
            - Proportio.
          - (Figura)
            - (Genera:)
              - (Rectilineum)
                - Triangulum
                  - Affectiones
                    - Geometria unius.
                    - Comparatio duorum.
                  - Partitio in
                    - Rectangulū, cuius Geodeſia per Radiū.
                    - Obliquangulum
                      - Obtuſangulum.
                      - Acutangulum.
                - Triāgulatum
                  - Quadrāgulum
                    - Parallelogrammum
                      - Rectāgulū
                        - Quadratū.
                        - Oblongum.
                      - Obliquāgulū
                        - Rhombus.
                        - Rhōboides.
                    - Trapezium.
                  - Multangulum.
              - Obliquilineum ut Circulus.
            - Adſcriptio.
        - Gibba
          - Sphærica.
          - Varium.
      - Corpus, ubi Stereometria ſolidorum Solidum eſt
        - Planum
          - Pyramis.
          - Pyramidatum
            - Priſma
              - Pentaëdrum.
              - E'ptaëdris
                - Hexaëdrum
                  - Parallelipipedum
                    - Cubus.
                    - Oblōgū.
                  - Trapezium.
                - Polyēdrum.
            - Polyedrum.
        - Gibbum
          - Sphæra.
          - Varium
            - Conus.
            - Cylindrus.

De Magnitudinis affectionibus.

Geometria eſt ars benè metiendi. Res autē ad benè metiendum propoſita eſt magnitudo, quæ eſt quantitas continua. Continuum eſt, cuius partes communi termino continentur. Terminus eſt magnitudinis extremum. Itaq; magnitudo infinitè & creatur & continetur, & ſecatur iiſdem quibus terminatur. Punctum eſt ſignum in magnitudine indiuiduū. In magnitudine conſiderantur;

- *Communes affectiones* ſunt
  - Numero
    - *Symmetria. Magnitudines ſymmetræ ſunt, quas eadem menſura metitur: aſymmetræ contra. 1 2 d. 10. Vt magnitudines altera pedalis, altera bipedalis ſunt ſymmetræ, quia magnitudo pedis unius utramq; metitur. primā ſemel, ſecundam bis At quædam magnitudines menſuram communem non habent: ut diagonius quadrati & latus, ad 11. 6. p. 10. actu aſymmetra ſunt. Diagonius tamen & latus potentia ſymmetra ſunt, per ſua nempe quadrata, quia quadratum diagonii duplum eſt ad quadratum lateris.*
    - *Ratio. Rationales magnitudines ſunt, quarum ratio eſt explicabilis numero data menſura: irrationales contra. è 5 d. 10 Irrationalium genera 13. libro decimo elementorum docentur. Huc pertinent 6. 11 16. 17 p. 13.*
  - Seipſis.
    - *Congruentia. Magnitudines congruæ ſunt, quarum partes applicatæ partibus æqualem locum occupant. Hic conſider.* ἐφαρμόσιως*, id eſt. congruentia.*
      - *Definitio:* ἐφάρμοσις *uel,* ἐφαρμογὴ*, congruentia, ut Euclidi & Proclo dicitur, eſt duarum magnitudinum, quando prima primis, media mediis extrema extremis, partes denique partibus uſquequaq; reſpondent.*
      - *Vſus. Nam*
        - *In lineis & ſuperficiebus* ἐφάρμοσις *multis in Geometria locis uſurpatur In primis hinc oritur axioma illud axiomatum Euclidis primum, Quæ eidem æqualia: &c. applicatione enim &* ἐφαρμόσει *magnitudinibus id cōuenit. Sic triangula cōgruūt ad 4. & 8. p. 1. ex quarum propoſitionum fundamento innumerabilia deinceps concluduntur ut eorum omnium fundamentum ſit* ἐφάρμοσις*. Sic* ἐφάρμοσις *poſtea erit menſura æqualium angulorum, quæ ipſa ferè geometriæ anima eſt.*
        - *Corpora ſi congruant, uidentur tantum congruere per ſuperficies, ut patet ex 10. d 11. Et tamen hoc ipſo quia æqualia ſunt, eundem & æqualem locum occupant Hoc* ἐφαρμόσεως *genere corpora liquidorum ſiccorumq; omnium metimur, replendo nempe æqualem locum. Sic monetarij monetas ex æquipondijs laminis æqualis loci repletione æquales indicant.*
      - *Axioma 8. Magnitudines congruæ ſunt æquales. Hoc axioma non eſt reciprocum: neque congruentia atq; æqualitas reciprocantur. Triangulum parallelogrammo æquari poteſt, neq; tamen omninò congruere: & ſic circulo quæritur æquale quadratum quamuis incongruū, quia* ὁμοειδῆ *ſimilia ſpecie tantum congruere poſſunt, ut Proclus ait ad 4 p 1. Itaq; etiam parallelogramma nō congrua poſſunt æquari, ut patet ad 35. 36. p. 1.*
    - *Adſcriptio. Magnitudines adſcriptæ ſunt inter ſe, quando unius termini alterius terminis terminantur: quæ eſt intra, dicitur inſcripta: circumſcripta quæ extra. Hæc definitio generalis facta eſt è ſpecialib. ſeptē definitionib. 2. 3, 4. 5. 6, 7, d. 4. In adſcriptione conſider.*
      - Species
        - *Inſcriptio.*
        - *Circumſcriptio.*
      - *Vſus, Nam adſcriptionis & circuli uſus magna myſteria declarat per rationes adſcriptorum, quæ clauis eſt præſtantiſsimæ per ſubtenſas circulo doctrinæ: quas recentiores Sinus uocant.*
- *Diſſonomia.*

De Linea & Angulis.

- **Cõmunes affectiones magnitudinis expoſitæ ſũt: ſequitur dichotomia, quæ adhuc nobis occurrit. Eſt enim magnitudo aut**
  - **Linea, q̃ eſt magnitudo tantũ longa.** Euclides negãdo definit 2.d.1. Lineæ terminus eſt punctum.3.d.1. In linea cõſider. affectiones uel
    - *Unius & ſolius ſunt*
      - *Rectitudo.* Linea recta eſt linea, quæ intra ſuos terminos æqualiter interiacet. 4.d.1. Itaq; recta eſt breuiſſima intra eoſdem terminos. Conſectarium eſt Archimedis.
      - **Obliquitas.** Obliqua linea eſt, quæ intra ſuos terminos inæqualiter interiacet
        - *Tactus.* Linea enim obliqua tãgitur à recta uel obliqua, quando ambæ ita cõcurrunt, ut continuatæ non interſecentur. Tactus itaq; proprius eſt obliquæ lineæ ad lineam rectam uel obliquam ut conſtat è 2. & 3.d.3.
          - Recta circulum tangere dicitur, quæ tangens circulum & producta non ſecat circulum. 2 d.3.
          - Circuli ſeſe tangere dicuntur, qui tangentes ſeſe non ſecant 3 d.3.
        - *Species. Lineæ enim obliquæ eſt aut*
          - *Peripheria*, quæ diſtat æqualiter à medio comprehenſi ſpacij. Itaq; fit conuerſione lineæ, altero termino quieſcente, altero lineante.
          - *Helix*, quæ diſtat inæqualiter à medio utcunq; cõprahenſi ſpacij: Huius tortuoſæ lineæ uariæ ſpecies ſunt, ut
            - Arithmetica, quæ eſt Archimedis helix.
            - Conchois.
            - Cittois.
            - Τετραγωνίζουσα, cuius ope circulus quadratur.
            - Admirabilis.
            - Conica
              - Ellipſis.
              - Hyperbole.
              - Parabole.
    - *Duarũ ſunt*
      - *Perpendiculum.* Lineæ inter ſe rectæ ſunt, quarum altera in alteram incidens æqualiter interiacet: obliquæ contrà è 10.d.1. Itaq; ſi recta eſt perpendicularis rectæ, eſt ab eodem termino & eadem parte ſingularis. è 13 p.11. Nam ſi plures eſſent, altera accliuaret, neq; æqualiter interiaceret.
      - *Paralleliſmus.* Lineæ parallelæ ſunt, quæ ubiq; diſtant æqualiter. è 35. d.1. Itaq; lineæ eidem parallelæ ſunt inter ſe parallelæ. 30 p.1.
  - *Lineatum, quod eſt magnitudo pluſ quàm longa. In eo cõſid.*
    - *Affectiones, quæ in tota ratione geometricarũ rerum utranq; ferè pagmam faciũt: ut*
      - *Angulus, quod eſt lineatum in cõmuni ſectione terminorũ. Hæc definitio quantum negotij fecerit ueteribus mathematicis, oſtendit ipſorum controuerſia apud Proclum. 8.d.1. Euclides. 8.d.1. & 11.d.11. definit ex inclinatione linearũ. Hic conſid.*
        - *Crura, quæ ſunt termini cõprahendentes angulum. Crura Euclides in triangulo æquicruro tantum nominat, latera alias appellat. In his cõſider.*
          - *Homogenia.* Anguli homogenei ſunt anguli crurib. & crurum concurſu genere ijdem.
          - *Congruẽtia.* Anguli cruribus congrui ſunt æquales. Hoc axioma prætermiſſum in elemẽtis geometricis magnas obſcuritates peperit: benè autem et ex ordine conſtitutũ per magnam lucem afferet. Veritas autem eius eſt è prima illa ἐφαρμόζοντα luce: quia duo lineata hic unum eſt ἐφαρμοσθέντα. Itaq;
            1. Si angulus angulo æquicrurus æquatur baſi, eſt æqualis: & ſi eſt æqualis, æquatur baſi: ex 8. & 4.p.1.
            2. Si æqualis baſi eſt æquicrurus, æquatur.
            3. Si angulus angulo æquicrurus eſt maior baſi, eſt maior: & ſi eſt maior, eſt maior baſi. è 25. & 24.p.1.
            4. Si æqualis baſi eſt minor interioribus cruribus, eſt maior
            5. Si dati anguli crurib. ad datum punctũ crura homogenea æquentur baſi, æquabunt angulum dato. è 23 p.1. & 26 p.11.
        - *Species. Angulus.n. eſt aut*
          - *Rectus*, cuius crura inter ſe ſunt recta. 10.d.1. Itaq; anguli recti cruri recti ſunt æquales.
          - *Obliquus*, cuius crura ſunt inter ſe obliqua: eſtq; aut
            - Obtuſus, qui eſt maior recto. 11 d.1.
            - Acutus, qui eſt minor recto 12.d.1.
      - *Figura.*
    - *Species.*

De Figura.

Figura eſt lineatum undiq; terminatū. Sic triangulum eſt figura, quia eſt planum tribus lateribus undiq; terminatū. Sic circulus eſt figura, quia eſt planum una peripheria undiq; terminatum Euclides 14. d.1 figuram definit, quod ab aliquo aut aliquibus terminis comprehenditur. In

- *Partes figuræ ſunt*
  - *Centrum eſt punctum in figura medium. Id Euclides 16.d.1. & 16. d. 11. uidetur rotundæ figuræ propriè attribuere.*
  - *Perimeter eſt comprehenſio figuræ.*
  - *Radius eſt recta à centro ad perimetrum. Platoni in Timæo ἀκτίν. In geometricis elementis nuſquam appellatur, ſed periphraſis perpetua, Quæ ex centro.*
  - *Diameter eſt recta inſcripta figuræ per centrū, ut in 17. d & 34. p. 1. & 17. d. 39 p. 11. Hic conſider.*
    - *Appellationes. Nam in*
      - *Planis & rectilineis propriè diagonius dicitur, quādo terminatur oppoſitis angulis. ut 28 p. 11.*
      - *Solidis propriè axis dicitur.*
    - *Quæ linea ſit diameter. Vt enim ex infinitis per totam figuram punctis unicum centrum eſt: ſic ex inæqualibus lineis infinitis per totam figuram ea ſola diameter eſt, quæ per centrū tranſit. Itaq;*
      - *Diametri in eadem figura ſunt infinitæ.*
      - *Centrū figuræ eſt in*
        - *Diametro.*
        - *Concurſu diametrorum.*
  - *Altitudo eſt perpendicularis à uertice figuræ ad baſim 4 d. 6.*
- *Tota figura ſunt affectiones*
  - *Vnius figuræ*
    - Ordinatio *Figura ordinata eſt figura æquitermina & æquiāgula. Hæc definitio nominatim non eſt in elementis Euclidis, ſed ex 25 26. 27. 28. 29. d 11. ſumi poteſt Theon τεταγμένον σχῆμα, Pappus & alij Græci τεταγμένον [illegible]. Cāpanus regulare uocat. Ordinata igitur ſunt in*
      - Planis
        - Rectilineis.
          - *Triāgulū æquilaterū.*
          - Quadratum.
        - Obliquilineis circulus, quia
          - *æquiterminus.*
          - *æquiangulus.*
      - Solidis
        - *Planis*
          - *Pyramidibus tetraëdrum.*
          - *Priſmatis cubus.*
          - *Polyedris tria*
            - *octaëdrum.*
            - *dodecaëdrū.*
            - *icoſaëdrum.*
        - *Obliquilineis, ſphæra.*
    - *Primatus. Figura prima eſt figura in alias ſimpliciores figuras indiuidua. Sic prima figura eſt in*
      - *Planis triangulum: à quo omnia plana oriuntur.*
      - *Solidis pyramis, à qua omnia corpora oriuntur.*
    - *Ratio. Figura rationalis eſt quæ comprehenditur à baſi & altitudine rationalibus inter ſe. Sic Euclides 1. d 2. dicit rectangulum comprehendi à duabus rectis inter ſe, quippe multiplicatis. Geometrica enim comprehenſio eſt interdum uelut in numeris multiplicatio. Itaq; ſi dederis baſim & altitudinem rationales, ut earum ratio ſit explicabilis numero datæ menſuræ, tum numeris laterum multiplicatis explicabitur magnitudo figuræ. Generis huius definitio eſt 20 p 10. de rectangulo rationali & 16. 17 d 7. in definiendo plano & ſolido numero. Tales enim numeri ſignificant figuras rationales explicabiles numero, & numeri multiplicati inter ſe facientes numeros illos planos. ſolidoſq;. latera figurati numeri dicuntur ab Euclide in illis definitionibus. Figura itaq; rationalis ſit duobus rationalibus lateribus inter ſe multiplicatis: tales figuræ tandem erunt in planis parallelogrāmum rectangulū, in ſolidis rectis priſma & cylindrus: unde reliquarū omniū figurarū ratio & menſura capitur. Itaq; numerus figuræ rationalis figuratus dicatur, & numeri unde ſit, latera figurati.*
  - *Duarum. Vide* ☞

De Figuræ affectionibus.

☞ Duarum figurarũ comparatio eſt in

- Ratione figurarum iſoperimetrorũ, ex qua, ſumma figurarum capacitas & perfectio concluditur. Nam
  - *Figuræ iſoperimetræ ſunt figuræ æqualis perimetri. Sic triangulum perimetri 16 pedum eſt iſoperimetrum triangulo 16 pedum, quadrato 16 pedum & circulo 16 pedum: nec iſoperimetria homogeniam figurarum requirit, ſed tantum æqualem ambitum. Vnde manifeſtus eſt error Mathematicorum, qui figuras iſoperimetras definiunt, quæ intra eundem orbem inſcriptæ ſunt, uel quarum anguli eundem ambitum capiunt: cum æqualis & inæqualis perimetri figuræ in eundem orbem inſcribi poſſint, & triangulũ quadratumq; eodem circulo inſcripta capiant illud tribus, hoc quatuor angulis eundem ambitum, neq; tamen ſint iſoperimetra, & circuli ipſi inter ſe ad talem definitionem nunquam eſſent iſoperimetri. Definitio illa fuit Omniſancti in Cuſani Cardinalis matheſin interpretis, quo errore imbuti poſtea multi ψευδογραφίαν latiſſimè propagarunt.*
  - *Ex iſoperimetris homogeneis ordinatius eſt maius ex heterogeneis ordinatius terminatius. Hic conſider.*
    - *Exempla. Sic ex*
      - *Homogeneis triangulum æquilaterum maius eſt iſoperimetro inæquilatero & æquicrurum uario. Sic in quadrangulis quadratum maius non quadrato: ſic oblongum ordinatius eſt maius minus ordinato oblongo.*
      - *Heterogeneis*
        - *Planis quadratum maius eſt triãgulo & circulus quadrato, quia quadratum eſt πολυγωνιώτερον & pluribus terminis cõſtat quàm triangulum, & circulus quàm quadratum. Zenodorus in planis τὸ πολυγωνιώτερον, ſeu τὸ πολυπλευρώτερον (quod in planis idem eſt) maius efficit.*
        - *Solidis icoſaëdrum maius eſt dodecaëdro. Pappus in ſolidis πολυεδρώτερον maius efficit, quod in ſolidis non ſit idem quod πολυγωνιώτερον.*
    - *Pſeudographia Nam ex huius rationis ignoratione ψευδογραφία infiniti per omnes humanæ uitæ partes erroris orta eſt, Iſoperimetra eſſe æqualia. Hinc enim geodæſia in agrorum dimenſionibus fraudulenta, hinc geographia in regionibus & inſulis mendax & mendoſa, cum geographi metiuntur inſulas numero dierũ, quibus circumeuntur & circumnauigantur. Metire iſoperimetris menſuris altera cylindracea, altera cubica frumentum, longè inæqualem capacitatem reperies.*
- Proportione primarũ figurarũ. Proportio numerorum geometrica, dicitur in arithmeticis regulis aurea regula: hæc uerò proportio figurarum in geometricis figuris longè ampliſſima materia laudis aurea quoq; poſſit appellari. Pertinet enim non ad primas ſolùm (ut triangulũ, pyramidem) ſed argumẽto proportionis ad primorum multiplices, ut triangulatũ pyramidatũ. Proportio primarũ figurarũ hæc duplex eſt:
  - *Directa in æqualitis. Nam ſi figuræ primæ ſunt æqualtæ, ſunt ut baſes: & contra. Hoc directam proportionis geometricæ in primis aurum ex arithmetica lege directæ proportionis deriuatũ eſt, non eſt tamen rationale, nec explicabile numero in primis ipſis figuris, ſed tantum in earũ quibuſdam æquemultiplicibus, quæ ſuis ſimplicibus ſunt proportionales. His conſid. axiomatis propoſiti.*
    - *Cauſa, quæ è logico proportionis axiomate æque maiorum patet in arithmeticis ſi numeri numeros multiplicent, facti erũt proportionales multiplicatis. Itaq; æquealterum uis explicabilis eſt in figuris rationalibus. In planis parallelogramma ſunt duplicia triangulorum: in ſolidis priſmata ſunt triplicia pyramidum, cylindri triplices conorum.*
    - *Fœcunditas per uniuerſam geometriam. Hinc enim oriuntur in elementis*
      - *Propoſitiones nouendecim: 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41 p 1. 1. p. 6. 25. 29. 30. 31. 32. p. 11. 4. 5. 6. 11. 13. 14. p. 12. Item 2 & 18. p. 12.*
      - *Conſectaria innumerabilia quæ per uniuerſam geometriam è 1 p 6. ducuntur.*
    - *Cõuerſio, figuræ primæ ut baſes ſunt æqualtæ: nempe, uni facti ſunt proportionales multiplicatis, numerus idem multiplicauit. Itaq; ſi ſunt in baſi æquali, ſunt æquales. Sic triangula ſic parallelogramma (quæ eſt 35 36 37. 38 p. 1. quò poſſunt etiam referri 39. & 40. p 1.) Sic cæteræ figuræ propoſitæ in æquali baſi æquantur.*
  - *Reciproca. Vide ſignum. **
- *Similitudine. Vide ſignum. †*

De Figuræ affectionibus.

* *Si figuræ primæ ſunt reciprocæ baſi & altitudine, ſunt æquales & contrà. Euclides 2. d. 6. reciprocationem figuris tanquam propriam attribuit: cum reciprocatio res ſit omnino arithmetica. Hîc conſid. axiomatis propoſiti*
  - *Cauſa, quæ ex ipſa areæ proportionis in arithmeticis lege eſt, quia bis bina latera ſunt proportionalia, ideóq; factæ ab ijs areæ ſunt æquales.*
  - *Fœcunditas. Hîc enim conſumptæ ſunt 14.15.p.6.34.p.11.9.15. p. 12.*
  - *Conuerſio, nam ex eadem proportionis lege, quia areæ ſunt æquales, termini quatuor ſunt proportionales.*

† *In Similitudine figurarum cõſider.*

- *Definitio. Figuræ ſimiles ſunt figuræ æquiangulæ & proportionales cruribus æqualium angulorum. Similitudo hæc non primarum modò figurarum eſt & à primis multiplicium, ſed omnino omnium: eius definitio magnam Geometris anxietatem attulit, ut in unoquoq; figuræ genere noua ſimilitudinis definitio facta ſit. 21.d.7.1.d.6.10 d.3.7.9. 24.d.11. Conſectaria 4. hîc ſunt:*
  1. *Habent homologos terminos æqualibus angulis ſubtenſos, & æquales, ſi ipſæ ſint æquales. Homologi autem termini ſunt è ſumptis proportionalibus primus & tertius, ſecundus & quartus, id eſt alterni. Homologia enim & ἐναλλὰξ à 11. & 12. d 5. eadem res eſt.*
  2. *Similiter ſitæ ſunt, quando termini proportionales ſimili ſitu reſpondent: cum nempe ſupera ſuperis, infera inferis, & reliquæ loci differentiæ congruunt. Situs ille ſimilis neceſſariò erigitur ad 26. & 27 p.6.*
  3. *Similes eidem, ſunt ſimiles inter ſe. Euclides ſpeciale id fecit de rectilineis ſimilibus. 21.p.6.*
  4. *Si partibus datæ figuræ partes ad datum terminum ſimiles ſimiliterq; ſitæ conſtituantur, figura conſtituetur ſimilis datæ ſimiliterq; ſita. Hæc fabrica ſpecialiter proponitur ad 18 p.6. & 27 p.11.*
- *Comparatio. Nam figuræ ſimiles habent rationem homologorum laterũ æquemultiplicatã dimenſionibus, & medium proportionale una minus. In hoc axiomate conſider.*
  - Partes.
    - *Prior. Nam figuræ*
      - *Planæ duarum ſunt dimenſionũ: itaq; habent duplicatam rationem homologorum laterum: ut eſt 18 p.8.*
      - *Solidæ trium ſunt dimenſionum: itaq; habent triplicatam rationem homologorum laterum: ut eſt 19.p.8.*
    - *Secunda de medio proportionali Nam inter duas ſimiles figuras planas, eſt una media proportionalis, inter duas ſolidas ſunt duæ. Euclidis de planis eſt 18. & 20.p. 8. de ſolidis eſt 19. & 21. p. 8. Cauſaq; tantum eſt arithmetica. Nam ſi duplicata ratio eſt numeri ad numerum, neceſſe eſt ex continuorum lege unum intereſſe proportionalem, cuius cum primo etiam ſit illa duplicata ratio: ſi triplicata, neceſſe eſt duos intereſſe.*
  - *Labor angorq; Euclidis & Theonis tot locis diſperſas eius micas conſectantium: 10.d.5.20.23. p.6.5.18.19.p.8.33 p.11.1.8.12.18.p.12.*
  - Conſectaria duo:
    1. *Si lineæ rectæ ſint continuè proportionales una plures dimenſionibus figurarum ſimilium ad primam ſecundamq; ſimiliter ſitarum, ut prima recta eſt ad ultimam, ſic prima figura eſt ad ſecundam: & contrà. De triangulis & triangulatis conſectaria ſunt Euclidis ad 19. & 20.p.6. Atq; in hoc conſectario uia patet cuiuſcũq; datæ figuræ duplicandæ, triplicandæ & data ratione augendæ. Nam ut prima recta erit ad ultimam, ſic figura prima erit ad ſecundam.*
    2. *Si quatuor rectæ ſint proportionales, figuræ ſimiles ad eas ſimiliter ſitæ ſunt proportionales. Euclidis eſt 22.p.6. de omnibus rectilineis ſimilibus & 37.p.11. de parallelepipedis.*

Figuræ replentes locum ſunt, quæ circa idem punctum quolibet modo collocatæ nihil inane relinquunt. Tales ſunt in

- Planis
  - *Triangulum.*
  - Quadratum.
  - Oblongum.
  - Sexangulum.
- Solidis
  - *Pyramis.*
  - Cubus.
  - Octaëdrum.

Figura rotunda eſt, cuius radij omnes æquantur. Itaq;

- *Diametri in rotundo biſecantur radijs æqualibus: quia dimidia ſunt radij.*
- *Rotunda diametrorum æqualium ſunt æqualia. è 1. d. 3.*

De lineis & angulis in plano.

- *Hactenus de affectionibus lineati. Species eius duæ ſunt*
  - *Superficies, quod eſt lineatum duntaxat latum. 5. d. 1. Superficiei terminus eſt linea. 6. d. 1. Superficies eſt vel*
    - *Plana, quæ æqualiter intra ſuos terminos interiacet. è 7. d. 1. Hic conſider. plana*
      - *Lineæ: in qua conſid.*
        - *Poſtulata tria*
          1. *A' puncto ad punctum rectum ducere. 1 & 2 poſt. 1. Ducendæ verò rectæ in plano geometricum inſtrumentum dicitur Amuſsis, Ptolemæo regula. Continuatio autem rectæ nihil aliud poſtulat, quàm prolongationem iam ductæ rectæ, & quidem à puncto ad punctum. Quare primum & ſecundum poſtulatum Euclidis in unum conueniunt.*
          2. *Rectam ponere ad datum punctum æqualem datæ, & à maiore ſecare æqualem minori. 2. 3. p. 1 Itaq; recta una duæq; interſectæ ſunt in eadem plano. è 1 & 2. p. 11.*
          3. *Data recta peripheriam deſcribere. Hæc fabrica eſt è 3 poſtulato. Dato centro & interuallo circulum deſcribere Circinus verò è geometricis inſtrumentis inſtrumentum longè præſtantiſsimum eſt, cuiusq; machinatione nobiles geometræ prodiderunt omnia geometriæ problemata confici poſſe: & extat Ioanbaptiſtæ liber, quòd una circini apertura omnia Euclidis problemata reſoluantur: & Cardanus lib 5. ſubtilitatum ſcribit à ſe & Ferrario inuentam circini opera omnium ab Euclide demonſtratorũ demonſtrationem. Itaq; radij eiuſdem vel æqualis peripheriæ ſunt æquales.*
        - *Affectiones:*
          - *Anguli biſectio.*
            1. *Si duæ æquales peripheriæ à terminis æqualium crurum dati anguli rectilinei ante concurrant, recta à concurſu ad verticem biſecabit angulum. 9 p 1.*
            2. *Si duæ peripheriæ æquales à terminis datæ rectæ utrinq; cõcurrant, recta per concurſus biſecabit datam 10 p. 1.*
          - *Perpendiculum: in quo cõſider.*
            - *Inſtrumenta duo:*
              - *Norma. Regula primum fuit inſtrumentum geometræ in dirigendis lineis: circinus ſecundum in deſcribenda peripheria. Norma verò eſt tertiũ inſtrumẽtũ in linea recta rectè erigẽda in eodem plano ſuper rectam, atq; inde ſuperficiem & corpus ſuperficiem corpus'ue.*
              - *Perpẽdiculũ, quod è plũbo & filo a rectis phyſicũ eſt, quia grauia ſuo põdere rectis lineis ad perpendiculum feruntur. Inſtrumentum duplex eſt:*
                - *Primum ad explorandum perpendiculum ſublime, ut utrum columna vel ſtructura quæuis recta ſit ad planum horizontis, nec quoquam acclinet.*
                - *Secundum ad explorandum planiciem plano horizontis parallelam. Itaq; cũ filum ab angulo recto in medium baſis inciderit, indicabit libratam magnitudinem, Latini libram vel libellam vocant.*
            - *Axioma 1 & 3.*
              1. *Si recta in rectam perpendicularis inſiſtit, facit angulos deinceps rectos: & contrà. Itaq;*
                 1. *Si recta inſiſtit in rectam, æquat deinceps angulos duobus rectis: & contrà. è 13. & 14. p. 1. Nam duo tales anguli cum duobus rectis eundem locum occupant.*
                 2. *Si duæ rectæ interſecantur, æquant angulos ad verticem, & omnes, quatuor rectis 15. p. 1. Quia cum quatuor rectis eundem locum occupant.*
                 3. *Si rectis recta ſectis interiores eadem parte anguli ſunt maiores duobus rectis, oppoſiti minores ſunt.*
              2. *Si à dato datæ rectæ infinitæ puncto duæ partes utrinq; ſecentur æquales, & à punctis ſectionum duæ æquales peripheriæ concurrant, recta à dato puncto in concurſum erit perpendicularis ſuper datam. 11 p. 1.*
              3. *Si pars datæ rectæ infinitæ ſecetur à peripheria à dato extra puncto, recta à dicto puncto biſecans dictam partem erit perpendicularis ſuper datam 12. p. 1.*
          - *Parallelismus. a.*
          - *Proportio. b.*
      - *Figura.*
    - *Gibba.*
  - *Corpus.*

- **a. De paralleliſmo duo axiomata:**
  - 1. Si duæ rectæ in eodem plano nuſquam concurrunt, ſunt parallelæ. è 35. d. 1. Itaq; ſi recta infinita ſecat alteram è rectis parallelis infinitis, ſecabit reliquam.
  - 2. Si rectæ rectā ſectæ ſunt parallelæ, æquant angulos interiores eadem parte duobus rectis, & inter ſe alternos & exteriorem interiori oppoſito: & contrà. 29. 28. 27 p. 1. Itaq;
    - 1. Si rectæ rectā connexæ faciunt interiores angulos eadem parte minores duobus rectis, eodem continuatæ concurrent.
    - 2. Recta connectens rectas parallelas eſt in earum plano. 7 p. 11.
    - 3. Si recta à dato puncto cum data faciat angulum, anguli facto æquati & alterni crus alterum erit parallelum datæ rectæ 31. p. 1.
    - 4. Anguli crurum alternè parallelarum ſunt æquales.
    - 5. Si parallelæ conterminent parallelas, oppoſitæ æquantur è 34. p. 1.
    - 6. Si rectæ conterminent eadem parte æquales, & parallelas, ſunt æquales & parallelæ. 33 p. 1.
- **b. Si lineæ rectæ parallelis pluribus rectis interſecātur, inter ſegmenta ſunt proportionalia è 2 p. 6 & 17 p. 11. Hoc elementumq; eſt magnæ fœcunditatis. Hinc enim eſt**
  - Sectio lineæ ſecundum datam rationem. Si recta cum data faciens angulum ſecetur data ratione, parallela à ſegmentorum terminis in finem datæ & cōtingens in ea punctum ſecabunt datam data ratione. Euclides ex hac materia fecit 9. & 10. p 6.
  - Inuentio proportionalis
    - Tertiæ. Si duæ rectæ facientes angulum continuentur, prima æqualiter ſecundæ, ſecunda infinitè: parallelæ à terminis primæ continuationis in principium ſecundæ & contingens in ea punctum interſecabunt tertiam proportionalem 11. p 6.
    - Quartæ. Si è datis tribus rectis prima tertiaq; facientes angulum continuentur, prima æqualiter ſecundæ, tertia infinitè: parallelæ à terminis primæ continuationis in principium ſecundæ & contingens in ea punctum interſecabunt quartam proportionalem. 12. p 6.

De Triangulo.

- **In figura plana cōſider.**
  - Genera. Eſt enim plana aut
    - Rectilineū, quod cōprehēditur à lineis rectis. 9. 20. d. 1. Rectilineum æquat angulos rectis, interiores quidem generatim binario paribus, externos aūt quaternis. Eſtq; uel
      - Triangulū, quod comprehenditur à tribus lineis rectis. 21 d. 1. Itaq; triangulum eſt prima figura rectilineorū. axio. 12 In triangulo conſid.
        - Affectiones.
          - Geometria unius, in comparatione uel
            - Simplici, in
              - Laterum
                - Ratione. Trianguli duo quælibet latera ſunt maiora reliquo. 20. p. 1. Itaq;
                  - Si tres rectæ ſint duæ quælibet maiores reliqua, peripheriæq; à terminis unius interuallis reliquarū concurrent radij à concurſu ad dictos terminos cōſtituent triangulum 22 p. 1.
                  - Si duæ æquales peripheriæ à terminis datæ rectæ eiuſq; interuallo concurrant, rectæ à concurſu ad dictos terminos conſtituent triangulum æquilaterū ſuper datam. 1 p 1.
                - Proportione. Si recta in triāgulo eſt parallela baſi, ſecat crura proportionaliter: et cōtra 2. p. 6.
              - Angulorum ratione. Nam
                - Trianguli tres anguli ſunt æquales duob9 rectis. 32. p. 1. Itaq;
                  - 1. Trianguli duo quilibet anguli ſunt minores duobus rectis. 17. p. 1.
                  - 2. Cōtinuato latere, exterior angulus æquatur duobus interioribus oppoſitis. 32. p. 1
                  - 3. Eſt maior utrolibet interiore oppoſitu 16 p 1.
                - Si triāgulū: eſt æquicrurū, eſt in baſi æquiāgulū: et cōtra: 5. & 6. p. 1. Itaq;
                  - 1. Si trianguli æqua crura continuentur, anguli ſub baſim æquabuntur. 5 p 1.
                  - 2. Si triangulū eſt æquilaterum eſt æquiangulum: & contra.
                  - 3. Angulus trianguli æquilateri, ualet duas tertias recti.
                  - 4. Triangula ſex æquilatera cōplent locum.
                - Trianguli maius latus ſubtendit maiorem angulum, & maior angulus ſubtenditur à maiore latere. 19. & 18 p. 1.
            - Miſtæ proportionis. Si recta in triangulo biſecat angulum, ſecat baſim ratione crurum: & contra. 3 p. 6.
          - Comparatio duorum. a.
        - Partitio. b.
      - Triangulatum.
    - Obliquilineum.
  - Adſcriptio.

De Trian-

De Triangulo.

- *a. Duorum triangulorũ comparatio eſt in*
  - *Ratione*
    - *Aequalitatis*
      1. *Triangula æquilatera ſunt æquiangula. 8 p 1.*
      2. *Si duo triangula æquantur angulis uel duobus æquicruris, uel binis æqualis, aut cruris, aut baſis duorum, ſunt æquilatera. 4 & 26. p. 1.*
      3. *Triangula æquantur ternis angulis. Itaq; ſi bini anguli duorum triangulorum æquantur, reliqui æquantur.*
    - *Inæqualitatis.*
      1. *Si triangulum triangulo æquicrurum eſt maius baſi, eſt maius angulo: & contra. 25. & 24 p 1.*
      2. *Si triangulum triangulo in eadem baſi eſt minus interioribus cruribus, eſt maius angulo crurum. 21. p. 1.*
  - *Proportione*
    - *Directa. Nam*
      - *Triangula æque alta ſunt ut baſes. è 1. p. 6. Itaq;*
        - *In æquali baſi ſunt æqualia.*
        - *Si recta à uertice trianguli biſecat baſin, biſecat triangulũ & diameter eſt trianguli. Biſegmenta enim ſunt triangula æqualta.*
      - *Si recta eſt à uertice trianguli ad datum in baſi punctum non medium, & parallela ſit à medio baſis in latus, recta à uertice parallelæ in dictum punctum biſecabit triangulum.*
    - *Reciproca. Si triangula æquiangula reciprocantur cruribus æqualis anguli, ſunt æqualia: & contra. 15. p. 6.*
  - *Similitudine*
    1. *Si duo triangula ſunt æquiangula ſunt proportionalia cruribus. & contra 4 5 p. 6. Itaq; ſi recta in triangulo eſt parallela baſi, deſecat triangulum toti & minus baſi.*
    2. *Si duo triangula ſunt proportionalia cruribus æqualis anguli, ſunt æquiangula 6 p. 6.*
    3. *Si cruribus proportionalia & alternè parallela intermedium angulum faciunt, baſes habent in rectum continuas 32 p. 6.*
    4. *Si habeant unum angulum æqualem, alterum cruribus proportionalem, tertium homogeneum, ſunt æquiangula. 7. p. 6.*
- *b. Triangulũ ex angulis eſt aut*
  - *Rectãgulũ, quod in Geometria præcipuas uires habet & à præſtantib mathematicis non immeritò magiſter matheſios appellatur.*
    1. *Triangulum rectangulum eſt, quod habet unicum rectum angulum. 27. d. 1. Itaq;*
       - *Si duæ perpendiculares cõnectantur, conſtituent triangulum rectangulum*
       - *Si trianguli angulus ad baſin rectus eſt, perpendicularis à uertice eſt crus alterum.*
       - (both:) *Rectanguli geodeſia eſt p Radiũ. unde ſignũ **
    2. *Si triangulũ rectangulũ eſt æquicrurũ. uterq; angulus ad baſim eſt dimidius recti. Itaq;*
       - *Si triãguli angulus æquatur reliquis, eſt rectus.*
       - *Si recta à uertice trianguli biſecans baſin eſt æqualis biſegmẽto, angulus uerticis rectus eſt.*
    3. *Perpendicularis in triãgulo ab angulo recto in baſim ſecat triangula ſimilia toti & inter ſe. 8. p. 6. Itaq;*
       - *Perpendicularis eſt proportionalis inter ſegmẽta baſis. Hinc Platonis meſographus inuentus.*
       - *Crus utrumlibet eſt proportionale inter baſim & baſis ſegmentum conterminum.*
    4. *Si baſis trianguli ſubtendit rectum, rectilineum ad eam ſitum æquatur rectilineis ad crura ſimilibus ſimiliterq; ſitis. & contra. è 31 p. 6.*
  - *Obliquangulum quod nullũ rectum angulum habet. Eſt aut*
    - *Obtuſangulum, quod habet unũ obtuſum angulum. 28. d. 1. Itaq;*
      1. *Si obtuſus angulus eſt ad baſim, perpendicularis à uertice cadit extra.*
      2. *Si trianguli angulus ſit maior reliquis, eſt obtuſus.*
      3. *Si recta à uertice trianguli biſecans baſim, eſt minor biſegmẽto, angulus uerticis obtuſus eſt.*
    - *Acutangulũ, quod habet omnes acutos angulos. 29. d. 1. Itaq;*
      1. *Perpendicularis à uertice cadit intra.*
      2. *Si trianguli angulus ſit minor reliquis, eſt acutus.*
      3. *Si recta à uertice trianguli biſecans baſim eſt maior biſegmento, angulus uerticis acutus eſt.*

De Geodeſia rectarum è triangulis rectangulis ſimilibus.

* *Triangulorum rectangulorum ſimilium geometria, cum pleroſq; alios uſus habet, tum inprimis geodeſiam linearũ rectarum ſuppeditat. Ad rectarum igitur geodeſiam Radius inſtrumentum omnium geometricorum inſtrumentorum præſtantiſſimum & commodiſſimum adhibetur. Eſt autẽ Radius norma crurum inæqualium. Inſtrumentum per antiquum eſt, & uulgò baculus Iacob dicitur. In eo cõſid.*
  - *Partes, ſeu crura:*
    - *Index, qui eſt duplus ſeſquidecimus tranſuerſarij. Vt ſi tranſuerſarium ſit 10. partium, index ſit 21. Tranſuerſarium itaq; ſit 2000. partium, index erit 4200.*
    - *Tranſuerſarium quod eſt per indicem uolubile modò ſublimius, modò humilius.*
  - *Vſus in linearum dimenſionib. Si uiſus eſt ab initio cruris alterius, eſt p terminũ reliq, cruſq; alterum eſt rectum metiendæ magnitudini, reliquũ parallelum. Eſt autẽ menſura*
    - *Longitudinis triplex, diſtantiæ uel*
      - *Simplicis è data altitudine*
        - *Prima. Si uiſus ſit ab initio indicis recti in metam longitudinis, erit ut ſegmentum indicis ad ſegmentum tranſuerſarij ſic menſoris altitudo ad longitudinem. Hoc modo poteris metiri latitudines fluminum, uallium, foſſarum, in mari diſtantiam nauium.*
        - *Secunda. Si uiſus ſit ab initio indicis paralleli, erit ut ſegmentum tranſuerſarij ad ſegmentum indicis, ſic data altitudo ad longitudinem.*
      - *Duplicis: Si uiſus ſit ab initio tranſuerſarij paralleli, erit ut in indice differentia maioris ſegmenti ad minus, ſic differentia ſecundæ diſtantiæ ad longitudinem.*
    - *Altitudinis triplex, diſtãtiæ uel*
      - *Simplicis è data longitudine uel parte altitudinis:*
        - *Prima. Si uiſus ſit ab initio tranſuerſarij recti, erit ut ſegmentum tranſuerſarij ad ſegmentum indicis, ſic data longitudo ad altitudinem. Itaq; in euerſa altitudine: ſi uiſus ſit ab initio indicis paralleli, erit ut ſegmentum tranſuerſarij ad ſegmentum indicis, ſic data longitudo ad altitudinem.*
        - *Secunda. Si uiſus ſit ab initio indicis recti, erit ut ſegmentum indicis ad ſegmentum tranſuerſarij, ſic data longitudo ad altitudinem. Itaq; ſi uiſus ſit ab initio indicis recti per pinnas tranſuerſarij in terminos notæ partis, erit ut interuallum pinnarum ad reliquum ſupereminentis tranſuerſarij, ſic nota pars ad reliquam.*
      - *Duplicis: Si uiſus ſit ab initio indicis recti, erit ut in indice differentia ſegmenti ad differentiam diſtantiæ, ſic ſegmentum tranſuerſarij ad altitudinem.*
    - *Latitudinis tantum duplicis diſtantiæ. Si uiſus ſit ab initio indicis recti per pinnas tranſuerſarij in terminos latitudinis, erit ut in indice differentia ſegmenti ad differentiam diſtantiæ, ſic interuallum pinnarum ad latitudinem.*

De Triangulato & parallelogrammo.

- *Triangulũ eſt rectis lineĩs cõpoſitũ è triãgulis. Itaq; triãgulati latera ſunt binario plura triãgulis: uĩ Triãgulata homogenea ſecãtur in triangula æqua numero è 10 p 6. Deniq; triangulata ſimilia ſecantur in triangula ſimilia inter ſe & homologa totis è 20. p 6. Triangulatum eſt aut*
  - Quadrãgulum, *quod comprehenditur à quatuor lineis rectis. 22. d. 1.*
    - *Parallelogrammum, quod eſt quadrangulũ lateribus oppoſitis parallelũ. Hic conſider.*
      - *Definitionis conſectaria*
        1. *Si rectæ eadem parte conterminent æquales & parallelas, parallelogrammũ conſtituent.*
        2. *Parallelogrammum oppoſitis & lateribus & angulis & ſectis diametro ſegmentis æquatur. 34. p. 1.*
        3. *Diameter parallelogrammi biſecatur radijs æqualibus*
        4. *Parallelogrammum eſt duplum baſi & altitudine æqualis. 41. p. 1.*
        5. *Aequatur triangulo æqualto, baſiq; duplo. è 42. p. 1.*
      - *Quædam generalia & ſpecialia. Vide ſignum.* *
    - *Trapezium.*
  - *Multangulum.*

De Parallelogrammo Rectangulo & Quadrato.

- * *In parallelogrã mo cõſider. ſunt*
  - *Communia & generalia, ut*
    - **Partes.** *Parallelogrammum enim cõſtat è binis &*
      - *Diagonalibus. Diagonale autem eſt particulare parallelogrammum communis anguli & diagonij cum toto parallelogrammo. Diagonale eſt toti ſimile ſimiliterq́; ſitum è 24 p 6. Itaq́; ſi particulare parallelogrammum eſt toti coangulum, & ſimile ſimiliterq́; ſitum eſt, diagonale. 26. p 6.*
      - *Complementis. Complementum autem eſt particulare parallelogrammum à conterminis diagonalium lateribus comprehenſum. Complementa ſunt æqualia. 43. p. 1. Itaq́;*
        1. *Si complementum alterum æquatur dato triangulo in dato angulo rectilineo, reliquũ ad datam rectam comparatum eidem pariter æquabitur 44 p. 1.*
        2. *Si parallelogramma continenter æquentur triangulis dati trianguli in dato angulo rectilineo, totum parallelogrammum toti triangulato pariter æquabitur. 45. p 1.*
      - *Gnomonibus. Gnomo eſt alterum diagonale cum duobus complementis. 2 d 2.*
    - **Comparatio.**
      - *Parallelogramma æquealta ſunt ut baſes. 1. p. 6. Itaq́; parallelogramma æquealta in æquali baſi ſunt æqualia 35 36. p. 1.*
      - *Si parallelogramma æquiangula reciprocantur cruribus æqualis anguli, ſunt æqualia: & contra. 15. p. 6. Itaq́;*
        1. *Si quatuor rectæ ſunt proportionales, parallelogrammum mediarum æquatur æquiangulo parallelogrammo extremarum. è 16. p 6.*
        2. *Si tres rectæ ſint proportionales, parallelogrammum mediæ æquatur æquiangulo parallelogrammo extremarum.*
  - *Specialia. Nam parallelogrammum eſt vel*
    - *Rectãgulũ, quod habet omnes angulos rectos. Itaq́; rectangulum comprehẽditur à duabus rectis angulum rectũ comprehendentibus. 1. d. 2. Et rectãgula quatuor complent locũ. Hic conſider. ſunt.*
      - *Generalia. Nam*
        1. *Si diameter biſecat latus rectanguli rectè ſecat: & contra. Itaq́; ſi inſcripta rectè biſecat latus rectanguli, eſt diameter.*
        2. *Rectangulum æquatur rectangulis ex ipſius uno latere & reliqui ſegmentis. 1 p. 2.*
        3. *Si quatuor rectæ ſint proportionales, rectangulum mediarum æquatur rectangulo extremarum. 16 p. 6.*
        4. *Figuratus rectanguli rationalis appellatur planus 16. d 7. Hinc patet geodeſia rectanguli trianguli. Nam cum crura recti anguli inter ſe multiplicaueris, facis totum parallelogrammum rectangulum, cuius dimidium eſt triangulum.*
      - *Specialia. Nam rectangulum eſt vel*
        - *Quadratũ, quod eſt rectangulũ æquilaterũ 30. d 1. Itaq́; latera quadratorũ æqualium ſunt æqualia. Et, potentia rectæ eſt quadratum. Et ſi duæ conterminæ perpẽdiculares æquales claudantur parallelis, conſtituẽt quadratum. 46. p. 1. Hic conſider.*
          - *Geneſis & inuẽtio. Fit enim à numero in ſe multiplicato, quales quadrati ſunt primi nouem. 1, 4 9 16. 25 36. 49. 64. 81 Itaq́; planus quadrati eſt planus æquilaterus: quæ eſt 18. d. 7. ſed paulo ſecus expoſita.*
          - *Comparatio.*
            - *Separatum cum*
              - *Rectangulo. Si tres rectæ ſunt proportionales, quadratum mediæ æquatur rectangulo extremarũ: & contra. 17 p. 6. & 20 p. 7.*
              - *Quadrato ratione*
                - *Aequalitatis*
                  - *Si baſis trianguli ſubtendit rectum, æquè poteſt cruribus: et contra. 47. & 47 p. 1. Hæc propoſitio eſt explicabilis numero, ſed in triangulo ratio tantum: & quidem comparatione uel*
                    - *Pythagorica ex numero impari. Si quadratus imparis pro crure primo dati minuatur unitate, dimidius reliqui erit crus alterũ, auctus unitate erit baſis.*
                    - *Platonica è numero pari. Si dimidi⁹ paris pro crure primo dati quadretur, quadratus minutus unitate erit crus alterum, auctus unitate erit baſis.*
                  - *Diagonius poteſt duplum lateris, eiq́; eſt aſymmetra 116 p 10.*
                - *Inæqualitatis. Vide a.*
            - *Cum rectangulo ſimul & quadrato. Vide b.*
        - *Oblongum.*
    - *Obliquangulum.*

- *a. Comparatio inæqualitatis.*
  - *Si baſis trianguli rectanguli ſecatur à perpendiculari ex angulo recto dupla ratione, poteſt ſeſquialterum maioris cruris, triplum minoris: ſi quadrupla, ſeſquiquartum maioris, quintuplum minoris: ad 13.15.16.p.13.*
  - *Si recta eſt ſecta quotlibet fariam, poteſt multiplex ſegmenti cognomine quadrato numeri ſectionis.*

- *b. Comparatio quadrati cum rectangulo & quadrato eſt uel*
  - *Aequalitatis* Si recta eſt ſecta in duo ſegmenta, quadratum totius æquatur quadratis ſegmentorum dupliciqꝫ rectangulo utriusq. 4. p.2.
  - *Inæqualitatis. Si baſis trianguli ſubtendit obtuſum, plus poteſt cruribus duplici rectangulo alterius, & ex eo continuationis ad uerticis perpendicularem. 12. p.2.*

De Oblongo.

- Oblongũ eſt rectangulum inæquilaterũ. 31. d.1. Ratio oblongorũ compoſa eſt è data rectæ ſectione.
  - *Rationali triplici: quarum*
    - *Prima eſt utlibet, id eſt in duo ſegmenta qualibet æqualia uel inæqualia. Nam*
      - 1. *Oblongum è tota & ſegmento æquatur rectangulo ſegmentorum, & prædicti ſegmenti quadrato. 3. p.2.*
      - 2. *Oblonga è tota & ſegmentis æquantur è tota quadrato. 2. p. 2.*
      - 3. *Oblonga duo è tota & ſegmẽto cum tertio quadrato reliqui ſegmenti æquantur quadratis totius & prædicti ſegmenti. 7 p.2.*
    - *Secunda. Si recta eſt biſecta, ſecta'q; oblongum inæqualium ſegmentorum cum quadrato interſegmenti æquatur quadrato biſegmenti. 5. p. 2.*
    - *Tertia. Si recta eſt biſecta & continuata, oblongum continuatæ & continuationis cum quadrato biſegmenti æquatur quadrato compoſitæ ex biſegmento & continuatione. 6. p.2. Hinc exiſtit meſographi mechanica; Si duas datas rectas comprahendentes rectangulum & infinitè continuatas meſographus tangens oppoſitum angulum angulo datarũ interſecet æquidiſtanter à centro. interſegmenta erunt media continuè proportionalia datis.*
  - *Proportionali in duo ſegmenta ubi conſider.*
    - 1. *Definitio ſectionis proportionalis. Recta ſecatur ſecundum mediam & extremam rationem, quando fuerit ut tota ad maius ſegmentum, ſic maius ſegmentum ad minus. 3. d. 6. Si recta proportionaliter ſecta eſt rationalis datæ menſuræ, ſegmenta ſunt ad eam & inter ſe irrationalia. è 6. p. 13.*
    - 2. *Sectio proportionalis è ratione oblongi cum quadrato. Vbi conſid.*
      - *Fabrica. Si quadratum fiat è data recta, recta ab angulo facti ad medium conterminum lateris differentia ſupra dimidium erit maius ſegmentum datæ proportionaliter ſectæ 11. p. 2. Itaqꝫ ſi recta proportionaliter ſecta continuetur maiore ſegmento, tota ſecabitur proportionaliter, & maius ſegmentũ erit data. 5. p. 13.*
      - *Ratio triplex*
        - 1. *Maioris ſegmenti. Maius ſegmentum continuatum dimidio totius poteſt quintuplum eiuſdem dimidij, & ſi recta poteſt quintuplum ſui ſegmenti, reliquum factum duplum prædicti ſecatur proportionaliter, & maius ſegmentũ eſt idẽ reliquum. 1. & 2. p. 13.*
        - 2. *Quintupli. Minus ſegmentum cõtinuatum dimidio maioris poteſt quintuplum eiuſdem dimidij. è 3. p. 13.*
        - 3. *Tripli. Totum & minus ſegmentũ poſſunt triplum maioris. è 4. p. 13.*

Parallelogrammũ obliquangulum eſt aut
- *Rhombus, qui eſt obliquangulum æquilaterum. 32. d. 1.*
- *Rhomboides, quod eſt obliquangulum inæquilaterum. 33 d 1.*

Trapezium eſt quadrilaterum, non parallelogrammum. 34. d. 1.

Multangulum eſt, quod pluribus, quàm quatuor lineis rectis comprahenditur. 23. d. 1. Si quinquangulum æquilaterum tribus angulis æquatur, eſt æquiangulum. 7. p. 13.

De Circulo.

Adhuc rectilineorũ Geometria fuit: ſequitur geometria obliquilineorum, è quibus præcipuus eſt circulus. Circulus eſt planum rotundum. è 15. d. 1. eſt'q ordinatiſſimus planorũ. In eo conſider.

- *Comparatio. Circuli enim ſunt ut à diametris quadrata. 2. p. 12. Ita'q diametri ſunt ut peripheriæ.*
- 2\. *Geometria in*
  - *Lineis*
    - *Rectis*
      - *Tantum*
        - *Secantibus inſcriptis: in quibus cõſider.*
          - 1\.
            - *Inſcriptio rectæ: quomodo ſcilicet recta ſit inſcribẽda circulo*
              - *Simpliciter, ſumptis nempe duobus in peripheria punctis. Nam ſi recta duobus in peripheria punctis terminetur, cadet intra circulum. 2. p. 3.*
              - *Aequalis datæ. Si à termino diametri ex ea'q radio, æquante datam rectam peripheria deſcribatur, recta à dicto termino in concurſum peripheriarum inſcribetur dato circulo æqualis datæ rectæ 1 p. 4.*
            - *Inuentio & geneſis diametri circularis, quæ inſcriptarum coryphæa eſt: oſtendit enim centrum & rationem omniũ inſcriptarũ. Ita'q ſi inſcripta rectæ biſecat inſcriptam, eſt diameter circuli, eius'q medium eſt centrũ. 1. p. 3. Hanc ſequitur*
              - *Centri inuẽtio. Nam ſi duæ rectæ duas inſcriptas rectè biſecent, cõcurſus biſecantium erit centrũ circuli. è 25 p 3.*
              - *Licere peripheriam ducere per tria puncta in rectam minimè cadentia.*
          - 2\. *Comparatio in*
            - *Partib. inſcriptarum:*
              - *Ratio*
                - *1. Si diameter biſecat adiametrum, rectè ſecat: & contra. 3 p. 3.*
                - *2. Si adiametri interſecantur, ſegmenta ſunt inæqualia 4. p. 3.*
              - *Proportio. Si duæ inſcriptæ interſecantur, rectangulum è ſegmentis unius æquatur rectangulo è ſegmentis reliquæ. 35 p 3.*
            - *Integris inſcriptis, quã diameter una totam facit:*
              - *1. Inſcriptæ æquidiſtant à cẽtro, in quas à centro perpendiculares ſunt æquales 4. d. 3.*
              - *2. Si inſcriptæ ſunt æquales, æquidiſtant à cẽtro: & contra. 14 p. 3.*
              - *3. Inſcriptarum inæqualium diameter eſt maxima, diametro'q propior maior remotiore, remotiſſima minima, minimæ'q propior minor remotiore, duæ'q utrin'q diametro ſolæ æquantur è 15. p. 3.*
              - *4. Rectarum à diametri puncto non centro in peripheriam, quæ per centrum eſt maxima: propior'q maximæ eſt maior remotiore, reliqua maximæ minima, minimæ'q propior minor remotiore duæ'q utrin'q à maxima uel minima ſolæ æquantur. 7. p. 3.*
              - *5. Rectarum à dato extra puncto in concauum peripheriæ, quæ per centrum, eſt maxima, propior'q maximæ eſt maior remotiore: in conuexum, ſegmentum maximæ eſt minima: minimæ'q propior minor remotiore, duæ'q utrin'q à maxima uel minima ſolæ æquantur. 8 p 3.*
        - *Tangentibus. a.*
      - *Tangentib. & ſecantib ſimul. b.*
    - *Peripherijs. c.*
  - *Segmentis. d.*

- a. Geometria de lineis tangentibus:
  - Si recta eſt perpendicularis. extremæ diametro, tangit peripheriam: & contra. è 16.p.3. Itaq;
    1. Si recta eſt per centrum & contactum, eſt perpendicularis tangenti. 18 p 3.
    2. Si eſt perpendicularis tangenti, eſt per centrum & contactum. 19 p. 3.
    3. Punctum contactus eſt, quo à centro perpendicularis tangenti incidit.
    4. Tangens eſt ſingularis eadem parte.
    5. Angulus contactus eſt minor, quouis acuto rectilineo: è 16. p. 2.
    6. Anguli contactus in æqualibus peripherijs ſunt æquales.
  - Si à radio ex data peripheria centro ad datum extra punctum peripheria deſcribatur, & à concurſu data, radij'q; radio ipſi perpendicularis in deſcriptam connectatur cum dicto centro, recta à dato puncto in concurſum datæ & connectentis tanget datam peripheriam. 17 p 3.
- b. Geometria de lineis tangentib & ſecantib. ſimul. Si è duabus rectis à dato extra puncto prima ſecat in concauũ, reliqua tangit, oblongum è ſecante & exteriore ſecantis ſegmento æquatur quadrato tangentis. & ſi oblongũ tale æquatur quadrato reliquæ, reliqua ipſa tangit. 36 & 37 p. 3. Itaq;
  1. Tangentes ab eodem puncto ſunt æquales.
  2. Oblonga è quolibet ex eodem puncto ſecante & ſecantis exteriore ſegmento æquantur inter ſe.
  3. Datis duabus rectis licet alteri continuare tertiã, ut oblongũ ex continuata & continuatione æquetur quadrato reliquo.
- c. Geometria de peripherijs
  - Interſectis & contiguis. Si peripheriæ ſunt interſectæ uel contiguæ, ſunt eccentricæ: illæq; duobus tantum punctis interſecantur, hæ diametros per contactum continuant. 5. 6. 10 11. 12. p 3.
  - Et rectis. Si inſcriptæ ſunt æquales, ſecant peripherias æquales: & contra. 28. 29. p 3.
- d. Segmentum circuli eſt quod cõprehenditur extrinſecus à peripheria, intus à recta. Segmentum circuli eſt aut
  - Sector, qui eſt ſegmentũ intus cõpræhenſum à recta duplici faciente angulum in centro qui angulus in centro dicitur: ut peripheria dicitur baſis ſectoris 9. d. 3.
    1. Angulus in peripheria eſt angulus compræhenſus à duabus rectis inſcriptis, & in peripheria conterminis. 8. d. 3.
    2. Angulus in centro duplus eſt anguli in peripheria in eandem peripheriam inſiſtentis. 20. p 3. Itaq; ſi angulus in peripheria æquatur angulo in centro, eſt duplus baſi
    3. Anguli in centro peripheriaue circulorum æqualium ſunt ut peripheriæ in quas inſiſtunt: & contra. è 33 p. 6. 26. 27. p. 3.
  - Sectio, quod eſt ſegmentũ circuli intus cõpræhenſum ab una recta, quæ baſis ſectionis dicitur.
    1. Secti abſoluitur inuento centro.
    2. Peripheria ſectionis biſecatur perpendiculari biſecante baſim. 30 p. 3.
    3. Angulus in ſectione eſt angulus compræhenſus à duabus rectis conterminis baſi & in peripheria conterminus. 7. d. 3.
    4. Comparatio
       - Ratio
         1. Anguli in eadem ſectione ſunt æquales. 21. p. 3.
         2. Anguli in oppoſitis ſectionib. æquãtur duobus rectis. 22. p. 3.
       - Similitudo.
         1. Si ſectiones capiunt angulos æquales, ſunt ſimiles. è 10. d. 3.
         2. Si ſectiones ſimiles ſunt in æquali baſi, ſunt æquales. 23. 24. p. 3.
    5. Angulus ſectionis eſt, qui compræhenditur à terminis ſectionis. 7 d. 3.
    6. Sectio eſt aut
       - Semicirculus. 18. d. 1.
       - Inæqualis ſemicirculo.

De Ad.

De Adſcriptione circuli & trianguli.

Geometria plani rectilinei & circuli adhuc fuit: ſequitur utriuſq; adſcriptio: una

- **Circuli**
  1. Si rectilineum adſcriptum circulo eſt æquilaterum, eſt æquiangulum. Et æquatur triangulo æqualis baſis quidem perimetro, altitudinis autem perpendiculari à centro in latus.
  2. Rectilinea ſimilia circulis inſcripta, ſunt ut à diametris quadrata 1. p. 12.
  3. Si duæ rectæ biſecent duos angulos dati rectilinei, circulus radij ab earum concurſu in latus perpendicularis inſcribetur dato rectilineo. 4. p. 4.
  4. Si duæ rectæ biſecent duo latera dati rectilinei, circulus radij ab earum concurſu in angulũ circumſcribetur dato rectilineo 5 p 4.
- **Rectilinei**
  - **Trianguli.**
    1. Si duæ inſcriptæ à contactu rectæ & peripheriæ æquent duos utrinq; angulos duobus angulis dati trianguli, connexæ inſcribent triangulum dato circulo æquiangulum, dato triangulo. è 2 p 4.
    2. Si duo anguli in centro dati circuli æquentur ad commune latus exterioribus angulis dati trianguli, rectæ tangentes peripheriam in cruribus angulorum, circumſcribent triangulum dato circulo æquiangulum dato triangulo. 3. p. 4. Itaq; ſi triangulum eſt rectangulum, obtuſangulum, acutangulum, centrum circumſcripti circuli eſt in latere, extra latera, intra latera: & contra.
  - **Trianguli ordinati, in quo conſider.**
    - Circumſcriptio communis. Si rectæ tangãt peripheriam in angulis inſcripti trianguli ordinati, circumſcribent triangulatum circulo homogeneum inſcripto triangulato.
    - *Specialis inſcriptio per unicum latus, quod repetitum quoties opus eſt peripheriam totam ſubtendat. Fit ergo talis inſcriptio in*
      - Quadratis. Nam ſi diametri rectè interſecentur, ſubtenſa recto erit latus quadrati. è 6. p. 4. Itaq; quadratum inſcriptũ, eſt
        - Dimidium circumſcripti.
        - Maius dimidio circumſcripti circuli.
      - Multangulis imparilateris, in quibus inſcribendis opus eſt triangula, cuius utriq; angulus ad baſim ſit multiplus reliqui. Talia multangula ſunt
        - **Quinquangulum**
          1. Si recta ſecetur proportionaliter, triãguli crurum ſectæ æqualium, baſis maiori ſegmento æqualis, uterq; angulus ad baſim erit duplus reliqui, & baſis erit latus quinquanguli in circulum cum triangulo inſcripti. 10. & 11 p. 4
          2. Si duæ rectæ ſubtendunt duos deinceps angulos inſcripti quinquanguli, ſecantur proportionaliter, & maiora ſegmenta ſunt latera inſcripti. ex 8. p. 13
          3. Si diameter circuli quinquangulo circumſcripti eſt rationalis, eſt irrationalis ad lat⁹ inſcripti quinquanguli e 11 p. 13.
        - **Sexangulum**
          1. Radius circuli eſt latus inſcripti ſexanguli. è 15 p. 4. Itaq;
             1. Sexangula tria ordinata complent locum.
             2. Si rectæ ab uno inſcripti ſexanguli angulo in tertium utrinq; angulum connectantur, inſcribent triangulum æquilaterum dato circulo.
          2. Datus inſcripti trianguli æquilateri poteſt triplum circuitus radij 12 p. 13.
        - **Decangulum**
          1. Si latus ſexanguli ſecetur proportionaliter, maius ſegmentum erit latus decanguli. Hinc ſequitur 9. p. 13.
          2. Si decangulum, ſexangulum, quinquangulum inſcribantur eidem circulo, latus quinquanguli poteſt latera reliquorũ & ſi rectè poteſt latera ſexanguli & decãguli, eſt latus quinquanguli 10 p. 13.
      - Quindecangulum. Si triangulum & quinquãgulum inſcribantur eidem circulo ad idem punctum, recta in ſcripta inter utriuſq; baſim dicto puncto oppoſitam erit latus inſcripti quindecanguli 16 p. 4.

De Geodæ-

De Geodæſia multanguli ordinati & circuli.

Ex adſcriptione circuli, & rectilinei, ducitur geodæſia ſeu dimenſio

- *Multanguli ordinati. Concurſus enim biſecantium duos angulos eſt centrum circumſcripti circuli, ab eo'q ad angulum radius: tum'q ſi quadratum è dimidio lateris, tollatur è quadrato de radio, latus reliqui erit perpendicularis. Ita'q ſpeciale theorema hîc ita inſtituitur: Planus è perpendiculari à centro in latus & dimidio perimetri, eſt area multanguli ordinati.*
- *Circuli, vulgò τετραγωνισμὸς, quadratura circuli: argumentum geometris omnium ferè ætatum propoſitum, in quo ſe exercerent. Quæſtionis nodus eſt in ratione diametri & peripheriæ. Peripheria eſt tripla diametri & ferè ſeſquiſeptima. Ex hac ratione plura ſequuntur, ut*
  1. *Planus è diametro & peripheria dimidio eſt area circuli.*
  2. *Vt 14. ad 11. ſic quadratum diametri ad circulum.*
  3. *Dimenſio circularium partium,*
     - *Semicirculi Planus è radio & peripheria quadrante eſt area ſemicirculi.*
     - *Sectoris Planus è radio & baſis dimidio eſt area ſectoris.*
     - *Sectionis majoris & minoris. Si triangulum è duobus radijs & baſi majoris ſectionis addatur duobus in ea ſectoribus, totum erit area ſectionis maioris: ſin detrahatur ſuo ſectori reliquum erit area minoris.*
  4. *Circulus è planis iſoperimetris inæqualibus eſt maximus.*

De Superficie gibba.

Gibbum eſt ſuperficies, quæ inæqualiter intra ſuos terminos interiacet. Gibbum eſt uel

- *Sphæricum: quod eſt gibbum æquidiſtans à centro comprehenſi ſpacij. Ita'q fit conuerſione ſemiperipheriæ manente diametro. è 14. d. 11.*
  1. *Maxima in ſphærico peripheria eſt, quæ ſphæricum biſecat. Ita'q peripheria propior maximæ eſt maior remotiore, & utrin'q æquidiſtantes à maxima duæ ſunt æquales.*
  2. *Planus è maxima peripheria & eius diametro eſt ſphæricum. Ita'q*
     1. *Planus è maximo circulo & 4. eſt ſphæricum.*
     2. *Vt 7. ad 22. ſic quadratum diametri ad ſphæricum.*
     3. *Planus è maxima peripheria & radio eſt hemiſphæricum.*
  3. *Si quota pars eſt radij perpendicularis à centro ad baſim ſectionis maioris, tanta augeatur hemiſphæricum, totum erit ſphærici maior ſectio: ſin tanta minuatur, reliquum erit minor.*
- *Variũ, quod eſt gibbum, cuius baſis eſt peripheria, latus recta à termino uerticis in terminum baſis. Eſt'q uel*
  - *Conicum, quod à ſubiecta peripheria æqualiter faſtigiatur ad uerticem, Hîc conſid. eius*
    - *Fabrica. Fit enim conuerſione lateris circa ſubiectam peripheriam.*
    - *Geodæſia. Planus è latere & dimidio baſis eſt conicum.*
  - *Cylindraceum quod à ſubiecta peripheria ad ſublimem & æqualem & parallelam peripheriam æqualiter faſtigiatur. Hîc conſider. eius*
    - *Fabrica. Fit enim cõuerſione lateris circa duas peripherias æquales & parallelas.*
    - *Geodæſia. Planus è ſua baſi & altitudine eſt cylindraceum.*

De Stereo-

De Stereometria.

Hactenus Geometria fuit: ſequitur Stereometria de Corpore: Corpus eſt lineatum latum & altū. 1 d. 11. Terminus ſolidi eſt ſuperficies. 2. d. 11. Stereometria eſt

- **In**
  - **Rectarū**
    - **Perpendiculo.**
      1. Si recta eſt rectis in ſubiecto plano perpendicularis in cōmuni ſectione, eſt perpendicularis ſubiecto plano: & contra è 3. d & 4. p. 11.
      2. Si tres rectæ interſectæ ſunt eidem rectæ perpendiculares in communi ſectione, ſunt in eodem plano. 3. p. 11.
    - **Paralleliſmo**
      1. Si duæ rectæ ſunt perpendiculares ſubiecto plano, ſunt parallelæ: & ſi parallelarum altera eſt perpendicularis ſubiecto plano, reliqua eſt eidem perpendicularis. 6. 8. p. 11.
      2. Si rectæ in diuerſis planis ſunt ad eandem rectam parallelæ, ſunt inter ſe parallelæ. 9. p. 11.
      3. Si duæ rectæ ſint perpendiculares, prima à ſublimi puncto in rectam ſubiectam, ſecunda à communi ſectione in ſubiecto plano, tertia à dicto puncto perpendicularis ſecundæ erit perpendicularis ſubiecto plano è 11. p 11.
      4. Si recta à dato ſubiecti plani puncto ſit parallela rectæ ad idem planū perpendiculari, erit etiam perpendicularis ſubiecto plano. ex 12 p. 11.
  - **Planorum,**
    - **Perpendiculo.**
      1. Si recta in altero interſectorum planorum perpendicularis communi ſectioni eſt perpendicularis reliquo, plana ſunt perpendicularia: & contra è 4. d & 38 p 11.
      2. Si recta perpendicularis plano, omnia per eam plana ſunt eidem perpendicularia: & ſi duo plana interſecta ſunt alicui plano perpendicularia, communis ſectio eſt eidem perpendicularis è 15. & 19. p. 11.
    - **Paralleliſmo.** Plana autem ſunt parallela, quæ nuſquam annuunt 8. d 11. & quæ communi perpendiculo diuiduntur 14. p 11. Et ſi binæ rectæ in ipſis contermina, ſunt parallelæ. 15. p. 11. Si duo plana parallela ſecantur plano, communes ſectiones ſunt parallelæ. 16 p. 11.
- **In ſolidis ipſis: ubi cōſid.**
  - **Communia.**
    1. Axis ſolidi eſt diameter circa quam conuertitur è 15 19. 22 d 11.
    2. Solidum rectum eſt cuius axis eſt perpendicularis centro baſis.
    3. Si ſolida comprehenduntur à ſuperficiebus homogeneis æqualibus multitudine & magnitudine, ſunt æqualia. 10. d 11.
    4. Si ſolida comprehenduntur à ſuperficiebus multitudine æqualibus & ſimilibus, ſunt ſimilia. 9. d. 11.
    5. Solida ſimilia habent triplicatam rationem homologorum laterum, & duo media proportionalia. 33. p. 11. 8. p. 12.
  - **Species. Solidum enim eſt vel**
    - **Planum, quod comprehenditur à ſuperficiebus planis. Anguli plani comprehendentes angulum ſolidū ſunt minores quatuor rectis. 21. p. 11. Si tres anguli plani minores quatuor rectis comprehendant angulum ſolidum, duo quilibet ſunt maiores reliquo: & contrà. 20. & 23. p. 11.**
      - **Pyramis, quæ eſt ſolidum planum à baſi rectilinea æqualiter faſtigiatum. Hic conſider.**
        - **Conſectaria**
          1. Pyramidis hedræ ſunt una plures angulis in baſi.
          2. Pyramis eſt prima figura ſolidarum.
          3. Pyramides æqualtæ ſunt ut baſes 5. & 6. p. 12.
          4. Pyramides reciprocæ baſi & altitudine ſunt æquales. 9. p. 12.
        - **Species ordinata unica, tetraēdrū quod eſt pyramis ordinata à quatuor triangulis cōprehenſa 26. d. 11. Hic conſid.**
          - **Conſectaria**
            1. Tetraēdri latera ſunt ſex, anguli plani duodecim, ſolidi quatuor.
            2. Tetraēdra duodecim cōplent locum ſolidum.
            3. Si quatuor triangula ordinata & æqualia ſolidis angulis componantur, cōprehendent tetraēdrum.
          - Comprehenſio tetraēdri. Si recta potēs ſeſquialterum ad latus triāguli æquilateri ſecetur dupla ratione, duplum ſegmentum perpendiculare trianguli centro, connexum cum eius angulis comprehendet tetraēdrum. 13. p. 13.
      - **Pyramidatum. A.**
    - **Gibbum. C.**

De Pyrami-

De Pyramidatis.

- *A. Pyramidatum eſt ſolidum planum à pyramidibus cóprahenſum. Eſtq; aut*
  - *Priſma, cui⁹ duo oppoſita plana ſunt æqualia, ſimilia, parallela: reliqua parallelogrãma. 13.d.11. Itaq; hedræ priſmatis ſunt binario plures angulis in baſi. Hîc cóſider.*
    - *Communia*
      - *Geodæſia. Planus è baſi & altitudine eſt ſoliditas recti priſmatis.*
      - *Comparatio. Priſma eſt triplum pyramidis baſi & altitudine æqualis. è 7. p.12. Itaq;*
        - *1. Planus è ſua baſi & triente altitudinis eſt ſoliditas pyramidis baſi & altitudine æqualis.*
        - *2. Priſmata homogenea æquealta ſunt baſes. 29. 30.31. 32. p. 11.*
        - *3. Si reciprocantur baſi & altitudine, ſunt æqualia. 34. p. 11.*
        - *4. Si priſma ſecatur plano oppoſitis hedris parallelo, ſegmenta ſunt ut baſes. 25. p.11.*
    - *Species. Priſma enim eſt aut*
      - *Pentaédrum. Si pentaëdra alterum baſis triangulæ, alterum parallelogrammæ ad triangulam duplæ ſunt æquealta, ſunt æqualia. 40. p.11.*
      - *E' pentaëdris compoſitum ut*
        - *Hexaëdrum*
          - *Parallelepipedum, cuius oppoſita plana ſunt parallelogramma è 24. p.11. Itaq; biſecatur plano per diagonios oppoſitorum laterum. 28. p.11.*
            - *Communia*
              - *1. Si tres rectæ ſunt proportionales, parallelepidum mediæ æquatur æquiangulo parallelepido omnium. è 36. p.11.*
              - *2. Parallelepipeda rectangula octo complent locũ ſolidum.*
              - *2. Figuratus parallelepipedi rectanguli appellatur ſolidus, factus à tribus numeris. 17. d 7. Itaq; ſi duo ſolidi ſunt ſimiles, habent proportionalia latera & duos medios proportionales. 21. d. 7. 19. 21 p. 8.*
            - *Species. Parallelepipedum eſt vel*
              - *Rectangulum, ut*
                - *Cubus, rectangulũ iſoëdrum. 25. d. 21. Hîc cóſid.*
                  - *Conſectaria.*
                    - *2. Cubi latera ſunt 12, anguli plani 24, ſolidi 8.*
                    - *2. Si ſex quadrata æqualia ſolidis angulis componantur, comprahendent cubum.*
                    - *3. Si è quadrati angulis perpendiculares lateribus æquales ſublime connectantur, comprahendent cubũ. è 15. p.11.*
                  - *Potentia diagonij. Diagonius cubi poteſt lateris triplum.*
                  - *Duplicatio cubi. Si quatuor rectarum continuè proportionalium prima ſit dimidia quartæ, cubus primæ erit dimidius ad cubum ſecundæ. è 33 p.11.*
                  - *Geneſis ſeu inventio cubi. Fit enim à numero in ſuum quadratum multiplicato. Vnde ſolidus cubi etiam cubus dicitur, ſolidus nempe æqualium laterum. 19. d. 7.*
                  - *Analyſis cubi. Vide Ramum.*
                - *Oblongum*
              - *Obliquãgulum*
                - *Rhombus.*
                - *Rhomboides.*
          - *Trapezium.*
        - *Polyëdrum.*

  (Oblongum, Rhombus, Rhomboides, Polyëdrum:) De his ſtereometria præcipua nulla eſt.

  - *Polyëdrum miſtum. B.*

De Polyedris miſtis ordinatis.

B. Polyedrum miſtū ordinatum eſt pyramidatum compoſitum è pyramidibus uertice coëuntibus in centro & ſola baſi eminentibus. In eo conſider.

- *Altitudo componentis pyramidis, quæ habetur per radium circuli baſi circumſcripti, perq́ polyedri ſemidiagonium.*
- *Species. Nam miſtum ordinatum eſt baſis uel*
  - *Triāgulæ: in quo cōſid.*
    - *1. Inuentio radij circularis. Si quadratus è latere triangulæ baſis trifariam diuidatur, latus trientis erit radius circuli baſi circumſcripti.*
    - *2. Species. Nam miſtum ordinatū triangulæ baſis, eſt aut*
      - *Octaëdrū, quod ab octo triangulis comprehenditur. 27. d.11. Hîc conſider.*
        - *Conſectaria*
          - *1. Octaëdri latera ſunt 12, anguli plani 24 ſolidi 6.*
          - *2. Octaëdra nouem complent locū ſolidum.*
          - *3. Si triangula octo æquilatera & æqualia ſolidis angulis componantur, comprehendent octaëdrum.*
        - *Cōprehenſio octaëdri. Si recta centro quadrati utrinq́ perpendicularis æqualis ſemidiagonio connectatur ſ ū angulis, comprehendet octaëdrum. 14 p.13. Itaq́*
          - *1. Diagonius octaëdri poteſt duplū lateris.*
          - *2. Si quadratum de latere octaëdri duplicetur, duplicati latus erit diagonius.*
      - *Icoſaëdrū, quod à uiginti triangulis comprehenditur. 29.d.11. Hîc cō ſider.*
        - *Conſectaria*
          - *1. Icoſaëdri latera ſunt 30, anguli plani 60 ſolidi 12.*
          - *2. Si uiginti triangula ordinata & æqualia ſolidis angulis componantur, cōprehendent icoſaëdrum.*
        - *Comprehenſio icoſaëdri. Si ordinata quinquangulum duplex & decangulum unum eidem circulo ſic inſcribantur, ut latus utriuſq́ quinquanguli ſubtendat duo latera decanguli, ſex rectæ circu o perpendiculares & radio eius æquales, quinq́ ab angulis alterius quinquanguli connexæ & inter ſe, & cum angulis reliqui quinquanguli, ſexta à centro utrinq́ con muata latere decanguli, & connexa illic cum quinq́ perpendicularibus, hîc cum angulis ſecundi quinquanguli comprehendent icoſaëdrum è 15.p.13.*
        - *Diagonius, qui*
          - *Eſt irrationalis ad latus.*
          - *Poteſt quintuplū circularis radij.*
  - *Quinquangulæ, quod à duodecim quinquangulis comprehēditur, & dodecaëdrum dicitur. Hîc conſider.*
    - *Conſectaria*
      - *1. Dodecaëdri latera ſunt 30, anguli plani 60 ſolidi 20.*
      - *2. Si duodecim quinquangula ordinata æqualia ſolidis angulis componantur, comprehendent dodecaëdrum.*
    - *Comprehenſio dodecaëdri. Si cubi latera rectis biſecentur, ternaq́ biſegmenta biſecantium in conterminis planis neq́ concurrentium, neque parallelarum, duo unius tertium reliquæ internum proportionaliter ita ſecentur, ut minora ſegmenta biſecantium terminent, ternæ extra cubum dictis planis perpendiculares à proportionalium ſectionum punctis, æquales maioribus ſegmentis connexæ duæ ex eadem biſecante inter ſe & cum uicinis cubi angulis, tertia cum angulis eiuſdem comprehendent dodecaëdrum 17 p.13.*
    - *Diagonius, qui eſt irrationalis ad latus dodecaëdri.*
    - *Latus. Si latus cubi ſecetur proportionaliter, maius ſegmentum erit latus dodecaëdri.*

De Solido Gibbo.

- **C.** *Solidum gibbum eſt quod comprehenditur à ſuperficie gibba: Eſtq́ aut*
  - *Sphæra, quæ eſt gibbum rotundũ. In ea conſider.*
    1. *Fabrica. Fit enim conuerſione ſemicirculi, manente diametro. 14. d. 11.*
    2. *Maximus ſphæræ circulus, qui ſphæram biſecat. Itaq́*
       - *Circulus propior maximo maior eſt remotiore.*
       - *Circuli æquidiſtantes à maximo ſunt æquales.*
    3. *Geodæſia. Nam Planus è diametro & ſextante ſpharici eſt ſphæra. Itaq́*
       - *Vt 21. ad 11. ſic cubus diametri ad ſphæram.*
       - *Planus è radio & ſextante ſpharici eſt hemiſphærium.*
    4. *Sphæræ habent triplicatam rationem diametrorum. 18. p. 12.*
    5. *Adſcriptio. Quinq́ corpora ordinata inſcribuntur eidem ſphæræ conuerſione ſemicirculi habentis pro diametro in tetraëdro rectam potentem ſeſquialterum ad latus tetraëdri, quatuor ordinatis reliquis ordinati ipſius diagonum.*
    6. *Axis: è cuius ratione latera tetraëdri, cubi, octaëdri, dodecaëdri deprehenduntur.*
  - *Varium quod comprehenditur à ſuperficie uaria et baſi. Si uaria habent axes diametris baſium proportionales, ſunt ſimilia. 24. d. 11 Varium eſt uel*
    - *Conus, quod à conico & baſi comprehenditur. Itaq́*
      1. *Fit conuerſione trianguli rectanguli manente altero crure. Hanc coni fabricam proponit Euclides 18. d. 11.*
      2. *Conus eſt*
         - *Rectangulus ſi crus manens & æquale conuerſo.*
         - *Obtuſangulus, ſi minus.*
         - *Acutangulus, ſi maius.*
         - (*è 18. d. 11.*)
      3. *Conus eſt prima figura uariarum.*
      4. *Coni æquealti ſunt ut baſes. 11 p 12.*
      5. *Reciproci baſi & altitudine ſunt æquales. 15. p. 12.*
    - *Cylindrus, quod à cylindraceo & oppoſitis baſibus comprehenditur. Hic conſider.*
      1. *Fabrica Fit enim conuerſione parallelogrãmi rectanguli manente altero latere. 21. d. 11.*
      2. *Geodæſia. Planus è baſi & altitudine eſt ſoliditas cylindri.*
      3. *Ratio ad conũ. Cylindrus eſt triplus coni baſi & altitudine æqualis. 10. p. 12. Itaq́*
         1. *Planus è cylindri baſi & triente altitudinis eſt ſoliditas coni baſi & altitudine æqualis.*
         2. *Cylindri æquealti ſunt ut baſes. 11. p. 12.*
         3. *Reciproci baſi atquè altitudine ſunt æquales. 15. p. 12. & ſi cylindrus ſecatur plano baſibus oppoſitis parallelo, ſegmenta ſunt ut axes. 13. p. 12.*

Finis Geometriæ.

PETRI RAMI,

PHYSICA.

Lectori S.

Ariſtotelis libri Phyſici quatuordecim (octo acroamatici, quatuor de cœlo, duo de ortu & interitu) uix ac ne uix quidem Phyſicæ ueritatis totidem uerſiculis inſtructi, ſed in primis acroamatici inanibus ſophiſmatis (plurimis logicę, nõnullis mathematicæ, quibuſdam etiam Theologiæ) inſtructi ſunt. Socraticum igitur acroama exclamo indignorq́. Phyſica materia de rebus cœleſtibus ſolida eſt in Ptolemæo & Copernico: de Meteoris in Ariſtotele: de metallis, plantis, animalibus, in alijs Ariſtotelis libris, in Hippocrate, Platone, Theophraſto, Georgio Agricola, Mathiolo: Phyſica inquam materia certiſsimæ & ueritatis, & utilitatis ante oculos ampliſsima eſt, unde licet præcipua atq́ optima deducere & iuuentuti proponere. Quæ'nam igitur humani iudicij peruerſitas tanta eſt, ut oblatis frugibus lautiſsimis putri glande ueſci lubeat? Vſum igitur Phyſicum & Phyſicæ acroaſeos magiſtrum in ſcholis Phyſicis flagito, qui ſophiſmatum Phyſicorum delicias tam inertes à iuuentutis inſtitutione remoueat, conſtantemq́ naturalium rerum doctrinam inſtituat.

PETRI

PETRI RAMI,

PHYSICÆ

Typus Generalis.

- NATVRA eſt eſſentia per ſe conſtans: eáq; uel
  - *Incorporea, ut*
    - DEVS,
    - *Mens.*
  - *Corporea* è
    - *Forma: cui tribuitur Motus, & eius ſpecies*
      - *Ortus, Interitus.*
      - *Accretio, Diminutio.*
      - *Alteratio.*
      - *Loco mutatio.*
    - *Corpore: ſecundum quod eſt uel*
      - *Simplex ſeu princeps*
        - *Conſtans, ut*
          - *Cœlum.*
          - *Aſtra.*
        - *Inconſtans, ut Elementa*
          - *Ignis.*
          - *Aer.*
          - *Aqua.*
          - *Terra.*
      - *Compoſita ex Elementis*
        - *Bruta, ut Meteora in*
          - *Aëre*
            - *Nubes.*
            - *Tonitrua.*
            - *Fulgura.*
            - *Grandines.*
            - *Pluuiæ.*
            - *Venti.*
          - *Aqua*
            - *Maria.*
            - *Flumina.*
            - *Fontes.*
            - *Putei.*
          - *Terra*
            - *Lapides.*
            - *Metalla.*
            - *Colores.*
        - *Viua, ut*
          - *Stirpes.*
          - *Pecudes, beluæ.*
          - *Homines.*

Hoc uniuerſæ Phyſicæ corpus cum ſta compræhenderis, perſpicies Georgicam. membrum eius eſſe è primo & ſecundo genere animatarum naturarum, Stirpium & Pecudum. In qua quæ præcepta tam multis contentionum & altercationum libris Ariſtoteles obſcurè diſputat, de ortu interituq; rerum, de accretione & diminutione, de alteratione, de loci mutatione: ea per ſpecies rerum naturalium hſeà Ramo & Virgilio demonſtrantur: quomodo ſcilicet generantur, corrumpuntur, augentur, minuuntur, alterantur, loco mouentur Segetes, Arbores, Vites, Boues, Equi, Oues, Capræ, Apes: deniq; res ferè naturales omnes, quarum cognitionem neceſsitas humanæ uitæ deſiderat.

Agriculturæ Cauſæ: Et primò DEVS.

Agriculturæ cauſæ aliæ ſunt

- *Communes & generales, ut antecedentes partes Phyſicæ,*
  - DEVS. *Itaq́ diuinum numen Poëta initio inuocauit. & ſæpius deinde appellauit: quibus tam multis locis, manifeſtum pietatis & religionis ſtudium ſignificat, & Deum omnis naturæ autorem parentemq́ confitetur, & eius Prouidentiam approbat: in eo Platonem autorem ſecutus, qui Deum facit artificem & rectorem mundi: imò etiam Ariſtotelem, qui lib.8 Phyſ.cap 5. diſputat cauſam efficientem principem, quæ cætera moueat, aliunde nuſquam moueatur. Itaq́ etiã diuinam mentem ab Anaxagora celebratam collaudat, ut omnis motus autorem. & lib.1 de Cœlo cap.9. diuina ſupra mundum & cœlum entia collocat immutabilia & impatibilia, optimamq́ & beatiſſimam uitam ſempiterno æuo degentia: unde cæteris rebus ait præſtari, alijs quidem plenius, alijs obſcurius & eſſentiam, & uitam. Et lib. 1. de generatione cap. 3. duo principia conſtituit, aliud quidem immobile, aliud motum ſemper, Deum & Cœlum nempe, ut lib 2. cap.10. deinde plenius exponit, quòd prima cœli latio non ſola ſit autor ortus, & interitus rerũ, ſed obliqui circuli, id eſt, Zodiaci latio: & repetit lib. 1. τῆς μετεωρολογίας cap. 2. Et quamuis lib.2. Phyſ.cap. 2. uidetur Ariſtoteles Aſtrologiam à Phyſica ſeparare, cœlum tamẽ in Phyſica doctrina quatuor libris tractauit, & ſubiectarum rerum cauſas à cœlo repetiuit.*
  - COELVM. *A.*
  - METEORA. *B.*
  - *Communes igitur agricolis cauſæ propoſitæ ſunt, ut*
    - *Deum colant & inuocent.*
    - *Cœlum aſpiciãt.*
    - *Meteora & earum ſigna conſiderent.*
- *Propriæ ut*
  - *Solum & ager, in quo præcipitur,*
    - *Electio.*
    - *Aratio.*
    - *Alternatio.*
    - *Fœcundatio.*
    - *Iteratio.*
  - *Species rerum ut*
    - *Semen & eius*
      - *Præparatio.*
      - *Satio.*
    - *Fruges: in quibus præcipitur.*
      - *Irrigatio.*
      - *Contrariorum malorum prouiſio & defenſio.*
      - *De Area.*
  - *De Soli & Segetis cauſis ádiuuantibus in Inſtrumentis agitur.*

De Aſtro-

De Aſtrologia & Cœlo.

A. *Cœlum non modò eſt menſura tēporis (unde clariſsima mundi lumina dicuntur Sol & Luna: & Arcturus, libra, taurus, canis, atlantides, corona, bootes, ad temporis definitionem aſſumuntur) ſed multò magis eſt effectrix cauſa caloris, frigoris, humoris ſiccitatis, ideóq; ortus, interitus, motuśq; rerum ſingularium. Hic igitur occupatur Aſtrologia, præcipua Phyſicæ pars: in qua condes.*

- *Neceſsitas. Hinc enim poſſumus prædiſcere tempeſtates*
  - *Meſsis. Lex optiſsima antequam granum indureſcat & cum iam traxit colorem. Oraculum, uerò biduo celerius meſſem facere potius, quàm biduo ſerius. Plin. lib. 18. cap. 30.*
  - *Sementis. Autumno ſcilicet & Vere.*
  - *Nauigationis. Vnde Heſiodus*
    - *Tempus nauigandi à ſolſtitio definit quinquaginta diebus:*
      ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
      ἐς τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης
      ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος.
    - *Nauigationem prohibet poſt occaſum Pleiadum.*
      ἄλλος δ᾽ εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν.
  - *Cæſura arborum: quæ tempeſtiua debet eſſe, ne ligna termites faciant: ſic enim ligni uermes appellantur, ait Seruius. Pinum præcipuè nat aut Virgilius, quia hinc naues efficiuntur. Materiam quam effodies aut præcides, abs terra diebus ſeptem proximis, quibus Luna plena fuerit, optimè eximetur. Omnino caueto ne quā materiā dolcs neu cædas, neu tangas, ſi potes, niſi ſiccam: neu gelidam, neu roratlentam. Hæc Cato. Palladius lib. 12. cap. 15. Nunc materies ad fabricam cædenda eſt, cum Luna decreſcit. Idem lib. 13. cap. 2. de menſe Decembri: Et materiem benè hoc menſe cædemus.*
- *Cœli*
  - *Vniuerſa natura. Vnde illa mūdi cœliq; deſcriptio in*
    - *Partes certas, ut ſunt*
      - *Zonæ quinque: de q. bus Tibul. lib. 4. eleg. 2. Ouid. lib. 1. Meta. Ariſt. lib. 5. ca. 2. Meteor. Sunt aūt hæ Zonæ, ſeu plagæ, ſeu cinguli, ſeu regiones hæ:*
        - *Media inter tropicos, coruſca. Semper ſole rubens: conſtans gradibus 47. Atq; hanc inhabitabilem eſſe, error ueterum fuit à Plinio primùm, & Ptolemæo refutatus, qui gentes in ea Zona habitantes deſcripſerunt: quin hodie temperies, ibi ſumma pernoſcitur æquatis dierum caloribus cum frigoribus nocturnis ſub Aequatore ſiquidem æquinoctia perpetua ſunt: circa tropicos eſt ardentior regio.*
        - *Extremæ duæ, Arctica & Antarctica, id eſt, Septentrionalis & Auſtralis: quæ ſingulæ conſtāt 23. gradibus & minutis 30. & ambæ coniunctæ, ſunt æquales Zonæ mediæ & 47 gradus efficiunt. Zona tamen*
          - *Septentrionalis licet incommoda, habitatur à multis populis, ut conſtat è multis populis plagæ ſeptentrionalis.*
          - *Auſtralis mari ferè occupatur & minus eſt coſmographis nota.*
        - *Temperatæ duæ inter tropicos & minimas Zonas.*
      - *Polus Latinis uertex ſeu cardo mundi, circa quem mūdus uoluitur: Sunt autē duo poli*
        - *Arcticum, qui putatur ſtella in cauda Cynoſuræ. At polus mundi ab eadē receſsit 4. gradibus. Ei uicina ſunt 3. ſydera:*
          - *Anguis: qui cōſtat ſtellis 30.*
          - *Vtraq; urſa: arctos:*
            - *Cynaſura, ſeu Phœnice conſtās 7 ſtellis.*
            - *Helice ſeu Calliſto è 35. ſtellis.*
        - *Antarcticum: ubi 20. ſydera inuiſa ſunt, Veneri & Ioui claritate ſimilia: tres in primis Canopi.*

        Virgilius ſuperā cœli partem in Arctica Zona ſtatuit, in antarctica autem inferam. Ariſtotel. uerò lib. 2. de cœlo cap. 2. dextram mundi partem tribuit orienti, ſiniſtram occidenti, ſuperam in auſtrali plaga ponit, inferam in arctica. Et auguralis Romanorum doctrina arcticā mundi partem in meridie, poſticā in ſeptentrione ſtatuebat: dextram in occidente, ſiniſtram in oriente.
    - *Zodiacum: ſeu orbem, quem Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra, Ariſtoteles λοξὸν κύκλον uocat. & ei cauſa rerū effectrix tribuitur. Chaldæi undecim ſigna in Zodiaco ponebant. Scorpius enim duo ſigna tenuit, id eſt 60. gradus, poſtea libra duodecimi ſigni locum tenuit.*
  - *Stellæ, quæ ſūt uel*
    - *Fixæ. 4.*
    - *Erraticæ ſeu Planetæ. 6.*

De Stellis Fixis.

- a. *In Stellis Fixis conſider.*
  - *Ortus et occaſus. Nec fruſtrà ſignorum obitus ſpeculamur & ortus, ait Virgil. ubi conſider.*
    - *Genera ortus & occaſus. Poëtis uſitata. Eſt enim ortus & occaſus ſyderum triplex:*
      - Ἡλιακὸς, *id eſt, Solaris, cum ſtella è radijs ſolis emergit, aut iiſdem abſconditur. Emerſum & occultationem diceremus.*
      - Κοσμικὸς, *cum oriente Sole ſtella ſupra noſtrum Horizontem, aut*
        - *Attollitur.* → *qui dicitur Matutinus.* → *Ortus.*
        - *Deprimitur.* → *qui dicitur Matutinus.* → *Occaſus.*
      - Ἀκρόνυχος, *cum occidente Sole ſtella ſupra Horizontem attollitur aut infra deprimitur: Veſpertinus ortus uel occaſus dicitur. Ptolemæus ſic Græcè nominat, & Plinius Latinè ſic appellat lib. 18. cap. 26. Heſiodo autem ſecundo operum & dierum dicitur* ἀκροκνεφαῖος, *qui Ptolemæo* ἀκρόνυχος.
    - *Plinij exclamationes in Aſtrologiã: qui lib. 18. capite*
      - XXIIII. *nimiam & cæcam ſubtilitatem hanc naturæ curam uocat, cum res inter ruſticos geratur, literarumq́ expertes, non modò ſyderum. Spes ardua & immenſa, miſceri poſſe cœleſtem diuinitatem imperitiæ.*
      - XXV et XXVI, *quò lætiores agricolarũ mentes ab Aſtrologia diſcedant, proponit*
        - *Aſtrologiæ difficultatem:*
          - *Vt Anni ſit propè inexplicabilis ratio.*
          - *Quòd tempeſtatum ſignificatio nũc præcurrat, nunc poſtueniat: effectis cœli ad terram modò citius, modò tardius decidunt.*
          - *Quòd conſtet omnis aſtrologia ſtatis & fixis ſyderibus, quorum effectus alijs ſtellis turbentur: unde non ſoli homines, ſed animalia reliqua ob id circa id ſagaciora (ut quo eorum uita conſtet) falluntur, ut papiliones & aues aduenæ, cum ſpem Veris afferant, interdum ſæuiſſima hyeme afflictantur.*
        - *Aſtrologorum de iiſdem aſtris diſſenſiones: ut de Vergiliarum occaſu: de ſectis, Chaldæa, Aegyptia, Græca, Latina, quam Cæſar dictator addidit autore Soſigene.*
        - *Varias in terris ſignificationes, cœleſtium ſignificationibus reſpondentes, ſyderumq́ ipſorum terreſtria ſigna indubitata, atq́ ut ipſe ait, oracula. quorum ex euẽtu ſydera ſint agricolis intelligenda: non ad dies utriq́ præfinitos expectanda tempeſtatum uadimonio.*
      - XXVII. *naturam uelut exclamantem facit: Cur cœlum intueris agricola? cur ſydera quæris ruſtice? Ecce ſtellas inter herbas tuas aſpergo, ac ne poſſis præterire, miraculo ſolicito. Vides ne ut fulget igni ſimilis, alarum compreſſu tegatur, ſecumq́ lucem habeat & nocte? Dedi ecce tibi herbas horarum indices, heliotropium ac lupinum, quæ cum Sole circumaguntur: cur etiam nunc altius ſpectas cœlumq́ ſcrutaris? habes ante pedes ecce Vergilias: in certis eæ diebus proueniunt, durantq́ fœdere ſyderis huiuſce, partumq́ eat illius eſſe certum eſt. Hirundinis uiſus, idem tempus indicat. Apicula procedens, fabam florere denunciat, fabaq́ floreſcens eam euocat. Cum gemmare morum uidebis iniuriam poſtea frigoris timere noliso. Lucentes Cicindelæ ſationẽ tibi leguminum oſtendunt.*
        Iam uerò ſemper uiridis, ſemperq́ grauata
        Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
        Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.
        Idem coronamentorum narciſſi, qui ter etiam florent, oſtendunt: ut primus flos primã ſationem, ſecundus mediam, tertius ultimam doceat. Iam uerò hyemis aduentus deciduis arborum folijs clarius, quàm Vergiliarum occaſu monſtratur, ut hoc ſignũ habeat inter tuos uepres. Pulegium florens Brumæ diem indicat: quæ qualis eſt & ternis circa eam dies, talem hyemem Democritus arbitratur. Secundi tempus cum ſpica defloreſcere cœperit atq́ roborari: ſecandumq́ antequam marceſcat. Solſtitium indicatur conuerſione foliorum tiliæ, populi albæ, ulmi ſalicis. Auis uireo prodit ipſo ſolſtitij die, ut Parra item auis oriente Sirio non apparet, donec & occidat. Tranſiſſe ſolſtitium non putes, niſi cum incubantem uideris palumbem. Ortum procyonis ſeu caniculæ ſentiunt maria & terræ, & multæ feræ: accendit ſolem & magnam æſtus obtinet partem. Formica plenluniorum rationem demonſtrat: quæ interlunio quieſcit, plenilunio etiam noctibus operatur.
  - *Nomina Stellarum à Virgilio uſurpata. Vide ſignum. b.*

Reſponſio ad Plinij illas exclamationes.

Multa quidem Plinius collegit, ut agricolas à cœli contemplatione ad agros ſuos reuocaret: uerè q́ (ut ait lib. 19. prologo) oſtenderet, non minus conferre rura, deprahendendo cœlo, quàm ſideralem ſcientiam. At his Plinianis exclamationibus reſponderi poteſt: non illam ſcrupuloſam Aſtrologiæ ſubtilitatem agricolis à Virgilio proponi, ſed ephemerides à doctis digeſtas, & annua illa Aſtrologiæ breuiaria, quæ uulgus Arabico uerbo Almanach appellat. Et quamuis multæ ſignificationes terreſtres cœleſtibus reſpondeant, attamen non omnes, nec omni uel tempore, uel loco reſpondere: & cauſarum noticiam & rationem, elementorum obſeruationi præſtare Columella quoq; lib 11. cap. 2 excuſat quidem ſe quòd contra cœli obſeruationē aliquando diſſeruerit aduerſus Chaldæos improbiſsimè pollicentes certis quaſi terminis, ita diebus ſtatis aëris mutationes reſpondere: quòd in ruris diſciplina non deſideretur eiuſmodi ſcrupuloſitas, ſed quod dicitur, pingui Minerua quantumuis utile continget uillico tempeſtatis futuræ præſagium.

Nomina ſtellarum.

b. Stellæ numeratæ ſunt 1022. In ſeptentrione 360. in Zodiaco 346 in meridie 316. A Virgilio autem nomina ſyderum uſurpantur partim

- *Animata:*
  - *Vrſa, ſeu ſeptentrio*
    - *Maior, ſidus 35. ſtellis inſigne: nam 27. habet in forma, extra formam habet 8. Helice autem dicitur, quam Græci nautæ ducem nauigationis ſpectant.*
    - *Minor, ſeu Cynoſura, quam Sidonij ſpectant. Hodie nautæ ſpectant acum magnete tactam.*
  - *Angues tres*
    - *Primus Septentrionum medius, conſtans ſtellis 30. Vnde à Virgilio lucidus & magnus dicitur.*
    - *Secundus Ophiuchi.*
    - *Tertius in ſignis meridionalibus, & Hydra dicitur.*
  - *Booter, id eſt, bubulcus, cœleſte ſignū ſeptentrionale in cauda urſæ maioris: qui aliter arctophylax dicitur, quia cuſtodiat ἄρκτον, id eſt, urſam. Conſtat 22. ſtellis formatis & una informi: præcipua autem eſt Arcturus, dictus ἀπὸ τῦ ὀρᾶν τὴν ἄρκτον, quia ſequitur caudam urſæ. Eius ortus*
    - *Coſmicus eſt circa æquinoctium autumnale. Tempore Virgilij oriebatur 4. die Septemb. Nunc autem decimo quinto Colum lib 11 cap. 2. Nonis Septembris Arcturus exoritur.*
    - *Acronychus fit 9. Cal Mart ut Columella dicto loco: uel 60. diebus poſt brumā, ut Heſiod. lib. 2. ſignificat.*
  - *Taurus, qui à Virgilio candidus dicitur propter*
    - *Hyades ſeptem, quas habet in fronte.*
    - *Pleiades ſeptem. quas habet in dorſo: quæ etiam Atlantides & Virgiliæ dicuntur: Pleiades ἀπὸ τῦ πλεῖν à nauigando, quòd ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendant. Atlantides, quia Atlantis filiæ 7. dicuntur fuiſſe, Electra, Alcyone, Celeno, Merope, Sterope, Taygeta, Maia. Virgiliæ à ueris ſignificatione, ex earum ortu. Nam 10. Cal Maias cum Sole oriebantur. ait Colum. lib 11. cap. 2. Sed quinto Cal. Nouemb. Virgilio occidebant, ait Colum. ibid. Plinius lib. 18 cap. 25. Cæſaris, id eſt. Soſigenis aſtrologiam ſequitur. & ab æquinoctio Autumni ad brumam 43 die Vergiliarum matutinum occaſum ſtatuit, & ab eo hyemem inchoat & folia arboribus decidere exiſtimat: eoq́ occaſu nubilo pluuioſam hyemem denunciat, ſereno aſperam. Et eiuſdem lib. cap. 29. de hoc ſydere rurſus ait: Virgiliæ priuatim attinent ad fructus, ut quarum exortu æſtas incipiat, occaſu hyems: ſemeſtri ſpacio intra ſe meſſes uindemiasq́ & omnium maturitatem complexæ.*
  - *Hœdi duæ ſtellæ paruæ in ſiniſtra Erichthonij: cuius etiam ſiniſtro humero inſidet capra Amalthea.*
  - *Danis, qui pridie Cal. Maias ſe ueſpere celabat Columellæ tempore.*
- *Inanimata:*
  - *Libra, olim chelæ & brachia ſcorpionis dicta. Stellas habet in forma 8, extra 9.*
  - *Corona*
    - *Septentrionalis, ſeu Gnoſia à Virgilio dicta.*
    - *Meridionalis.*

De Planetis.

e. Planetæ ſunt ſeptē:

- *Tres Superiores,*
  - *Saturnus: cuius ſydus minimum uidetur, quia ſummum: triceſimo anno curſum conficit, gelidæ ac rigentis naturæ. Plin. lib. 2. cap. 8. Virgilio Frigida Saturni ſtella dicitur.*
  - *Iupiter, fulminatur κεραύνιος dictus.*
  - *Mars.*
  - Superiorum trium Planetarum ignes, ſunt qui decidua ad terras, fulminum nomen habeant: ſed maximè ex his medio loco ſibi. Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Plin. lib. 2. cap. 20.
- *Duo Lumina mundi clariſsima, quæ, ut Virgilius ait, labentem cœlo annū ducunt, id eſt, ſuo motu tempora definiunt. Eſt autem annus cuiuslibet ſyderis circuitus abſolutus, ut magnus annus omnium ſyderū abſoluta conuerſio: Annus Saturni, Iouis, Martis, &c. ſua nempe conuerſio. Annus Lunæ, eſt menſis. Annus tamen Solis præcipuè dicitur, quia ſolis motu reliquos motus cœleſtes metimur. Hic conſider. ſunt*
  - *Partes anni, de quibus Virg. Tēporibusq; parem diuerſis quatuor annum: ex q. bus uariā cauſam uarijs frugum temporibus idem repetit. Sunt autem*
    - 1.
      - *Ver, quod à Virgilio uariè appellatur, nouū, breue, imbriferum, &c. & adiunctis deſcribitur, quòd tum nix & gleba Zephyro ſoluatur. Eius initium Varro lib. 1. cap. 8. ſtatuit ſeptimo idus Februarij, id eſt, ſeptimo die. Heſiodus hoc tēpus propoſuit ſecundo lib. [illegible] & ibidem à uoce gruis altè clangentis idem tempus definitur. Seruius notat dici Ver*
        - *Nouū. – Adultū. – Extremum.* } *pro Veris* { *Initio. – Medio. – Extremo.*
      - *Aeſtas, quæ à Virgilio dicitur puluerulenta: Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas: iubetq; humidam optari. Imber tamen in herba utilis tantū: florentibus autem frumento & hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquam ciceri: Matureſcentia frumenta imbre læduntur, & hordeum magis. Plin. lib. 18. cap. 17.*
      - *Autumnus. cui tempeſtates tribuit Virgilius.*
      - *Hyems. Virgilius hyemem optat ſerenam. Vnde hyemem quidem Aquilonam eſſe omnibus ſatis utiliſsimam ait Plin. lib. 17. cap. 12. Idem tamen eod. lib. cap. 2. uidetur corrigere Virgilium: Ergo qui dixit ſerenas hyemes optandas, non pro arboribus uota fecit, nec per ſolſtitia imbres uitibus conducunt.*
    - 2.
      - *Aequinoctium*
        - *Autūnale quod Virgilius deſcribit per ingreſſum Solis in librā, cū ait, Libra die, ſomniq; pares ubi fecerit horas. Et medium luci atq; umbris iam diuidet orbem. In æquinoctijs enim quia dies artificiales noctibus artificialibus ſunt æquales, ideò & horæ, licet alijs diebus inæquales, tamen ſunt æquales inter ſe diurnæ nocturnis: & tota dies naturalis, id eſt, completa ſolis una conuerſio, facit artificialem diem nocti artificiali æqualem: quod ſub Aequatore habitantibus perpetuum eſt. Calendis uerò Octob. ſol in libram tranſitum faciebat: Columel. lib. 11. cap. 2. Tum etiam Arcturus oritur.*
        - *Vernum.*
      - *Solſtitium*
        - *Aeſtiuum, cum Sol altiſsimus & proximus eſt nobis, ut nunc tertio & ſecundo idus Iunij, id eſt, undecimo & duodecimo die.*
        - *Hybernum, quod propriè Ciceroni, Virgilio, Plinio Bruma dicitur, contraria ſolis ſtatio: & accidit nunc 3. & 2. Idus Decemb. id eſt, eiuſdem 11. & 12. die. Virgilij tempore 2. & 1. Virgilius brumam intractabilem uocat cum ait, Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.*
  - *Menſes: in quibus ſingulis Græci tres decadas ſtatuebāt.*
    - *Primam μηνὸς ἱσταμένου, menſis ſtantis.*
    - *Secundam μηνὸς μεσοῦντος, medij.*
    - *Tertiam μηνὸς φθίνοντος deſinentis.*
  - *Dies. Vide ſignum **
  - *Horæ*
    - *Aequales.*
    - *Inæquales.*
- *Duo inferiores*
  - *Venus, quæ manè Lucifer & hyberno tempore præit manè Solem: æſtiuo ueſperi ſequitur, & Veſper dicitur.*
  - *Mercurius à Virgilio Cyllenius dictus, à Cylleno monte Arcadiæ, ubi genitus. Eius ſydus eſt inconſtans, quia ferè naturam ſequitur eorum ſyderum, cum quibus iunctus fuerit, ideòq; nuncius Deorum fingitur. Modò ante Solis exortum, modò poſt occaſum ſplendens, nunquam ab eo 23. partibus remotior, ait Plin. lib. 2. cap. 8.*

* In Diebus conſider.

- Partes quatuor, quas Virgilius equos Solis appellat: de quibus Ouid. 2. Metam.
  Interea uolucres Pyrois, Eous & Aethon,
  Solis equi, quartusq; Phlegon, &c.
- Differētiæ. Sunt enim alij
  - Solares.
    - Artificiales.
    - Naturales.
  - Lunares: quorum diſcrimina à Virgilio traduntur, in die uidelicet
    - Quinta: quia monſtra creat. Hic autē numerus Palladi Deæ etiā ſterili ſacer eſt.
    - Septima. Cato tamen ut intermeſtrem, ſic dimidiatam Lunam non probat in egerendo ſtercore, cedenda materia: ſeptem dies à plena Luna probat.
    - Nona, quæ fugæ à periculo, hoſte, tyranno & peregrinationi utilis, furtis autem contraria.
    - Hæc Plinio parum probantur lib. 18 cap. 32. ubi tamen generalem tradit Lunæ legem. Omnia quæ ceduntur, carpuntur, tunduntur: innocentius decreſcente Luna, quàm creſcente fiunt.

DE METEORIS: ſeu Meteorologia.

B. In Meteorologia conſider.

- TEMPESTATES: quarū tres ſpecies à Virg. deſcribūtur
  - VENTI in quibus conſider.
    - Genera. Sunt enim quatuor principales:
      - Eurus ad Ortum.
      - Zephyrus, Latine Fauonius, flans ab occaſu æquinoctiali aduerſus Eurum, tepidus & ſiccus: ſic dictus quaſi ζωηφόρος, quòd eius flatu terra frigoribus hybernis conſtricta aperiatur. Primus eſt florum conceptus flare incipiente uento Fauonio circiter ferè ſextum. Idus Febr. Hoc enim animantur uiueſcentia è terra, quo etiam equæ in Hiſpania. Hic eſt genitalis ſpiritu mundi, à fouendo dictus, ut quidam exiſtimauère Plin. lib. 16. cap. 25.
      - Boreas, Latinis Aquilo, ἀπὸ τῆς βοῆς à ſono & ſtrepitu dicitur: quia ſonorus. Eius frigus à Virgilio penetrabile dicitur, quòd facilè penetrat.
      - Auſter meridionalis uentus, qui eſt Græcis νότος ab humore. Latinis ab hauriendo. Natura eius mirificè à Virgilio comprehenditur, quòd peſtilens arboribus, frugibus, pecoribus ſic, cū ait: Arboribusq; ſatisq; Notus, pecoriq; ſiniſter.
      - De his uide Ariſtot. lib. 2 Meteor. cap. 4. 5. 6. Ouid. lib. 1. Metam. Eurus ad auroram, &c.
    - Species, Turbo. Si uentus maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu, ſed minus alto quàm procella, nec ſine fragore, turbinem uocant, proxima quæq; proſternentem. Plinius libro 2. capite 48.
    - Cauſa: eſt exhalatio calida & ſicca.
    - Effecta. Mouetur enim ſurſum: & maturas ſegetes eruit, ut ait Virgil. quod Plinius lib. 18. cap. 30 repetit: Præſagia (ait) tempeſtatum placuiſſe Virgilio magnoperè uideo: ſiquidem in ipſam meſſem ſæpè concurrere prælia uentorum damnoſa imperitis refert. Tradunt enim Democritum metente fratre eius Damaſo, ardentiſſimo æſtu oraſſe ut reliquæ ſegeti parceret, raperetq; deſecta ſubtectum, paſtis mox horis ſæuo imbre, uaticinatione approbata.
  - PLVVIAE & earum
    - Materies è nubibus, ſeu collecta ex alto nubes ut Virgil ait. Ex uapore namq; nubes, unde pluuia, ex qua etiam rurſus uapor. Hæc enim κύκλῳ γίνεσθαι Ariſtoteli dicitur lib. 2. Poſter. cap. 13.
    - Effecta, quòd fruges diluant, & ſata læta, boumq; labores.
    - Adiuncta, quòd fremitum excitent.
  - FVLMINA, quæ deſcribuntur ab
    - Cauſa efficiente aſtrologica, Ioue ſcilicet, qui coruſca Fulmina molitur dextrâ. Plinius lib. 2. cap 20.
    - Effectis, quòd alta loca feriant, ut montes Ceraunios in Epiro, ſic dictos quia fulminibus ſæpè feriantur.
    - Adiunctis, ſonitu & eius terrore. quo maxima motu Terra tremit, fugêre feræ: & mortalia corda Per gentes humilis ſtrauit pauor.
- PROGNOSTICA: quæ ſunt ſigna ad cautionem & prouiſionem tempeſtatum, tanquam in ſublimi aliqua ſpecula, propoſita. Vide ſignum. †

- *T Prognoſticæ ſunt ſigna*
  - *Tempeſtatũ, quæ ſumũtur ex*
    - *Cauſis generalibus*
      - DEO: *unde Virgilius, In primis uenerare Deos, inquit: & alibi, Ipſe pater ſtatuit quod menſtrua Luna moneret: Quo ſigno caderent Auſtri.*
      - COELO. *Vnde Virgil. ait, Cœli menſes & ſydera ſerua. Et idem certè ſigna deducit à*
        - *Saturno & Mercurio. Plinius lib. 18. cap. 25 Virgilius, ait, errantium quoq; ſyderum rationem ediſcendam præcipit, admonens obſeruandum frigidæ Saturni ſtellæ tranſitum.*
        - *Sole. Nam, ut ait Virg. Sol quoque & exoriens & cum ſe condet in undas, Signa dabit: ſolem certiſsima ſigna ſequũtur. Solis ſigna 27. proponit Plin. lib 18. cap 35. Virgilius uerò ſeptem eáq; uel*
          - *Tempeſtatum: & quidem ſolis*
            - *Orientis tria:*
              - *Primum pluuiæ, ſi Sol oriens fuerit maculoſus: quò referri poſſunt quatuor. Plinij ſigna, ſed oriens concauus, radij eius & non illuſtres emicantes, aut longè per nubes porrecti & medius inanis: tum nubes nigræ rubentibus interuenientes.*
              - *Secundum & tertium grandinis, à Solis radijs obſcura nube interruptis & ex ipſo Oriente pallido: quò referri poſſunt quatuor præterea Plinij ſigna de radijs præcedentibus, de nubibus præcedentibus, tum conglobatis, tum rubeis & ſparſis partim ad Auſtrum, partim ad Aquilonem.*
            - *Occidẽtis tria ex aduẽtis coloribus. Nam*
              - *Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros.*
              - *Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni.*
              - *Omnia tum pariter uēto nimbiſq; uidebis.*
              - *Feruere.*
          - *Serenitatis, ait enim*
            - *At ſi, cum referéq; diem, condétq; relatum,*
            - *Lucidus orbis erit, fruſtrà terrebere nimbis:*
            - *Et claro ſyluas cernes Aquilone moueri.*
        - *Luna. Nam luna creſcens*
          - *Obſcura, pluuiam terra mariq; denunciat.*
          - *Rubea ſignificat uentos. Vento ſemper rubet aurea Phœbe.*
          - *Pura ſignificat ſerenitatem reliqui menſis. Plinius libro 18. capite 35.*
    - *Adiunctis, quæ rebus naturalibus diuinitus ſunt impreſſa, ut à Deo moniti, caueremus: quæ ſunt ſigna uel*
      - *Tempeſtatũ, hoc eſt*
        - VENTORVM, *quorũ ſigna Virgilius undecim deſcribit ex Arato: quæ Plinius ferè omnia collegit lib. 18. cap. 35. ut ſunt*
          - *Tumor maris Plinius: Mare ſæpè & ſilentio intumeſcit, flatúq; altius ſolito iam intra eſſe Ventos fatetur.*
          - *Fragor montium: Plinio dicitur montium ſonitus.*
          - *Maris ſonitus.*
          - *Nemorum murmur ſeu mugitus, ut Plinius uocat.*
          - *Mergi ad litora uolatus & clamor.*
          - *Fulicarum luſus in arena.*
          - *Ardeæ ſublimis uolatus.*
          - *Stellarum caſus ſeu decidui ignes. Diſcurſus autem nunquam temerè ſiunt, ut non ex parte truces uenti oriantur. Plinius libro 2. capite 35. Quem uide & cap. 5. & 8.*
          - *Paleæ uolatus.*
          - *Frondes uolitantes.*
          - *Plumarũ in aqua colluſio, ſeu plumæ aquis innatãtes.*
        - PLVVIARVM. *Vide ſignum. A.*
      - *Serenitatis. B.*
  - *Rerum humanarum. C.*

1. De fulmine Septentrionali. — }
2. De tonitru orientis & occidentis. — } De utroq; Plinius lib. 18. cap. 35.
3. Ex altiſsimo gruum uolatu. At Plinius, grues ſilentio per ſublime uolantes, ſerenitatem præſagiunt.
4. De boum reſpiratione. Plinius, & boues cœlum olfactantes, ſéq; lambentes contra pilum.
5. De hirundine. Plinius: Hirundo tam iuxta aquam uolitans, ut penna ſæpè percutiat.
6. E' coaxatione ranarum. Virgil. Et ueterem in limo ranæ cecinêre querelam: βρεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ nimirum, quod apud Ariſtophanem eſt in Ranis.

A. Prognoſtica ſeu præſagia pluuiarũ à Virgilio numerãtur tredecim: quæ à Plinio lib 18 cap 35. referuntur.

7. E' formicis oua efferentibus.
8. E' hauſtu Iridis, quæ Latinis eſt arcus cœleſtis. Fit autem Iris è nube roſcida Soli oppoſita, in qua radij Solis refringuntur & imaginem Solis malè exprimunt. Hinc triplex color, puniceus, uiridis, purpureus, quartus Xanthus, Si quis præterea appares, interdum eſt punicei uiridiſq; medius. Cum duæ ſunt, debilior fortioris eſt imago: ſi tertia ſit, eſt imago ſecundæ. Iris ſublimis eſt humili ſole, humilis autem ſublimi & inter æquinoctia tantum. Vide Ariſtotel. lib. 3. de Meteor. cap. 4. & 5. & Plin. lib. 2. cap. 59. Arcus autem cum ſunt duplices, pluuias nunciant, è pluuijs ſerenitatem non perinde certam.
9. E' crocitatione coruorum Plin. Corui ſingultu quodam latrantes, ſéq; concutientes, ſi continuabunt, uentos: ſi uerò carptim uocem reſorbebunt, uentoſum imbrem.
10. E' balneis auium. Plin. Cum terreſtres uolucres contra aquam clangores dabunt perfundentes ſeſe, ſed maximè cornix.
11. De nimia cornicatione cornicis.
12. Ex lucernæ oleo ſcintillante.
13. Ex concretione fungorum.

B. Serenitatis ſigna ſeu ſignificationes à Virgilio decem deſcribuntur:

1. E' claritate ſtellarum. Nam cùm earum fulgor obumbratur, & id neq; nubilo, neq; caligine, pluuiæ aut graues denunciantur tempeſtates Plin. lib. 18. cap. 35.
2. E' claritate Lunæ orientis.
3. De floccorum uolatu, cum ſcilicet non feruntur uellera. Eſt autem floccus, particula lanæ diuiſa à uelleribus, inutiliter euolant.
4. De Alcedonijs, diebus nempe quibus Alcedones nidificant. Eſt autem Alcedo, ἀλκύων, auis paulò amplior paſſere, colore cyaneo: ſeptem diebus ante brumam nidificat in mari, & ſeptem poſtea fœtificat: qui dies Halcedonij Latinis dicuntur quibus diebus mare placidum & nauigabile eſt. Plin lib 2. cap 47. lib. 18. cap. 26. lib 10. cap. 32 Prouer. Alcedonia ſunt apud forum A...rnix mare, [illegible] pario. Hinc ἀλκύων uelut in mari pariens dicitur. Hoc ergo ſignum eſt, cum Alcedones non pandunt alas.
5. De ſuibus non iactantibus manipulos, cum pabulum rimantur. Rimari proprium eſt porcorum, glandes è terra ſimus eruentium.
6. E' nebularum depreſsione. Virgil. Et nebulæ magis ima petunt, campóq; recumbunt.
7. De ueſpertino ſilentio noctuæ. Noctua enim eſt in imbre garrula: at ſereno, tempeſtatem. Plin. lib. 18. cap 35. Ergo ſilentium ſerenitatis præſagium eſt. Noctua autem lucifuga auis, de cuius contra cæteras aues ſolerti dimicatione Plin. lib. 10. cap. 17.
8. De Niſo perſequente Scyllam. Niſum Falconem quidam putant: Scyllam caſsitam, ſeu galeritam, aut alaudam.
9. De clara & geminata crocitatione coruorum. Plinius ait coruos obliuioſos eſſe, & plerumq; ad nidos ſuos non reuerti, ſed quadam ratione naturæ hæc congerunt ad nidos ſuos, quæ uermes poſsint creare, ex quibus relicti eorum pulli aluntur. Horum obliuionem probat ex abſconditis rebus, quas relinquunt. Plin. lib. 10. cap. 12. Et hæc coruorum obliuio uidetur à Dauide Pſal. 146. ſignificari.
10. E' pecoribus exultantibus & indecora laſciuia ludentibus: ut minus mirum ſit aquaticas, aut uolucres præſagia aëris ſentire. Plin. lib. 18. cap. 35.

1. Ex Solis defectu Plin.lib.2.cap 30. Nam ut ait Virgil. Ille etiam cæcos inſtare tumultus, Sæpè monet, fraudemq; & operta tumeſcere bella.

2. E' terræ motu.

3. Ex inundatione maris.

4. E' latratu canum obſcœno.

5. De cantu uolucrum funeſtarum, ut ſtrigum, bubonum, noctuarum.

6. De Aetnæ globis. Aetna autem mons Siciliæ nocturnis mirus incendijs. Plin.lib.3.cap 8.

7. De ſonitu armorum: de quo Plin. lib. 2. cap. 57. Armorum crepitus & tubæ ſonitus auditos è cœlo Cimbricis bellis accepimus.

8. Ex Alpium tremore.

9. De uocibus ſpirituum in ſacris locis.

10. De nocturnis umbris.

11. De pecudum locutione. Euſebius: Bos Romæ in ſuburbana ad aratorem locuta eſt, fruſtra ſe urgeri: non enim frumenta, ſed homines breui defuturos.

12. De curſu amnium inhibito.

C. *Vt minus ſunt mira tempeſtatum prognoſtica, rerum etiam humanarum ſigna apparent: quorum 21. Virgilius recenſet:*

13. De terræ hiatu.

14. De lacrymis eburnearum in templis ſtatuarum.

15. De ſignis æneis ſudantibus.

16. De Eridani ſeu Padi fluminis inundatione Plin.lib.3.cap. 16. conſumpſit integrum caput in hiſtoriam huius fluminis.

17. De fibris uictimarum.

18. De puteorum aquis cruentis.

19. De luporum in oppidis ululatu.

20. De fulguribus crebris.

21. E' Cometis ſeu crinitis ſtellis. Virgil. Nec diri toties arſere Cometæ. Cometarum materies eſt exhalatio calida & ſicca. Efficiens cauſa Sol & aſtra. Nec multi ſimul eſſe poſſunt. Hæc Ariſtoteles lib. 1. Meteor. cap. 7. Plinius tamen lib. 2. cap 25. de cauſis dubius eſt. Sunt, ait, qui & hæc ſidera perpetua eſſe credant, ſuoq; ambitu ire, ſed non niſi relicta à Sole cerni. Alij uerò qui naſci humore fortuito & ignea ui, ideoq; ſolui. De numero (quod mireris) reprehendit Ariſtotelem, quòd tradat ſimul plures cerni. Cæterum ait eſſe terrificum magna ex parte, ac non leuiter piatum. Cometes in uno licet totius orbis loco, attamen cultus eſt in templo Romæ, admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus ab ipſo, qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat Veneri genetrici ſuæ, non multò poſt obitum patris Cæſaris: oriebatur circa undecimam horam diei, clarus omnibus terris & conſpicuus. Eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: & eo nomine id inſigne ſimulachro capitis eius (quod mox in foro conſecrauit Auguſtus) adiectum eſt: ſed Auguſtus interiore gaudio ſibi illum natum, ſeq; in eo naſci interpretatus eſt. Et ſanè ſi ſpectetur Octauiani ſeculi fœlicitas, ſalutaris Cometes ille fuit. Hæc Plin. Vnde colliges Cometen interdum eſſe melioris ſtatus auſpicem.

Atq; hactenus de Generalibus & communibus Agriculturæ Cauſis, Deo ſcilicet, Cœlo & Meteoris.

Sequuntur Agriculturæ cauſæ Propriæ.

De Agri electione & aratione.

Adhuc de cõmunibus Agriculturæ cauſis dictũ eſt: Sequuntur propriæ: & primò de Agri ſeu ſoli

- *Delectu: de quo multa. Columella li. 1. ca. 1. præcipit, ut libri ueterũ legãtur, ut experiẽtia præſens cõparetur: ubi tantã cœli uarietatẽ ab Hipparcho repetit, ut tẽpus futurũ ſit, quo mũdi cardines moueantur. Et Plinius etiã plura lib. 17. cap. 4. de qualitate regionũ, & ca. 5. de generibus terrarũ: ſed Cato & Varro, & Columella initiji Georgicæ doctrinæ hanc in primis terræ diſtinctionẽ proponunt. Vnde & Virgilius iubet nos uẽtos et cœli morẽ prædiſcere, ac patrios cultus, habitusq; locorũ. Nã in omni qdẽ parte culturæ, ſed in hac quidẽ maximè ualet oraculũ illud, Quid quæq; regio patiatur, ait Plinius lib. 18. ca. 16. Hunc propoſitum delectum Virgilius illuſtrat per*
  - *Diuiſionem generum. Nam alibi ueniunt felicius*
    - *Segetes.*
    - *Vuæ.*
    - *Arborei fœtus.*
    - *Gramina.*
    - *Crocus ut in Tmolo.*
    - *Ebur, dens elephanti, ut in India. Plin lib. 8. cap. 9.*
    - *Thura, ut apud Sabæos. Strabo lib. 16.*
    - *Ferrum, ut apud Chalybes.*
    - *Caſtorea, ut in Ponto. Plinius lib. 8. cap. 30. & lib. 32. cap. 3.*
    - *Equæ, ut in Epiro.*
  - *Cauſam. Tantæ enim uarietatis cauſam refert ad Naturam, id eſt, Deum, cuius ſapientia mundi partes uariæ uarijs dotibus ornatæ ſunt.*
- *Aratione: quæ eſt duplex:*
  - *Verna, in agro fertili. In ea conſider.*
    - *Temporis Verni deſcriptio. Nam*
      1. *Virgilius arationis primum tempus Vernum deſcribit ex adiunctis temporis, cum nix & gleba reſoluitur.*
      2. *Varro initium Veris ſtatuit ſeptimo Idus Februarij, id eſt, ſeptimo die: lib. 1. cap. 8.*
      3. *Heſiodus lib. 2. hoc tempus Pleiadum occaſu deſcribit: & è uoce gruis altè clangentis.*
      4. *Columella lib. 11. cap. 2. ſic interpretatur. Noui Veris principium non ſic obſeruare ruſticus debet, quemadmodum Aſtrologus, ut expectet certum diem illum, qui Veris initium facere dicitur, ſed aliquid etiam ſumat de parte hyemis, quoniam conſumpta bruma iam intepeſcit annus permittitq; dementior dies opera moliri. Huic Columellæ interpretationi reſpondet Plinius lib. 16. cap. 25. Hoc interuallum temporis negotiſsimum agricolis, maximeq; operoſum eſt, in quo præcipuè falluntur: neq; enim eo die uocantur ad munia, quo Fauonius flare debeat, ſed quo cœpit. Hoc acri intentione ſeruandum eſt. Illo menſe ſignum Deus habet obſeruatione minimè fallaci aut dubia, ſi quis attendat. Vide eundem. lib. 18. cap. 26.*
    - *Arationis uernæ*
      - *Cauſa, ut herbæ noxiæ (ut carduus, lappæ, tribuli, lolium) exurantur, ut uult Virgilius.*
      - *Effectus, copioſæ ſcilicet fruges: quod annotauit Plin. lib. 18. cap. 3. Ipſorum, ait, tunc manibus Imperatorum colebantur agri: ut fas eſt credere, gaudente terra uomere laureato & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella. eademq; diligentia arua diſponebant qua caſtra: ſiue honeſtis manibus lætius omnia proueniunt, quoniam & curioſius fiunt.*
  - *Autumnalis in agro macro: in ea conſid.*
    - *Tempus, ſcilicet æquinoctium autumnale, cum Arcturus oritur. Columel. lib. 2. cap. 4.*
    - *Cauſa, ut natiuus humor conſeruetur, nec humus effœta, ſole perurãtur.*
- *Alternatione.* A.
- *Fœcundatione.* B.
- *Iteratione.* C.

A. Tertium

- **A.** *Tertium præceptum eſt de ſoli alternatione, eaq́ duplici, nempe*
  - *Arationis: de quo ſic Plin. lib. 18. cap 21. Virgilius alternis ceſſare arua ſuadet, & hoc ſi patiantur ſpatia utiliſſimum proculdubio: quod ſi neget conditio, far ferendum unde lupinum, aut uicia aut faba ſublata fuerint, & quæ terram faciant lætiorem. Idem lib. 17. cap 5. Et in frugibus quidem ſerendis eadem terra utilior intelligitur, quoties intermiſſa cultura quieuit. Nouale autem eſt quod alternis annis ſeritur, ait Plin. lib. 18. cap. 19. uel ager nouæ relictus ſementi, ut Feſtus: uel quia intermiſſus renouatur, à nouando nouale, ut Varro. Inceconſultus etiam eſt ager, qui non antea cultus fuerat, ſed ſylua aut aliud quippiam fuerat. Quomodo etiam Plinius loquitur lib. 17. cap. 51. cum de odore terræ loquitur: Talis ferè eſt, ait, in noualibus cæſa uetere ſylua Heſiodo νεῷ ἀλεξιάρῳ nouali expellens diras imprecationes, nempe quæ propter fœcunditatem ab agricolis imprecationes nullas capiat.*
  - *Seminis. Nam unde legumina (ut uicia, lupinum) lecta ſunt, ibi far ſpecies frumenti optimi, adoreum nempe, feratur. Segetem ſiquidem ſtercorant fruges, lupinum, faba, uicia, ait Plinius libro 17. capite 9. Eſt autem legumen ſeges omnis, quæ manu legitur, non autem ſecatur. ut piſum, faba, uicio, lupinum. Sic Varro lib. 1. ca. 32. Legumina alij quidam legaria appellant: utraq́ dicta à legendo, quòd ea non ſecantur, ſed uellendo leguntur. Columella lib. 2. cap. 14. plenius ait ex ſeminibus alijs agros*
    - *Stercorari & iuuari ut*
      - *Vicia, quæ à Virgilio tenuis dicitur, quia uix ad triplicem fructum peruenit.*
      - *Lupino. Eſt autem lupinus uel lupinum, genus leguminis amariſſimum, maceratum tamen calida aqua, hominis cibo eſt: bouem autem unum modij ſinguli ſatiant. Circumagitur cum ſole, hocaq́ agricolis etiam nubilo demonſtrat, ait Plin. lib. 18. cap. 14. ubi & capite proximo ait idem arua pingueſcere uicia & lupino. Cato etiam ſegetem ſtercorari docet lupino, faba, uicia.*
      - *Faba, eruo, lente, acercula, piſo.*
    - *Peruri & emaciari, ut cicere, lina, milio, panico. Ideò Virgil. à lætis leguminib. diuidit*
      - *Linum. Plin. lib. 17. cap. 9. & in prologo lib 19.*
      - *Auenam Eſt enim primum frumenti uitium Plinius lib. 18. cap. 17.*
      - *Papauer. Papaueris ſuccus, non modò ſoporiferæ ui, ſed etiã mortifera per ſomnum: ſic multi interempti: Plinius lib. 20. cap. 18.*
- **B.** *Quartum præceptũ eſt de fœcundando ſolo: cuius tres ſpecies à Virgilio exponuntur:*
  - *Fimus Fimum uerò terræ miſcere plurimum refert Fauonio flante ac Luna ſitiente. Plin. lib. 17. cap. 9.*
  - *Cinis. Tranſpadanis cineris uſus adeò placet, ut anteponant fimo iumentorum: quod quia leuiſſimum eſt, ob id exurunt Plin lib 17. cap. 9. ubi indicat cinerem, fimum eſſe iumentorum, ſed incenſum & redactum in cineres: quod fit fimo ad ſolem ſiccato & incenſo. Et Palladius inter genera ſtercorum, cineres ait optimos eſſe lib. 1. ca 33. Columella lib. 2. cap. 15. cinerem inter ſpecies ſtercorum numerat, tametſi nil definit Itaq́ ne hîc marga Britannica aut Gallica intelligatur, qua terræ aluntur: aut etiã Græca, de qua Plin. lib. 17. cap. 6 7. & 8.*
  - *Incenſio ſtipularum, quam Plin. lib. 17. cap. 30 ita proponit: Sunt qui accendunt in aruo & ſtipulas, magno Virgilij præconio. ſumma autem ratio ut herbarum ſemen exurãt. Quatuor aũt cauſas Virgilius attingit, ut*
    - *Nouum pabulum concipiatur.*
    - *Vitioſus humor exudatur.*
    - *Vires aperiantur.*
    - *Vires aſtringantur.*
- **C.** *Quintum præceptum eſt de ſecunda aratione de qua Columella lib. 11. cap 2. Ab idibus Martij eadem, quæ ſupra utiq́ peragenda ſunt Optimè autem uliginoſa & pinguia loca nunc demum proſcinduntur, & quæ Menſe Ianuario uernacla ſeuimus, nunc ultima parte Martij ſunt iterando. Varro lib. 1. cap. 29. Cum primùm terra aratur, dicitur proſcindi: cùm iterum, offringi: tertiò cum aratur iacto ſemine, lirari. Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata occatio ſequitur: ubi res poſcit crate uel raſtro, & ſato ſemine iteratio.*

De Semini-

De Seminibus & Frugibus.

Superiora pꝛ̄cepta de Solo fuerunt: ſequentia de

- *Seminibus & eorum*
  - *Preparatione & medicatione ad naturæ imbecillitatem & infirmitatẽ tuendum & reſtaurandum uel ex*
    - *Nitro* Nitrum ſimile eſt noſtri ſalis, ſed nihil habet gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis: ſoles tamen iuxta naturam ſalis durare calıditate & nubiloſo aire liqueſcere. Nitro nũc caremus, ſed pro eo ſalem petræ adhibemus. De generibus eius ex Media, Thracia, Macedonia, Aegypto, totaq́; eius natura. Plin lib. 31. cap. 10.
    - *Amurca.* Amurca ſordes olei, ſed præcedentes: nam ſequentes dicuntur feces. Plinius lib. 18. cap 17 de fabis uidetur hunc locum interpretari, ubi de medicatione hæc ita loquitur. Vino autem ſemina perfuſa minus ægrotare exiſtimant: Virgilius & amurca perfundi iubet fabam ſic etiã grandeſcere promittis. Quædam uerò ſi trieu nio antè ſatum, urina & aqua macerentur, præcipuè adoleſcere putant. Reliqua ſemina cupreſſi folijs tuſis ſi miſceantur, non eſſe uermiculis obnoxia nec ſi interlunio ferantur. Quin & armo talpæ contacta ſemina, uberiora eſſe: felle autem bubulo attingi ſemina uilius putant. Hæc ille ac etiam complura de medicamẽtis frugum. De quibus etiam Columella lib. 2. cap 9 & Palladius lib. 1. cap. 35.
    - *Igne.*
    - *Selectione ſeminis.* Columella libro 2. capite 9. Vbi mediocris eſt fructus, optimam quamq́; ſpicam legere oportet, ſeparatumq́; ex ea ſemen reponere: cum rurſus amplior meſſis prouenerit, quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit: & ſemper quodq́; propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum. Nam id plurimum confert, quia quamuis cæteris locis humidis, tamen etiam ſiccis frumenta degenerant, niſi cura talis adhibeatur. Hoc præceptum Columella citat iterum lib. 2. cap. 10. & ad omnes rerum ſpecies attinere indicat, non ad ſola frugum ſemina. Itaq; illic ad equarum progeniem refert. Plin. lib 18. cap. 24. addit ſemen optimum eſſe anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum, ultra ſterile. Item optimum eſt granum quod rubet & dentibus fractum, eundem habet colorem: deterius cui plus intus albi eſt. Varro lib 1. cap. 40. Semina ui lere, ne uetuſtate ſint exſuncta, prodeſt: aut ne ſint admiſta, aut ne propter ſimilitudinem ſint adulterina. Semen uetus tantum ualet in quibuſdam rebus, ut naturam commutet. Nam ex ſemine braſſicæ ueteri naſci aiunt rapa & contra ex raporum, braſſicam. Idem cap. 52. Quæ ſeges grandiſſima atq; optima fuerit, ſeorſum in aream ſecerni oportet.
  - *Satione*
    - *Verna: leguminum, ut*
      - *Faba*, de qua Plin. lib 8. cap. 12. Inter legumina maximus honor fabæ, eius multiplex uſus, omnium quadrupedum generi, maximè homini. Seritur ante Vergiliarum occaſum, leguminum prima, ut antecedat hyemem. Virgilius eam per uer ſeri iubet, circumpadanæ Italiæ ritu. ſed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis, quam trimeſtrem fructum eius. nam ſiliquæ cauliſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Naſcitur in pleriſq; locis ſua ſponte, ſicut Septentrionalis Oceani inſulis quas ob id Fabarias appellant.
      - *Medica herba*, à Medis, quibus autoribus Dario Græciam uaſtante in Europam primùm uenit. Magnum trifolium uulgo & fenũ Burgundiæ dicitur. Herba equis quàm optima. cuius tanta dos eſt, ut uno ſatu amplius, quàm tricenos annos duret, ait Plin. lib. 18. cap. 16.
      - *Milij*, cui ſationem definit Columella lib. 11. cap 2. circa idus Aprilis. E milio panis multifariam conficitur, ait Plin. lib. 18. cap 7. ubi ait ſuo tempore ex India in Italiam milium allatum, nigrum colore, amplum grano, arundineũ culmo. quod adoleſcit altitudine ad pedes ſeptem prægrandibus culmis, Lobas uocant: omnium frugum fertiliſſimum: ex uno grano terni ſextarij gignuntur. Idem ait lib. 18. cap. 10 Aethiopibus non aliam frugem quàm milij & hordei notam eſſe: & lib. 14. cap 6. ait è milio uinum fieri.
    - *Autumnali.* A.
- *Frugibus: in quibus conſider.*
  - *Præcepta.* B.
  - *Genera.* C.
- *Area.* D.

A. *Autumnalis ſatio eſt uel*

- *Frumentorum, quorum genera ſecundũ Plinium lib. 18. cap. 8. ſunt:*
  - *Hordeum, quod inter æquinoctium Autumni & brumam Virgilius ſeri iubet, ut ait Plinius lib. 18. cap 14.*
  - *Far, quod adoreum ueteres appellauêre. Vergilius robuſta farra uocat, quia ex omni genere duriſsima & cõtra hyemes firmiſsima, ait Plin. lib. 18. ca. 8. & ibidem cap. 30. ait annis quinquaginta in ſcrobibus durare & conſeruari.*
  - *Siligo: tritici deliciæ.*
  - *Triticum quo nihil eſt fertilius. Hoc enim natura ei tribuit, quoniam eo maximè alat hominem, cum è modio, ſi ſit aptum ſolum, (quale in Byzantio Africæ campo) centeni quinquageni modij reddantur. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto procurator eius ex uno grano (uix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina: extantq́ ea de re epiſtolæ. Miſit & Neroni ſimiliter trecentas quadraginta ſtipulas ex uno grano, Plin. lib. 18. cap. 10.*
- *Leguminum ut*
  - *Lini & papaueris. Plinius tamen utrunq Vere ſerendum monet lib. 18. cap 14.*
  - *Viciæ: Plinius tria tempora ſationis eius ait eſſe, lib. 18. cap 15.*
    - *1. Circa occaſum Arcturi, ut Decembri menſe paſcat, tunc optimè ſeritur.*
    - *2. Menſe Ianuario.*
    - *3. Martio.*
  - *Faſeli, qui & faſeolus ſeu phaſelus & phaſeolus, folijs uenoſis, ut Plin. lib. 18 cap. 7 quos ſerere qua uelis terra licet ab Idibus Octobris in Calendas Nouemb. ait Plin. lib. 18. cap. 12. Faſelus uerò Italis, quàm Gallis magis notus: & à Virgilio uilis appellatur, propter copiam, quia omne quod abundat, uile eſt.*
  - *Lentis quæ in Peluſio Aegypti oppido optima. Martialis in Xenijs, Accipe Niliacam, Peluſia munera gentem. Plinius ait ſe apud auctores inueniſſe æquanimitatem fieri ueſcentibus ea, lib. 18. cap. 12.*

B. *In frugibus Virgilius proponit*

- *Votum ad pluuiam æſtatis, & ſiccitatem hyemis. Imber tamen in herba utilis tantùm: florentibus autem frumento & hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquàm ciceri. Matureſcentia frumenta imbre læduntur & hordeum magis. Hæc Plin. lib. 18. cap 17. Vnde Virgilij præceptum generale non eſſe intelliges. Hyemem quidem Aquiloniam eſſe omnibus ſatis utiliſsimam ait Plin lib. 17. cap 12. Idem tamen autor lib. 17. cap. 2. uidetur iterum Virgilium nonnihil emendare: Ergo qui dixit ſerenas hyemes optandas, non pro arboribus uota fecit, nec per ſolſtitia imbres uitibus conducunt. hyberno uerò puluere fieri meſſes lætiores, luxuriantis ingenij fertilitate dictum eſt, alioqui uota arborum communia ſunt frugumq́ nimis diu ut ſedere: cauſa, quia non ſolum animam terræ euaneſcentem exhalatione includunt & comprimunt, retroq́ agunt in uires frugum atq radices: uerùm quod & liquorem ſenſim præbent, parum præterea leuiſsimumq́, quando nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex ijs non uniuerſus ingurgitans diluensq́, ſed quomodo ſitiens diſtillans uelut ex ubere alit omnia, quæ non inundat: tellus quoq́ illo modo fermenteſcit ac ſucci plena ac lacteſcentibus ſatis non effœta: cum tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maximè frumenta pingueſcunt, præterquam ubi calidus ſemper aër eſt, ut in Aegypto. Hæc ille.*
- *Præcepta de*
  - *Semine*
    - *Cooperiendo per Lirationem. Virgil Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua*
      Inſequitur, cumuloſq́ ruit malè pinguis arenæ?
    - *Irrigando, ut unda ſcatebris arentia temperet arua.*
  - *Vitijs curandis. Vide ſignum* *

* *Vitia frugum*

* *Vitia frugum multa ſunt, ut*

- *Luxuries, quæ curatur per*
  - *Depaſtionem. Inter uitia ſegetum, luxuria eſt, cum onerata fertilitate procumbunt. quæ caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat: & depaſtæ quidem uel ſæpius nullam in ſpica luxuriem ſentiunt: retonſarum uerò etiam ſemel omnino certum eſt granum longius fieri, ſed inane quaſſumq́; ac ſatum naſci. Babylone tamen bis ſecant, tertiò depaſcunt, alioquin folia tantùm fierent: ſic quoq́; cum quinquageſimo fœnore meſſis reddit exilitas ſoli: uerùm diligentioribus cum centeſimo quinquageſima. Plin lib. 18. cap. 17 ubi conſiderabis mirabilem naturæ largitatem centeſimo & quinquageſimo fœnore primam ſortem remunerantis: Idem cap. 21. ait: Sunt genera terræ, quarum ubertas pectinari ſegetem in herba cogat: cratis hoc genus dentatæ ſtylis ferreis: eadem & nihilominus depaſcuntur: quin depaſta, ſarculo iterum excitari neceſſarium. Huc etiam fortaſſe referendum ſit, quod Plinius ait de aratione lib. 18. cap. 19. Non omittemus unam etiamnum arandi rationem in Tranſalpina Italia, bellorum iniuria excitatam. Salaſsi cum ſubiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumq́; iam excreſcens tentauêre: poſtquam reſpuebat natura, inararunt. At illæ meſſes duplicatæ docuerunt, quod nunc uocant artrare, id eſt, aratrare ut credo tunc dictum: hoc fit uel incipiente calamo cum iam is bina ternaúe emiſerit folia. Nec recens ſubtrahemus exemplum in Treuerico agro, tertio ante hunc annum compertum. Nam cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerũt, reſarrientes campos menſe Martio, uberrimaſq́; meſſes habuerunt.*
  - *Deſiccationem humidioris terræ arena ſuperiecta, uel potius facto ſulco, ait Columella libro 2 cap. 9. Cui etiam contrarium remedium in contraria terra ualebit: neq́; eſt cura difficilis quàm diutiſsimè aqua rigandi, ut propinquis ac denſa ubertas diluatur. Plin. lib. 18. cap. 17 Ex inundationis uitio uermiculi naſcuntur & in radice cum ſementem imbribus ſecutis incluſerit repentinus calor humorem: gignunt & in grano cum ſpica calor inferueſcit. Eſt & cantharus dictus ſcarabæus paruus, frumenta erodens. Plin. ibid.*
- *Aues, ut*
  - *Improbus anſer Pullis anſerum urtica contactu mortifera, nec minus auiditas nunc ſatietate nimia, nunc ſua met ui, quando apprehenſa radice morſu ſæpè conantes auellere, ante colla ſua abrumpunt. Plin lib 19. cap 18. Ergo improbus à Virgilio dicitur auidus, inſatiabilis, & de agreſti anſere præcipuè id intelligitur, ait Seruius.*
  - *Grues.*
- *Herba, ut amaris intuba fibris. Intubus aut intubum, herba ex cichorearum genere, uulgò endiuia.*
- *Vmbra. Non faſtidienda hæc quoq́; ſcientia atq́; non in ultimis ponenda, quando quibuſq́; ſatis umbra aut nutrix, aut nouerca eſt. Iuglandium quidem pinorumq́; & picearum & abietis quæcunq́; attigere, non dubiè ueneuum eſt, ait Plin. de umbris arborum lib. 17. ca. 12.*
- *Rubigo: quæ propriè uitium eſt obſcænæ libidinis, quod ulcus uocatur. Hic uitium eſt frugum nullo minus noxium. Frequentiſsimum in roſcido tractu conuallibuſq́; ac perflatum non habentibus: eo diuerſo carent uentoſa & excelſa. Plin. lib. 18. cap. 17. Niellam Galli uocant, qua nempe ſpicæ marceſcunt & in puluerem fœtidum confriantur: & rubiginoſas ſegetes, niellatas uocant. De remedio rubiginis ibidem Plin. & cap. 29. Rubigo quidem maxima ſegetum peſtis, lauri ramis in aruo deflexis, tranſit in eorum folia ex aruis: & aduerſus eam peſtem Rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui undecimo, quæ nunc aguntur ad undecimum Calendas Maij quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat.*
- *Carduus ſyluestris: nam ſatiuus in magnis quondam menſarum delicijs fuit. De his Plin. lib. 19. cap 8. Portenta quoq́; terrarum in ganeam uertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes conſciæ: & cap. 4. prodigia ueneris appellat Virgilius carduum ſegnem uocat, id eſt, inutilem, infœcundum.*
- *Lippa, quæ triplex eſt*
  - *Canaria quæ canibus.* — *adhæret.*
  - *Φιλάνθρωπος quæ hominibus.* — *adhæret.*
  - *Perſonata, cuius folijs (quia ampla ſunt) ad perſonas hiſtriones utebantur.*
- *Tribulus, ſpinæ genus à ſemine triangulari dictum, uel quòd cuſpidatum trifariam feriat. Plin. lib. 20. cap. 16. lib. 22. cap. 10.*
- *Lolium herba Gallis Yurea, Græcis ζιζάνιον: infelix Virgilio dictum. Vitiat oculos. Vide Plin. lib. 22. cap. 25. Prouer. Lolio uictitare.*
- *Auena ſterilis, ad differentiam ſatiuæ. Primum autem omnium frumenti uitium, auena eſt, & hordeum in eam degenerat, ſic ut ipſa frumenti ſit inſtar, quippe cum Germaniæ populi eam edant, neque alia pulte uiuant. ait Plin. lib. 18. cap. 17.*

- C. *Genera frugũ primæ ſecũdũ Pliniũ lib.18.ca. 7. ſunt duo*
  - *Frumenta, ut triticum & hordeum: horum itidem duo ſunt genera, per tẽpora ſatu diuiſa.*
    - *Hyberna, quæ circa Vergiliarũ occaſum ſata, terra per hyemẽ nutriuntur, ut triticum, far, hordeum.*
    - *Aeſtiua, quæ æſtate ante Vergiliarum exortum ſeruntur, ut milium, panicum, ſeſama, horminum, irio.*
    - *Atq; hæc Italiæ duntaxat ritu. Alioqui in Græcia & Aſia omnia Vergiliarũ occaſu ſeruntur: quædam autem utroq; tempore in Italia: ex his quædam & tertio, Veris ſcilicet. Aliqui appellant*
      - *Verna, milium, panicum, lentem, cicer, alicam.*
      - *Sementica, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam.*
  - *Legumina, ut faba, cicer.*

De Area.

- D. De *Area præcipit.*
  - *Cato: Locum ubi facies aream confodito, poſtea amurca conſpergito benè, ſinitoq; combibat: poſtea comminuito glebas benè: deinde coæquato, & paniculis uerberato, poſtea denuò conſpergita, ſinitoq; areſcat. ſi ita feceris, neq; formicæ nocebunt, neq; herba naſcentur.*
  - *Varro lib.1. de re ruſtica cap.51. qui loca deſcribit ſublimiori, quam perflet uentus, modicam pro magnitudine ſegetis, rotundam medio, paulò extumidam, ut ſi pluerit non conſiſtat aqua, & quàm breuiſsimo itinere extra aream defluere poſsit. Amurcam ex præcepta Catonis adhibet, quia ſit herbarum inimica, & formicarum, & talparum uenenum. Ait etiam apud nonnullos tectas areas eſſe propter pluuias: ubi autem tectæ ſunt, & loca ſunt calida, propè facienda umbracula, quò ſuccedant homines in æſtu tempore meridiano.*
  - *Columella lib.2.cap.20. qui aream in demeſſa faba & lecta ſtatuit, quia dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam ungulis atteruntur: atq; ita glabreſcit & ſit idonea trituris area, & amurcam, quæ non acceperit, ſalem præcipit.*
  - *Palladius lib 1.cap.36. qui iubet aream non procul eſſe à uilla, ut fraus minor timeatur, domini uel procuratoris uicinitate ſuſpecta: ſit autem uel ſtrata ſilice, uel ſaxo montis exciſa, uel ſub ipſa trituræ tempore ungulis pecorum, & aquæ admiſtione ſolidata.*
  - *Plinius lib.18 cap.29. qui nihil prætereà præcipit, niſi fortè quòd fimi bubuli dilutioris illitionem præcipit.*
  - *Virgilius, qui ait primò uertendam manu, tum ſolidandam cylindro, poſtremò æquandam: ne hiſcat & oſtia aperiat tum*
    - *Nitellæ, quæ Virgilio dicitur exiguus mus: & per diminutionem nitedula quoq; dicitur.*
    - *Talpæ. Plin. lib.11.cap.37. & lib.8.cap.29.*
    - *Buſoni, id eſt, rana terreſtri minimæ magnitudinis.*
    - *Curculioni, qui ſic dicitur pro gurgulione, quia nihil ferè aliud ſit, quàm guttur: calendula uulgò dicitur: animal paruum eſt, frumenta corrodens: Plin. lib.18.cap 30.*
    - *Formicæ.*

De Inſtrumentis agricolarum.

- *De inſtrumẽtis agricolæ Varro lib. 1. cap 22. ut de corbillis, dolijs, fiſcinis, tribulis, malleis, raſtellis, &c. Apud Virgilium hæc ſunt,*
  - *Plauſtra, quibus demeſſa ſegetes conuehuntur.*
  - *Tribula aut tribulum, tabula lapidibus aut ferro aſperata, qua fruges teruntur. Varro lib.1.cap.52.*
  - *Traha uel trahea genus uehiculi ſine rotis.*
  - *Virgea ſupellex Celei, ut quali, corbes, crates, uannus ſeu cribrum cereale, quo frumenta & legumina uannantur & uentilantur.*
  - *Aratrũ, cuius partes ſunt*
    - *Buris. pars poſterior aratri decuruata, quaſi βοὸς οὐρά. Ex ulmo eam uult Virgilius, quia rigorem ulmus diutiſsimè ſeruat. Plin. lib.16.cap.40.*
    - *Temo, ad quem boues iunguntur.*
    - *Aures duæ, quibus ſulcus latior efficitur.*
    - *Dentale, lignum ad quod uomer includitur: dens etiam dicitur à Varrone.*
    - *Iugum: quod Virgilius uult è tilia & fago, de quibus Plin. lib.16.cap.40. & 41.*
    - *Stiua, manica aratri, qua curſus aratri dirigitur. Heſiodo ſtiua ſit è lauro uel ulmo.*
    - *Rota, quibus aratrum tanquam currus uoluuntur.*

DE ARBORIBVS.

Lib. 11. Georg docentur

- Communes partitiones omnium arborum:
  - 1. In cauſas procreantes, ſcilicet in
    - Naturam. Plin. lib. 16. ca. 32. Arbores, quas naturæ debemus, tribus modis naſcuntur:
      - Sponte, ut
        - *Siler, σίσελι μασσαλιωτικὸν apud Dioſcoridem lib. 3 cap 51 putatur eſſe: at non ſatis cum Plinio conueniret: in aquoſo loco naſcitur ait lib. 16. cap. 18. Serpentes & hunc fruticem refugiunt, baculumq́ ruſtici ob id ex eo gerunt, idem lib. 24. cap. 20.*
        - *Geniſtæ lentæ, id eſt, flexibiles.*
        - *Populus, quæ Plin. lib. 16. ca. 2. eſt triplex*
          - *Alba.*
          - *Nigra.*
          - *Libyca.*
        - *Salix, cuius uaria genera: quædam*
          - *Vitellina.*
          - *Purpurea.*
          - *Rubra.*
          - *Candida ſeu canentia.*
      - Semine, ut
        - *Caſtaneæ. Plin. lib. 17 cap. 10. Semen decidens, exceptumq́ terra, uiuiſcit: nec caſtaneæ & glandes aliter proueniunt, exceptis cæduis.*
        - *Eſculus, quæ inter glandiferas arbores ponitur.*
        - *Quercus.*
      - Radice: ut
        - *Ceraſus: à Ceraſonte appido Ponti Mithridate uicto Lucullus in Italiam deportauit hanc arborem. Plin. lib. 12. cap. 3. ubi ait omnes arbores peregrinas eſſe, quarum nomina Græca ſunt aut aliena: & 120. annis deinde trans Oceanum in Britanniam uſq; hanc arborem perueniſſe.*
        - *Vlmus. Plinius: Vlmus montoſa, campeſtris, Attinea, noſtras. Attinea radicum planta prouenit, reliquæ ſemine.*
        - *Laurus.*
    - Artem, id eſt, artificioſam induſtriam: in qua cõſid.
      - Modi artificioſi, quorum ſex efficit. Plin. lib 17. ca 10. Proueniunt enim aut
        - *Semine. Hanc ſpeciem Virgilius tardam facit & degenerare ait. Et Plin. lib. 17 cap. 10. ait omnia ſemine ſata, tarda prouentu ac degenerantia & inſito reſtituenda: excipit tamen cupreſſum, laurum, palmam, quæ non degenerant. Idem lib. 16. cap. 29. Syluestria nõ ſolùm ſemine ſata, ſed omnia tardiſsime ſeneſcunt, atq; in totum omnis cura fertilitatem adiecit, fertilitas ſenectam.*
        - *Plantis radicis, quæ plantaria dicuntur, id eſt, plantæ è matris radicibus pullulantes. Plin lib. 17. cap. 10. Natura & plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulante ſobole denſa & pariente matre, quas enecet. Eius quippe umbra turba indigeſta premitur, ut in lauris. punicis, platanis, ceraſis, prunis Paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli, ut ulmorum, palmarumq́ nullis uerò tales pulli proueniunt, niſi quarum radices amore ſolis atq; imbris in ſumma tellure ſpaciantur.*
        - *Propagine ſeu propagatione quam natura docuit, ait. Plin. li. 17 ca. 13. Nam rubi & hederæ curuatæ in terram è capite defixæ, iterum ex ſeſe naſcuntur: ibidẽ duos propaginis modos ponit: quarum eſt*
          - *Alter ramo ab arbore in ſcrobẽ depreſſo & curuato: Propagatio huius modi iuxta Columellã libri de arborib. cap 17. eſt in uitibus quadruplex:*
            - *1. Qua uirga edita à matre, ſulco cõmittitur.*
            - *2. Qua ipſa mater proſternitur, atq; in plures palos per ſuas uirgas diuiditur.*
            - *3. Qua uitis ſcinditur in duas uel plures partes, ſi diuerſis ordinibus deducenda eſt.*
            - *4. Qua uirga breuis depreſſa obruitur, & tertiò poſt anno amputatur.*
          - *Alter ramo, uel cacumine arboris manẽte, ſed per uaſa fictilia aut qualos traiecto, terraq́ compacto.*
        - *Auulſione ſtolonum, qui auulſi (ait Plin. lib. 17. cap. 10.) à matris corpore, partem aliquam ſui ſimbrijs auferunt: quomodo plantantur punicæ, coryli, mali, in primiſq; uites.*
        - *Surculo: quo nomine non tantùm annotinum germen, ſed talea, quæ utrinq; præciſa eſt, intelligitur à Plinio: de quo lib. 17. cap. 10. ex eodem eſt ſurculos abſciſſos ſerere: hæc prima ſepis cauſa ſambucis, cotoneo & rubis depactis, mox & culturæ, ut populis, alnis, ſalici, quæ uel inuerſo ſurculo ſeritur.*
        - *Trunco arboris inſito & confecto. A.*
      - *Varietas artis pro uarijs naturis. B.*
  - *2. In Species. C.*
  - *3. Ex terræ ſubiectæ differentijs. D.*
- *Propria præcepta. Vitium. B.*

Inuentio. Inſitionem. ait Plin. lib. 17. cap. 14. caſus magiſter docuit. Agricola ſedulus caſam ſepis munimento cingens, quò minus putreſcerent ſudes, limen ſubdidit ex hedera: at illa uiuaci morſu apprehenſa, ſuam ex alieno fecere uitam, apparuitq́ truncum eſſe pro terra.

A. De inſitione Plin ait lib. 15. cap. 15. Pars hæc uitæ iampridem peruenit ad culmen, expertis cunctis hominibus, cum Virgilius inſitã nucibus arbutum, malisq́ platanũ, caſtaneis fagũ: nec quicquam amplius excogitari poteſt: nullum certè pomum nouum diu iam inuenitur. Inſitio autem ex omnibus artis modis præcipuè celebratur, qa inſerere firmiſsimum ſit & fœcundius quàm ſerere, ait idem lib 17. ca. 16. Columella lib de arboribus cap. 26. ait omnem ſurculũ omni arbori inſeri poſſe, et Plin. lib. 17. cap 16. ait: Inſitam arborem uidimus iuxta Tiburtes tiliam, omni genere pomorũ onuſtã: alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde uite, ficis, pyris, punicis, malorumq́ generibus: ſed huic fuit breuis uita. Hic conſider. inſitionis

Genera quinq.

1. *Inoculatio, quam aues ſemine primo docuerunt, ait Plin. lib. 17. cap. 14. Semine quoq́ inſerere natura docuit, raptim auium fame deuorato, ſolidoq́ & alui tepore madido, cum fœcundo ſimi medicamine abiecto in mollibus arborum lectiicis, & uentis ſæpè translato in aliquas corticum rimas: unde uidemus ceraſum in ſalice, platanum in lauro, laurum in ceraſo & baccas ſimul diſcolores. Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarum, eiuſdem rei præbere cauſas: hinc nata inoculatio ſutoria ſimili fiſtula aperiendi in arbore oculum cortice exciſo, ſemenq́ includendi eadem fiſtula ſublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quæris ſinum in nodo gemmæ expulſi corticis, gemmamq́ ex alia arbore includit. Hæc Plinius.*

2. *Emplaſtratio, quam eandem cum inoculatione Columella facit lib. de arboribus cap. 26. Diſtincta tamen ſpecies eſt, & Plinio diſtinguitur lib 17. cap 16 quamuis ex inoculatione deducatur. Emplaſtrari (ait) ratio & ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt: craſſo aũt maximè cortici conuenit, ſicut eſt ficus. Ergo amputatis omnibus ramis, ne ſuccum auocent, nitidiſsima in parte, quáq́ præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula (ita ne deſcendat ultra ferrum) cortici imprimitur ex alia cortex par cum ſui generis mamma: ſic compage denſata, ut cicatrici locus non ſit, & ſtatim unitas fiat, non humorem, non afflatum recipiens: nihilo minus tamen & luto munire & uinculo melius. Hæc ille: ubi etiam docet Catonis præceptis hanc inſitionem inſtitutam fuiſſe. Ergo & inoculatio & emplaſtratio ſpecies inſitionis duæ ſunt: fertiliſsima autem inoculatio, poſtea emplaſtratio: ſed utraq́ infirmiſsima, & quæ cortice nituntur tantum, uel tenui aura ocyſsimè deplantantur, ut eſt ibidem.*

3. *Per fiſſuram trunci.*

4. *Calami inter lignum & corticem impreſſi.*

5. *Terebrati & inforati caudicis.*

De quibus Plin. lib. 17. cap. 14. Aufertur ſerra æqualiter ſuperficies leuigatur falce truncus. Ratio poſtea duplex, & prima, inter corticem lignumq́ inſerendi. Timebant priſci truncum findere, mox inforare auſi medio ipſiq́ medullæ calamum imprimebant, unum inſerentes: neque enim plures capiebat medulla ſubtilior. Poſtea ratio uel ſenos adiecit, &c.

Exempla Virgiliana, ut ſunt

1. *Oleaginus inſitus in aridum truncum. Melius autem truncis quàm plantis oliuetum conſtitui: Columella autor eſt lib. de arboribus cap. 17.*

2. *Malo pyrus inſita.*

3. *Prunus cornis inſita.*

4. *Arbutus inſita nucibus: Arbutus eſt arbor ſylueſtris, cuius poma ceraſis ſeu fragis ſimilia: fructus anno matureſcit, pariterq́ flores ſubnaſcens & prior coquitur pomum inhonorum, ut nomen ſit ex argumento unum tantum edendi, Unedo. Plin. lib. 15. cap. 24.*

5. *Malo Platanus inſita. Sed quis non iure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus hæc eſt per mare Ionium in Diomedis inſulam, eius tumuli gratia primum inuecta inde in Siciliam transgreſſa atq́ inter primas donata Italiæ, & iam ad Murinos uſque peruecta, ad tributarium etiam pertinens ſolum. ut gentes uectigal & pro umbra pendant. Plin. lib 12. cap. 1. Idem lib. 17. cap. 16. ait platanum omnium inſitorum capaciſsimam eſſe.*

6. *Fagus inſita caſtaneæ. Caſtaneæ caduis exceptis non inſito. ſed ſemine tantum proueniunt, ait Plin. lib. 17. cap 10. Et fagus glandem habet omnium glandium dulciſsimam, ut qua obſeſſos etiam homines duraſſe in oppido Chio tradit Cornelius Alexander. Fagea glans ſuem hilarem facit, carnem coctibilem & leuem, & utilem ſtomacho: tametſi glandem, quæ propriè intelligitur, ferunt robur, quercus & eſculus, cerrus, ilex, ſuber. Plinius libro 16. capite 5. & 6. & 9. & 10. & 38.*

7. *Pyri orno inſitæ. Ornus ſylueſtris eſt fraxinus, paulò tamen latioribus folijs. Columel. lib. de arboribus cap. 16.*

8. *Glans inſita ulmis.*

B. Naturales

- *Oleæ non tantum inſeruntur, ſed taleis ſeruntur.*
- *Vites etiam inſeruntur, imò etiam ſtolonibus auulſis plantantur* Plin. lib. 17. cap 10.
- *Myrti genera omnia (quæ ſunt 19.) ſeruntur in Campania baccis, Romæ propagine* Plin. lib. 12. cap. 1. *Tarentina item ramo & talea: idem* lib. 17. cap. 10.

B. *Naturales arbores materijs magis ſunt aptæ, mites, fructibus magis idoneæ, ait Columella lib. de arbor. cap. 1. Et ſic Plin lib 16. cap 19. At arbores aliæ ſyluestres omnino ſunt, urbaniores aliæ: quas ut placet nominibus diſtinguere. Ergo mites, quæ fructu aut aliqua dote umbrarumúe officio humanius iuuant, non improbè dicantur urbanæ. Syluestres autem ſunt diligenter excolendæ, uarijsq; naturis uariæ artes adhibendæ. quòd alia naturâ, alia arte melius excolitur: ut ſequentes ſpecies, quæ etſi modo illo optimè proueniunt, aliȷ tamen etiam nō ideo nullis prouenunt; ut*

Arbores primo & ſecundo artis modo prouenientes: ut ſunt

- *Corylis edura.* Plin. lib 16. cap. 18. *Carylus pluuio loco naſcitur & nuptiarum facibus familiariſſima.*
- *Fraxinus, ingens Virgilio dicta. Procêra enim præconio Homeri & Achillis haſta nobilis mirabiliter ſerpentibus inimica, adeò ut eius umbras neq; matutinas, neq; occidentes attingere audeant: quin ſi fronde fraxini gyro claudatur & ignis, & ſerpens, in ignem potius, quàm in fraxinum ſerpens fugiet.* Plin. lib 15. cap. 13.
- *Populus. Eius folia poſt ſolſtitium circumaguntur nec alio argumento certius intelligitur ſydus confectum* Plin. lib 16 cap 23.
- *Quercus: quæ eſt in tutela Iouis Chaoniæ uerò & Epiroticæ præcipuè laudantur.*
- *Palma: cuius genera unde quinquaginta Plinius ait eſſe uinumq; & panem ex eo populis in oriente fieri nec eam tantum planta radicis, ſed ſemine, trunco, auulſione ramiq; ſeri: quin ſtratam in ſolo humido totam radicari in frutices, non in arborem: & transferri, iterumq; ut plantaria inſtitui anniculas bimas:* lib. 13 cap 4
- *Abies altiſſima arbor & rectiſſima leuiſſima, ideoq; malis & omnino nauigijs expetitur, materieq; eius præcipue trabibus & plurimis uitæ operibus.* Plin. lib 16. cap. 10.

Species arborum.

- *Vlmus: cuius genera 4 iam dicta ſunt ex Plinio lib 16 cap 17.*
- *Salix.* Plin. lib 16 cap 17. *Frugiperda dicitur Homero quòd ſemen immaturum amittit: & mulieris ſterilitatis medicamentum eſſe conſtat. Cædua autem ſalicis fertilitas, nec ullius tutior eſt reditus minorisq; impendij, aut tempeſtatum ſecurior. Eius genera præcipuè tria.*
  - *Nigra, quæ & purpurea & uiminea.*
  - *Candida, quæ & uitellina tenuior.*
  - *Helix quæ & gallica et tenuiſſima.*
- *Lotus inſignis arbor Africæ, unde & pani, & uinum, & nomen etiam genti, terræq; dederit, Lotophagi enim appellati* Plin lib. 13. cap. 17.
- *Cypariſſus à Virgilio Idæa dicta. Cupreſſus enim ait* Plin lib 4 cap 11 *Creta patria eſt, & quocunq; loco terrarum moueris quippiam, ibi ſeratur et ea, hæc gignitur, protinusq; emicat. Genera duo ſunt, ait idem* lib. 16. cap 33.
  - *Mas, qui ſpargit extra ſe ramos, deputaturq; & accipit uitem*
  - *Fœmina quæ metam habet faſtigiatam.*
- *Olea prima eſt arborum, ait Columella lib 5 cap 8. ubi decem eius genera facit.* Plin. lib 15. cap. 1 *facit duodecim* Macrob lib 3. Satur. cap. 17. *facit ſedecim: Virgilius tria, ut ſunt*
  - *Orchis.* / *Radius.* — *qui melius in eſcam quàm liquorem conuertūtur.*
  - *Bacca iucundiſſima Pauſiæ, & oleum ſaporis egregij dum uiride eſt. uetuſtate corrumpitur.*
- *Pomus. Pomum autem generaliter comprehendit omnem arboris cuiuſcunq; fructum, durum uel mitem, humano uſui aptum, ut pyra, mala, nuces, oleas.*
- *Pyrus. Pyrorum genera Columella lib 5. cap. 10. narrat ſeptendecim.* Plin. lib 5. cap. 15. *recenſet 35 Virgilius trium meminit, ut ſunt*
  - *Cruſtumia, quæ Plinius ait eſſe dulciſſima à Cruſtumia Italiæ oppido dicta.*
  - *Syria, quæ Columellæ ſunt Tarentina* lib. 5. cap. 10.
  - *Volema quæ uolam manus impleant, tam magna ſunt: Catoni dicuntur ſementina & muſtea.* Plin. lib. 15 cap. 15.
- *Vitis, cuius infinita ſunt genera, Columella lib. 3. cap 2.* Plin. lib. 14. cap 2 *Genera uitium comprehendi numero ut existimauit Democritus, cuncta ſibi cognita, græcis profeſſus. Cæteri innumera atq; infinita eſſe crediderunt: quod uerius apparebit ex ipsis: nec omnia dicentur, ſed maximè inſignia: quippe quæ totidem ſunt penè quot agri Hæc ille: & paulò poſt cap. 11. genera unis facit octoginta. Virgilius quindecim uitium genera proponit, Vide lignum.* *

C. *Hactenus prima fuit arborum partitio è natura & ſecundis differentiis partitio ſecū da ſequitur generis cuiusq; in ſuas ſpecies. Genera autem ſunt, 11*

Methymnæa, è Methymna oppida Leſbi inſulæ in mari Aegeo. Leſbij uini elegantia iam Ariſtotelis tempore nobilis fuit: qui de duobus diſcipulis Theophraſto Leſbio & Menedemo Rhodio iudicium fecit è uinis eorum popularibus: cum enim utrunque guſtaſſet, probauit, ſed Leſbium iucundius eſſe dixit, ἡδίων ὁ Λεσβῖος. Gell. lib. 13. cap. 5. Plinius tamen ſatis frigidè commendat, qui ait lib. 14. cap. 7. è uinis tranſmarinis in ſumma gloria fuiſſe Thaſium & Chium. His addidit Leſbium Eraſiſtrati maximi medici autoritas, inquit.

Thaſia, è Thaſo inſula maris Aegei uinum (ut modò dixi è Plinio) ſumma gloria: eius genera duo dicuntur: unum, quo ſomnus conciliatur, alterum quo fugatur. Ibidem uitis eſt quæ Theriace uocatur, cuius & uinum, & uua contra ſerpentum ictus medetur. Plin. lib. 14. cap. 18.

Mareotica, è Mareotide parte Epiri, in qua uinum optimum: & ſic Columell. lib. 3. ca. 2. reponit Mareoticas uites inter Græculas. ut & Plin. lib. 14. cap 3.

Pſythia, ad paſſum, id eſt, uinum ex uua paſſa factum, utilis Plin lib. 14. cap 9. Pſythium & Melampſythium, paſſi genera facit. Columel. Pſythiam uitem numerat inter græculas uites, lib. 3. cap. 2.

Lageos, leporaria: quæ non reperitur in Italia, ut & Thaſiæ & Mareotides Plin. lib. 14. cap 3.

Purpurea, has acinoſiſſimas. Plinius facit lib. 14. cap. 3. & Columell. lib. 3. cap 2 numerat uidem inter uitium ſpecies.

Pretia, cuius duo genera, acini magnitudine diſcernuntur, quibus materies plurima, uuaque ollis utiliſſima, folio apio ſimiles. Plin. lib. 14. cap. 2. Columella lib 3 cap 2. facit Pretiæ uitis genera duo, minorem & maiorem. Sed & generoſitate uini magis commendantur, & frequentibus materijs frondent & citò matureſcunt.

Rhetica, quam Falernis tantùm Virgilius poſthabuit. Vilis autem, tantùm domi nobilis: Plinius libro 14. capite 2.

* *Apud Virgilium quindecim genera uitium enumerãtur: ut*

Falerna Falernus collis, temulentia nobilis, ſucco per omnes terras inclyto: atque ut ueteres dixêre, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Plin. lib. 3 cap. 5. Hoc autem uinum triplex eſt aſperũ, dulce, tenue: ſummis collibus Gauranum, medijs Fauſtianum, imis Falernum, ait idem lib. 14. cap. 6. Prima tamen uini nobilitas Setino uino ceſſit, ſecunda Falerno, ut ibidem.

Aminea. Amineum oppidum eſt Campaniæ, ut Ptolemæus ait: unde fortaſsis Aminea uitis nominata eſt, quocunque eſſet tranſlata: Columella lib. 3. cap. 2. Solæ traduntur Amineæ, excepto cæli ſtatu nimis frigido, ubicunque ſint, etiamſi degenerent, ſibi comparatæ, magis aut minus probi guſtus uina præbere & cæteras omnes ſapore præcedere. Hæc ille: ubi duo genera uitis Amineæ facit, maiorem & minorem: & iterum duas alias geminas, quarum minor uulgò notiſsima celeberrimos Campaniæ Veſuuij colles Surrentinoſque ueſtit: cæteris partibus Italiæ non tam uineis, quàm arbuſto eſt idonea. Facit præterea Amineam quandam lanatam, quòd præcipuè lanugine caneſcit. Hæc ille. Plinius etiam genera uitis Amineæ quinque facit lib. 14. cap 3. ubi etiam ait quòd principatus uinium detur Amineis propter firmitatem, ſenioque proficientem uini ubique uitam.

Lydia.

Chia. *Plinius libro 14 capite 7. Chium uinum ait in ſumma gloria fuiſſe: Ex Chio, ait, quod Arviſium uocant.*

Argitis, uel à candore, uel potius ab Argis unde primum ſumpta ſit. Argis enim uitis tam fœcunda fuit, ut iugerum unum denos & quinos denos culeos ferret uini, ait Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 3. Maior itaque & minor ut Aminea, ſed minor etiam Columellæ lib. 3 cap. 2. ualdè celebratur.

Rhodia, de qua Columel. lib. 3. cap. 2. & Plinius uinum Rhodium Coo ſimile eſſe, ſexque aut ſeptem annis ad uetuſtatem peruenire ait lib. 14. cap. 8. Et hoc uinum eſt in Menedemum Ariſtoteli comprobatum: ſed in Theophraſti laudem Leſbio poſtpoſitum.

Bumaſtos, βούμαστος tanquam bouis mamma & Latinis ideò Bumammia. Columella libro 3. capite 2. ſpeciem uitis etiam à ſuperioribus diuerſam facit. Plinius lib 14. cap. 3. uidetur inter purpureas comprehendere. Acinoſiſſimæ, ait, ſunt purpureæ, cognomine Bumammæ, quando non racemos, ſed uuas alias generant.

- *D. Tertia diuiſio arborum eſt è ſubiecti ſoli differentia: ubi conſid.*
  - *Differētiæ duæ. Nam*
    - I. *Aliæ arbores*
      - *In eadem regione naſcūtur, ſed melius locis*
        - *Aquoſis, ut*
          - *Salices. De hoc arborum genitali ſolo Plin lib 16. cap. 18. ait, ſalices non niſi aquoſis locis prouenire. Et Columel. lib. 4. cap. 30. Salicem uel riguus uel uliginoſus aër optimè nec incommodè tamen alit planus & pinguis. Idem rurſus lib. 5. cap 6. ſalix non niſi in aquoſis locis ponenda eſt.*
          - *Alni. De ſolo alnorū Plinius ibidem. & lib. 16. cap. 37. Alni, ait, ſepibus muniunt, contraq́ erumpentium amnium impetus, riparum muro in tutela ruris excubant in aqua ſata, cæſaq́ denſius in numero hærede proſunt. Vmbra uerò pinguis alno, ſed paſcens ſata. ait idem lib. 17. cap. 12. Quin & folia ei craſſiſsima, ut idem lib. 17. cap. 24.*
          - *Myrti. Plin lib. 15. cap. 25.*
        - *Montoſis, ut Orni. Deſcendit autem etiam ornus in plana. Plin lib. 17. cap. 18.*
        - *Calidis, ut Vitis. Amat etiam colles uitis plana: & maiorem copiam præſtat.*
        - *Frigidis, ut Taxi.*
      - *Totis regionibus diſtinguuntur & ſeparantur: ſic*
        - *Hebenum ſola India fert. Virgilius nigrum uocat. Plin. lib. 12. cap. 4. Vnam è peculiaribus Indiæ arboribus Virgilius celebrauit hebenum, nuſquam alibi naſci profeſſus: Herodotus eam Aethiopiæ intelligere maluit, tributi uice regibus Perſidis è materie eius centenas phalangas tertio quoq́ anno penſitaſſe Aethiopas auro & ebore, prodendo. Pompeius hanc arborem triumpho Mithridatio Romæ oſtendit. Quidam putant eſſe lignum ſanctum ſeu Guaiacum quod hodie dicitur. Vide Dioſcorid. lib. 1. cap. 111. ubi optimam hebeni ſpeciem facit Aethiopicam, alteram Indicam.*
        - *Thus ferunt Sabæi. Plin lib. 12. cap. 14. Thuris arboris quæ ſint ſpecies, non conſtat: in collibus altis & planis etiam ſponte naſcitur: ea inciditur quà maximè uideatur eſſe prægnans, tenuiſſimusq́ tendi cortex: laxatur hic plaga, non adimitur: inde proſilit ſpuma pinguis: hæc concreta denſatur, ubi loci natura poſcat, tegete palmea excipiente, alibi area circumpauita: purius illo modo, ſed hoc ponderoſius. Quod in arbore hæſit, ferro depectitur, ideò corticoſum. Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem uniuerſæ: in medio eius ſunt ferè Atramitæ pago Sabæorum capite regni Sabota in monte ex elſo, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera. Saba appellatur, quod ſignificare Græci myſterium dicunt. At nec omnes quidem Sabæi, thuris arborem uident: ferunt trecentarum non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſsiones id ſibi uendicent. Vide Dioſcor. lib. 1. cap. 70.*
        - *Balſamum fert ſola Iudæa. Plin. lib. 12. cap. 25. Balſamum arbuſcula eſt uni Iudææ conceſſa, quam Veſpaſianorum triumphus Romæ oſtendit, ut antè Pompeij triumphus hebenum. Succus manat è plaga inciſuræ, quem opobalſamum uocant: colligitur lanis in parua cornua: ſurculus Xylobalſamum dicitur: præcipua autem gratia lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Vide Dioſcorid. lib. 1. cap 18.*
        - *Laniferas arbores fert*
          - *Aethiopia & India. Plin. Eſt Acanthion ſpinæ albæ ſimilis, ſpina alia, ramoribus multò folijs, aculeatis per extremitates & araneoſa lanugine obductis: qua collecta, etiam ueſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in oriente Plin. lib. 24. cap. 12. Vide eundem lib. 12. cap. 10. & 11.*
          - *Scythia apud Seres. Vide Plin. lib. 6. cap 17.*
        - *Medicam arborem fert Media regio Aſiæ. Vide ſignum. α.*
    - II. *Vide ſignum. β.*
  - *Qualitates, quæ ſuis ſignis differentias deſcriptas inſtituunt. Vide γ.*

A α. Malus

α. *Malus Medica deſcribitur per Virgilium è ſubiecto ſolo, effectis, adiunctis, ſimilibus: quòd, ſcilicet ſit*

Medica. Eſt autem Media regio Aſiæ à Septentrione ſpectans Hircaniám, ab occaſu Aſſyriam, à meridie Perſidem, ab ortu Parthiam.

Acris ſaporis, Virgilius ei tribuit triſtes ſuccos, tardumq́ ſaporem. Plinius huic malo ſapor aſperrimus.

Fœcunda ſeu fœlix: Palladius in Martio: *Aſſerit Martialis, apud Aſſyrios pomis hanc arborem non carere, quod ego in Sardinia & in territorio Neapolitano in fundis meis comperi, quibus & cœlum & ſolum tepidum eſt & humor exundans, per gradus poma ſibi ſemper ſuccedere, cum ſe maturis acerba ſubſtituant, acerborum ætatem florentia conſequantur, orbem quendam continuæ fœcunditatis ſibi miniſtrante natura. Idem Plin lib. 12. ca. 3. Dioſcor. lib 1. cap 129. Theophr. lib. 4 cap. 4.*

Præſens contra uenena. Semen mali medici in uino potum uenenis reſiſtit, ait Dioſcor. dicto loco. Plin. lib. 28. cap. 6. Citrea contra uenenum in uino bibuntur uel ipſa, uel ſemen. Athenæus apud Ruellium lib. 1. cap. 69. ait hoc experimentum in Aegypto primùm damnatis ad ſupplicium latronibus ſumptum eſſe, quibus beſtiarum & aſpidum morſus nihil nocuiſſet, quia citrea mala comediſſent.

Lauro ſimilis. Folium eius eſt unedonis, intercurrentibus ſpinis. Plinius lib 12 cap 3. Theophraſtus lib. 4. cap. 4. folium facit ſimile portulacæ aculeis, pyri ſimiles aculeos habentis. Ruellius folio lauri ſimile folium eius facit lib. 1. cap. 69.

Odoris ſummi. Pomum ipſum (ait ibidem Theophraſtus) non manditur, ſed odore præcellit: nec non & folium arboris odoratiſſimum eſt: quod Plinius ad uerbum ferè tranſtulit: Pomum ipſum aliâs nõ manditur, odore præcellit foliorũ quoq;, qui tranſit in ueſtes unà conditus, arcetq́; animalium noxia.

Perpetua coma uirens. Multis arboribus folia decidunt, quia lata ſunt: πᾶν πλατίφυλλον φυλλοῤῥεῖ omne latifolium defrondeſcit, ait Ariſtot. lib. 2. Poſt. cap. 17. Plinius lib. 16 ca. 21. ait in Tylo rubri maris inſula, folia nulli arbori decidere. Item lib 16 cap. 21. Circa Memphim Aegypti & in Ephantine Thebaidis, ne uitibus quidem. Non ſolùm uerò folia Perſico malo, ſed fructus & flores perennant.

Flore tenaci. Theophraſtus ait lib. 1. cap. 22. in quibuſdam arboribus florem infixum diutius ſeruari. Et idem lib. 4. cap. 4. in malo medico ait ſolos flores, qui uelut rectam in medio colum gerũt, fœcundos credi: qui uerò ea careant, ſterileſcere.

Vtilis ori fouendo, quodq́; animam commendet. Parthorum populis hoc præcipuè & à iuuenta propter indiſcretos cibos. Namq́; & uino fœtent ora nimio: ſed ſibi proceres medentur grano Aſſyrij mali cuius eſt ſuauitas præcipua in eſculenta addito: Plin. lib 11. cap. 53. & idem rurſum lib. 12. cap. 3. Hæc eſt autem cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus eſculentis, commendandi halitus gratia: nec alia arbor laudatur in Medis.

Sed tamen definitio tam accurata non eſt, quin multiplex controuerſia inde orta ſit. Iam uulgò putatur eadem & Medica & Perſica & Aſſyria, & Heſperia & citrea, & aurea, & cedria malus eſſe. Plin. tamen lib. 12. cap. 3. Virgilium ſecutus negat hãc arborem alibi quàm in Media & Perſide naſci uoluiſſe, quãuis gentes ad ſe trãſferre tentauerint: & Macrob. lib. 3 Satur. cap. 15. cum Apuleio ſentit non eſſe citreum. Certè Theophraſti, Plinij, Plutarchi etiam ætate non mandebatur Palladij diligentia in Italia primùm conualuit. Vide Ruellium lib. 1. cap. 69.

β. *Terræ diffe-*

β. Terræ differẽtiæ à Virgilio quinq́ proponuntur. Quarũ

Quatuor ex ſuis adiũctis diſtinguuntur. Eſt enim

Olivaria,ſterilis,collina,tenuis & argilloſa,dumoſa,calculoſa. Theophr.lib.2.cap. 7.terram campeſtrem tribuit oleis. ibidem tamen cap. 5. argillaceam atq magis candidam,fertilem oleis eſſe notat, quòd multum uaporis flatusq́ continet, quod natura olearum deſiderat. Tale ſolum Plin.lib.17.cap 18.in Venafrano ait eſſe: negat tamen ipſam definitionem catholicam eſſe, cum ait pinguiſſimum ſolum in Betica oleis eſſe optimum: eaq́ ferè modo ſequentes definitiones emendat: denique omnium rerum quædam ait in alto ſecreta eſſe,quæ in terra non cernuntur. ideoq́ ſuo loco cuiq corde prouidenda. Columella lib. 2. cap. 2. multa de iis differentiis tradit: ut ſolum omne ſit campeſtre, collinum, montanum: tum pingue,uel macrum,ſolutum uel ſpiſſum,humidum uel ſiccum: plura'q campo,quàm colle,pingui quàm macro prauenire: humido'q an ſicco melius,non conſtare: pingue omnino primum eſſe,pinguiter denſum ſecundum,tertium riguum Sed de his laudibus diſſenſio eſt autorũ non modica. Vide Varronẽ de re ruſtica lib.1.cap.7.

Vinearia,pinguis,uliginoſa,herboſa,fertilis. Theophr.lib 2.cap.5 Pratenſe & arenaceum uitibus percommodum eſt, & ad ſummam tenue, leue atq humidum, ita ut aqua cœleſtis inteſtino humori ualeat promiſceri. Vitis nanq́ largam copiam alimenti deſiderat, quia calida, laxa, humida in fœcundiſſima eſt: forſitan & ob hæc,eadem fœcundiſſima eſt. Plinius ait quaſdam uites,ut Bituricam, pingui ſolo omninò putreſcere. Columella pinguem agrum,& putrem plurimum reddere ac minimum poſcere, & quod poſtulat, exiguo labore atq impenſa confici. Præſtantiſſimum igitur tale ſolùm,proximumq́ huic pinguiter denſum,quod unipenſam coloni laborem'q abundè remunerantur. Virgilius & Cato (ait Plinius lib.17.cap.5) agrum optimum indicant ad radicem montium planitie in meridiem excurrente,qui eſt totius Italiæ ſitus. Item qui filicem paſcit. Eſt autem filix herba,quæ nec florem habet,nec ſemen: naſcitur ubiq́,ſed maximè frigido ſolo. Plin.lib.27.cap.9.

Paſcua,ſalſuoſa,herboſa,aquoſa,fœcunda.

Frumentaria.nigra pinguis,putris,noualis. Qualitas prima & tertia Columellæ libro 2.capite 2. nequaquam probatur: Plurimos antiquorum, ait, qui de ruſticis rebus ſcripſerunt, memoria repeto quaſi confeſſa nec dubia ſigna pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidiſſe dulcedinem ſoli propriam, herbarum & arborũ prouentum, nigrum colorem uel cinereum. De cæteris ambigo: de colore ſatis admirari non poſſum,cum alios,tum Cornelium Celſum non ſolùm agricolationis,ſed uniuerſæ naturæ prudentem uirum, ſic è ſententia & uiſu deerraſſe, ut oculis eius tot paludes,tot etiam campi ſalinarum non occurrerẽt, quibus ferè contribuuntur prædicti colores: nullum enim temerè uidemus locum, qui modò pigrum contineat humorem,non eundem uel nigri,uel cinerei coloris. Niſi fortè in eo fallor ipſe,quòd non putem,aut in ſola limoſæ paludis, aut uliginis amaræ, aut in maritimis areis ſalinarum gigni poſſe iacta frumenta. Sed eſt hic manifeſtior antiquorum error,quàm ut pluribus argumentis conuincendus ſit. Non ergo color tanquam certus autor,teſtis eſt bonitatis aruorum. & ideò frumentarius ager, id eſt,pinguis,magis alijs qualitatibus æſtimandus eſt. Nam ut fortiſſimæ pecudes diuerſos ac penè innumerabiles,ſic etiam robuſtiſſimæ terræ plurimos ac uarios colores ſortitæ ſunt. Hæc ille. At Plin.lib.17.cap.5.colorem illum approbat, quẽ Columella improbauit. Verum terra frumentis inepta definitur à Virgilio alba, elinoſa.glareoſa, tophacea,cretoſa: quam Cato una nomine cariaſam dixit,uide Plin.lib.17.cap.5.

Quinta, quatuor ſuperiorum generum communis, definitur iterum ſuis adiunctis, tenuiter nebuloſa,rigua,graminoſa,dulcis. Sic enim dulcedinem terræ Columella dicit appoſitam ſalſitudini qualitatem. Plinius lib.17.cap 4. emendat Virgilium: Non eadem, ait, arboribus conuenit & frugibus pleruńq: nec pulla ubiq́ optima uitibus,aut quæ tenues exhalat nebulas.

7. *Nouem qualitates ſuis ſignis à Virgilio deſcribuntur, quæ differentias deſcripta & earum contrarias inſtituunt:*

1. *Denſum & rarum. Regeſta & egeſta terra, quæ cum aliquo quaſi fermento abundauerit, certum erit eſſe pinguem: cum defuerit, exilem: cum æquauerit, mediocrem.* Columel. lib. 2. cap. 2. *Plinius lib.* 17. *cap* 4. *uidetur dicere ſcrobis os nunquam compleri, ut denſa aut rara ad hunc modum deprahendi poſsit.*

2. *Salſitudo quæ indicio percolata aqua dulcis deprahenditur. Terram uerò amaram ſi quis probare uelit, demonſtrant eam atræ degeneresq́ herbæ. Plin. lib.* 17 *cap* 5. *Columel lib.* 2 *cap* 2 *Sapore quoq́ ſic dignoſcemus, eſt ea parte agri, quæ maximè diſplicebit, effoſſa glebæ & in fictili madefactæ, dulci aquæ permiſcebantur, ac more feculenti uini diligenter colatæ guſtu explorentur. Nam qualem ab eis traductum retulerit humor ſaporem, talem dicemus eſſe eius ſoli. Sed circa hoc experimentum multa ſunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem ſignificent, ut iuncus, ut calamus, ut gramen ut trifolium, ut ebulum, rubi, pruni ſyluestres & alia complura, quæ indagatoribus aquarum nota non niſi dulcibus, terræ uenis educantur: nec prima ſpecie ſummi ſoli contentos nos eſſe neceſſe eſt, ſed diligenter exploranda inferioris materiæ qualitas.*

3. *Pinguedo, cuius indicium eſt ſi trita manibus lenteſcat, de quo Colum. lib.* 1 *cap* 1. *Itaq́ conſiderandum erit ut ſolum quod excolere deſtinamus, pingue ſit, per ſe tamen id parum eſt, ſi dulcedine caret. Quod utrumq́ ſatis expedita ratione nobis contingit diſcere. Nam perexigua conſpergitur aquâ gleba, manuq́ ſubigitur. ac ſi glutinoſa eſt & quouis leuiſsimo tactu preſſa inhæreſcit,*

> *Et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo,*

ut ait Virgilius: eadem illiſa humo non diſsipatur: ea res admonet nos ineſſe tali materiæ naturalem ſuccum & pinguitudinem.

4. *Humiditas. Humidæ terræ indicium, proceritas herbarum & terræ ipſius fertilitas. Quod, ut ſuperius etiam Plinio lib.* 17 *cap.* 4 *non probatur: nec luxurioſa pabula pinguis ſoli ſemper indicium habent. Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen ſtatim ſubeſt arena tenuiſsimo ceſpitum corio. Nec ſemper aquoſa eſt terra, cui proceritas herbarum: non hercule magis, quam pinguis adhærens digitis quod in argillis arguitur.*

5. *Grauitas & leuitas. Index grauis & leuis terræ eſt pondus, De quo ibidem Plinius nō probat: nec grauis aut leuior iuſto pondere deprahenditur. Quod enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt? Hæc ille argumento tamen leuiculo. Grauitas enim & leuitas à Phyſicis inter elementorum qualitates adhibentur.*

6. *Nigredo. Index nigræ terræ & cuiuſuis coloris, eſt oculus.*

7. *Frigus: quod*
   - *Sceleratum à Virgilio dicitur, quia pernicioſum frugibus Eſt tamen (ait Plinius lib.* 17. *cap* 4.*) fertilis Thracia, frugum rigore: æſtibus Africa & Aegyptus.*
   - *Deprahenditur ſecundum*
     - *Plinium per nata retorridè lib.* 17. *cap* 5.
     - *Virgilium*
       - *Picea, quæ eſt arbor eiuſdem cum pinu generis, ait Dioſcorides lib.* 1. *cap* 74. *ſed pinguiori & tenuiori folio, minorq́ & alta, & recta. Amat autem, ut Plin. lib.* 6 *cap* 10 *montes & frigora feralis arbor & funebri indicio ad fores poſita.*
       - *Taxis nocentibus.*
       - *Hedera, quæ ſatis omnib. inimica. ſepulchraq́ ac muros rumpens, ſerpentium frigori gratiſsima, ut mirum ſit illam in honore ullo habitam: Tres ſpecies eius ſunt, candida, nigra, helix: Plin. lib.* 16. *cap.* 34.

De Vitibus.

De Viribus.

- B. Adhuc eres partitiones fuerūt, omniū arborū cōmunes: ſequuntur propria præcepta arborum, quæ cultum ſolicitum uel
  - Requirūt, ut Vites: quarū præcepta poſt electionem ſali uenienti, 12. à Virgilio dantur:
    - 1. De paſtinatione nouelleti, id eſt uineti ubi nouellæ conſerendæ ſint. Noſtri uocant gruben Columella lib. 5 cap. 10. iubet anno ſcrobem prius fieri: ita ſole pluuijſq́ macerabitur, & quod poſitum eſt, citò comprahendit: minimum uerò duos menſes intercedere iubet. Plin. lib. 17. cap. 11. præfodere ſcrobes ante, ſi fieri poſſit, donec pingui ceſpite obducantur. In paſtinatione conſid.
      - Scrobium
        - Altitudo, quam Virgilius modicam eſſe uult. Auſim uel tenui uitem committere ſulco, ait: Sed de hac re uaria eſt opinio. Plinius libro 17. cap. 11 ait non altiores quino ſemipede, nec latiores duobus pedibus, ni ſi quam ultrò ſeſquipede minus altos ubi uarias autorum opiniones recenſet. Vide eundem lib. eodem cap. 9 & 22. Columella lib. 4. cap. 1. diſputat aduerſus Atticum & Celſum, non eſſe ſatis altos ſcrobes bipedaneos uineaticis ſeminibus.
        - Forma de qua Columella ita præcipit lib 5. cap 10. Sed ſcrobe cliuano ſimilis fiat, cuius imum ſummo patentius eſt, ut laxius radices uagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq́ æſtate uaporis per anguſtum os penetret: etiā ut cliuoſis locis terra quæ in eum congeſta eſt, à pluuijs non abluatur. Et Plin. lib. 17. cap. 11. foſſuram camuratam, ore compreſſiore iubet eſſe.
      - Tempus. Vites enim paſtinandæ ſunt non hyberno tempore, ſed uerno uel autumnali. Vere enim concipiunt plantæ, aues pecudes, fruges, uites. Eſt enim uer, ait Theophraſtus de cauſis plantarum lib 1. cap 14. tempus omnium uiuacíſsimū fœcundiſsimumq́, utpote quod humidum calidumq́ naturam ſit. Itaq́ Virgilio uidetur illud naſcentis mūdi principium fuiſſe: quod uidetur poëta per Hebræos de Moſe ſumpſiſſe.
    - 2. De Trāſlatione, ubi conſider.
      - Seminarium, quod ſit ſoli ſimile nē uiniradices degenerent. Plin lib. 17. cap 10 Quamobrem ſeminarij curam ante conueniat dici, quàm transferatur in alia genera nanq́ & huic principio eligi ſolum refert quin indulgentiorem eſſe nutricem quàm matrem, ſæpè conuenit. Sit ergo ſiccum ſucoſumq́, bipalio ſubactum, aduenis hoſpitale, & quàm ſimillimum terræ in quam transferendum ſit. Hic igitur Plinio ſeminarium eſt nutrix, terra ipſa uinealis, eſt mater: ut etiam Virgilio dicitur. In tranſlatione autem Cato uentos omnes atq́ imbrem damnat: & hoc prodeſſe plurimum, terræ, in qua uixerit, radicibus cohærere, ait Plin. lib. 17. cap. 11.
      - Plaga cœli, quæ in tranſlatis ſimilis eſt retinenda, Hic cōſid.
        - Nota Nam
          - Cato notam hanc meridianam iubet eſſe, ut neq́ Aquiloniæ meridianis oppoſitæ ſolibus findantur, aut algeant meridianæ aquilonibus. Quod è diuerſo affectant etiam quædam in uite ficoq́ permutantes in contrarium: denſiora enim folia fieri ita, magisq́ protegere fructū & minus amittere.
          - Plinius in horam diei quartam uel octauā ſpectare mauult lib 17. cap. 11.
          - Columella lib 5. cap 10 eoſdem uentos retinet. & lib de arboribus cap. 17. omnes nebuſculas, priuſquam transferantur, rubrica notare conuenit, ut cū ſerentur, eaſdem cœli partes accipiant, quas etiam in ſeminario conſpexerant: alioquin frigore uel calore laborabunt ab ijs partibus, quas præter conſuetudinem ſub alio tractu expoſitas habuerint.
        - Situs.
          - Columella lib 3 cap. 12. Quam regionem ſpectare uites debeāt, uetus eſt diſſenſio: Saſerna maximè probante ſolis ortum, deinde meridiem, tum occaſum: Tremellio Scrofa præcipuam poſitionem meridianam cenſente: Virgilio occaſum ſic repudiante. Neue tibi ad ſolem uergant uineta cadentem. & quæ ſequuntur. Vnde intelligis nullum cœli aſpectum non aliquando uitibus opportunum: ſed tamen occaſum rariſsimum, cum Auſtri uel Euri infeſtabunt.
          - Plinius lib. 17 ca 2 uarius quoq́ eſt Connexa & ſitus uinearū arbuſtorumq́ ratio eſt quas in oras ſpectare debeant. Virgilius ad occaſus ſeri damnauit: aliqui ſic maluêre, quàm in exortus à pluribus meridiem probari animaduerto: nec arbitror quicquam perpetuū in hoc præcipi poſſe: ad ſoli naturam, ad loci ingenium, ad cœli cuiuſq́ mores dirigenda ſolertia eſt.
    - 3. De Satione, ſetzen.
    - 4. De Contrariorum defenſione.
    - 5. De Electione uitis.
    - 6. De Putatione, ſchneiden.
    - 7. De Fœcundatione, miſten.
    - 8. De Repaſtinatione: hacken. falgen.
    - 9. De Pedatione Binden. ſtiecken
    - 10. De Pampinatione & frondatione, brechen.
    - 11. De Pampinationis iteratione.
    - 12. De Ablaqueatione, auſs ziehen vnd trechen.
  - Non requirunt.

De Vitibus.

Præceptum –

- *Tertium eſt de ſatione, ubi cõſider. ſationis*
  - Ratio & ordo, qui non tantùm uoluptatis gratia petitur, ſed utilitatis. Vult igitur Virgilius ut ordo ſit denſus in denſa terra, rarus in rara, utq́ uia ſecto limite in unguẽ quadret. Quibus uerbis quincuncialem ordinem uidetur ſignificare quo in figurã literæ X. quinæ arbores recto uerſu continuantur: de quo Plin. lib. 17. cap. 11. In diſponendis arboribus arbuſtisq́ ac uineis, quincuncialis ordinis ratio uulgata & neceſſaria, non perflatu modò utilis, uerum & aſpectu grata, quocunq́ modo intueare, in ordinem ſe porrigente uerſu. Columella etiam figuram quincuncis demonſtrat internodium definit in paſtinato ſolo quinq́ pedum, in arato ſeptem minimum, ſatis amplum decem. Quintil. quoq́ uide lib. 8 cap. 3.
  - Tempus. Virgilius ſeri uult uites non hyberno, ſed uerno, uel autumnali tempore. Columella lib. 3 cap. 14. Sequitur opus conſeruandæ uineæ, quæ uel uere, uel autumno tempeſtiuè deponitur. Vere melius ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus cœli eſt, aut ager pinguis, aut campeſtris & uliginoſa planicies. Rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aëris qualitas. ſi exilis atque aridus campus: ſi macer prærupt⁹q́ collis: uernæq́ poſitionis dies ferè quadraginta ſunt ab Idibus Februarijs, uſq́ in æquinoctium: rurſus autumnalis, ab idibus Octobris in Calendas Decembres.
- *Quartum eſt de contrariorum defenſione. Præcipit itaq́ Virgilius*
  - *Ne uitibus inſeratur*
    - Corylus. Plin lib. 17. cap. 24. Vitis odit rhaphanum, laurum, caulem: odit & corylum. ni procul abſint, triſtis atq́ ægra: nitrum quidem & alumen, marina aqua calida, & fabæ putamina uel erui, ultima uenena ſunt. Seruius putat radices colurnas uitibus nocere: fortaſsis etiam denſitate.
    - Oleaſter, rationem addit ex adiuncta incendij periculo. In oleaſtri uerò damnatione uidetur Virgilius ſecutus Theophraſtum, qui lib. 3. cap. 15. de cauſis plantarum ait moleſtiſsimas eſſe uiti ficum & oleam: multum enim attrahunt alimentum, & umbram faciunt amplam. Plinius tamen oleam, ſed umbroſa excepta, item ficum ex arbuſto non tollit, lib. 17. cap. 23. Nam poſt ulmum, populum nigram, fraxinum, ficum & oleam numerat.
  - *Vt ſepiãtur uites aduerſus pecoris morſus. Nam*
    - Plinius lib. 17. cap. 22 ait, gemmante uite arcendum procul eſſe pecus, ſed maximè lanatum, quoniam facillimè auſitat gemmas.
    - *Virgilius ait uitibus illudere*
      - Vros, qui ſunt è genere ferorum boum, quos uulgus imperitè bubalos uocat, cum bubalos gignat Africa, uituli potius ceruice, Germania autem uros, ait Plin. lib. 8. ca. 15. Sunt autem uri in Hercynia ſylua paulò minores elephantis, ſpecie & colore, & figura tauri: magna uis eorum & uelocitas: neq́ hominu, neq́ feræ, quam conſpexerint, parcunt: ait Cæſar lib. 6.
      - Capreas. & hircos.
- Quintum de uitis electione, ne malleoli uel taleæ è nouiſsima ſurculi parte ſumantur, quam ruſtici (ait Columella libro 3 capite 17.) ſagittam uocant: ſiue quia longius receſsit à matre, & quaſi emicuit atq́ proſiluit: ſeu quia cacumine attenuato prædicti teli ſpeciem gerit: quam ibidem ait à ueteribus repudiatam & probatam eam partem, quæ innexa eſſet cum uetere ſarmento. Et eiuſdem libri cap. 6. matrem maximè uult eſſe genitalem: & de arboribus cap. 3. optima ſemina (ait) habentur à lumbis, ſecunda ab humeris, tertia in ſumma uite lecta, quæ celerrimè comprehendunt & ſiunt feraciora. ſed quæ celerrimè ſeneſcunt. Qua de re etiam multò plura ſcribit lib. 3 cap. 10. & inferiores partes ideò laudat, quòd à ſætu uacant, quodq́ è proximo terræ integro atq́ illibato aluntur: ideóq́ maximè genitales iudicat.

De Vitibus.

Præceptum –

- *Sextum eſt de putatione uitis: de qua*
  - *Plin.lib 17. cap 22. Falce leni putetur: putatio non fiat ante Aquilæ exortum. In latifundijs uerò legitima naturæ feſtinatio: quò maturius putantur aptis diebus, eò plus materiæ fundunt: quò ſerius, eò fructum uberiorem. Quare macras prius conuenit putare, ualidas nouiſsimè. plagam omnem obliquam fieri, ut facilè decidant imbres, & ad terram uecti, quàm leuiſsima cicatrice, acie falcis exacuta, plagáque conuelata. Recidi autem ſemper inter duas gemmas, ne ſit uulnus oculis in eciſa parte.*
  - *Columella lib. 4. cap. 11. Virgilium reprehendere uidetur illam ueterem opinionem damnanit uſus (ait) non eſſe ferro tangendos anniculos malleolos, quòd aciem eſ formidens, quod fruſtra Virgilius & Saſterna, Stoloneſque & Catones timuerunt.*
- *Septimum eſt de fœcundandis ſeminibus uineaticis, tum*
  - *Stercore ſeu fimo: Quaſcunque enim taleas, malleolos ſeu uiuiradices in ſcrobem defodies, fimo pingui ſparges, & terra benè occules. Columel lib. 3. cap 15. Idem quoque Pœnus autor, probat uinacea permiſtis ſtercore, depoſitis ſeminibus in ſcrobem uites mouere, quòd illa prouocent, & eliciant nouas radiculas: hæc per hyemē frigidam & humidam inferre calorem tempeſtiuum, ac per æſtatem uirentibus alimentum & humorem præbere. Idem 3. cap. de arboribus: In terram benè paſtinatam ac ſtercoratam ſarmentum defigito.*
  - *Lapide arenario ſeu bibulo. Columel. ibidem: Aptiſsima uitibus terra eſt arenoſa, ſub qua conſiſtit dulcis humor: probus conſimilis ager, cui ſubeſt tophus: æquè utiles congeſta & mota terra: ſabulum quoque cui ſubeſt dulcis argilla. Idem lib. 3. cap. 15. diſponi paucos lapides iubet. qui ſinguli non excedant, quinque librarum pondus. Hi uidentur & aquas hyemis & uapores æſtatis propulſare radicibus. Plinium quoque uide lib 17. cap. 11.*
  - *Saxo. Hoc Columella uidetur improbare lib. 3. cap. 15. Saxa, ait, ſumma parte terræ, & uites, & arbores lædunt, ima refrigerant, lib. de arboribus cap 3.*
- *Octauum de repaſtinatione & pulueratione, quæ fit uel*
  - *Bidentibus ſeu bipalijs & paſtinis.*
  - *Vomere, ſi arbuſtiuæ ſint uites.*
  - → *Plin lib. 17 cap 22. Crebrò fodito: capita uitium putata circumfodito arare incipito. ultro citróque ſulcos perpetuos ducito. Ibidem ait foſsione puluerē excitatū cōtra ſoles nebuláſque prodeſſe.*
- *Nonum eſt de pedatione uitium. Fit autem iugum pertica aut arundine aut crine funiculóue Plin lib. 17. cap. 21. Deputantur autem his pedamentis à Plinio lib. 17. ca. 20. ſalix, arundo, populus alba, caſtanea, eſculus, fraxinus, laurus, perſica, corylus, malus, ſambucus.*
- *Decimum eſt de pampinatione & frondatione: quæ manu non ferro facienda eſt. Plin. lib. 17. cap. 22. uitem nouellam tum reſecari cum erit tempus, ubi ualebit. Idem lib. 18. cap. 27. cum pampini quatuor digitos longitudine expleuerint, tum pampinandi tempus eſt.*
- *Vndecimum eſt de pampinatione iteranda, de qua Plin. lib. 17 cap 22. Paſtinatio uerna in confeſſo eſt ab idibus Maij intra dies decem, utique antequam florere incipiat, & eam infra lignum debere fieri: de ſequente, uariant ſententiæ: cum defloruerit, aliquando pampinandum putant. alij ſub ipſa maturitate. Idem lib. 18. cap. 27. ait circa 8. Cal. Iulij uineas pampinari.*
- *Duodecimum eſt de ablaqueatione, quæ fit cum radices ſummæ & ſoboles circumfoſſa terra amputantur, poſteáque truncus terra obruitur: Columel. lib. 4. cap. 9. Fit autem poſt uindemiam ablaqueatio & ante brumam, ait Plinius libro 17. capite 22.*

Hactenus

Hactenus de arboribus, quæ cultũ requirunt: ſequuntur quæ cultum non requirũt, ut Virgilius uult: quanquam alij aliud ui detur, qui harum non omnino nullum, ſed ſimpliciorem uolunt eſſe: ut Columella cõfitetur lib. 5. cap. 7. Tales ergo ſunt

- *Olea, quam Virgil. ait nullum cultum requirere: in quo ipſi ab omnibus reclamatur. Cato enim putari, ablaqueari, ſtramentis & amurca aquæ permiſta circumfundi iubet. Idem ferè Columel. de arbor. cap. 17. & Plinius lib. 15. cap. 1. & lib. 17. cap. 18. Tardè creſcit, ſicut omnia longo æuo durantia: Plin lib. 17. cap. 12.*
- *Arbores aliæ partim*
  - *Pomiferæ.*
  - *Non pomiferæ ut*
    - *Sylueſtres.*
    - *Aliæ quidam, quæ cõmemorantur uel ex*
      - *Fructu, ut*
        - *Citysus. Plin. lib. 13. cap. 24. Frutex eſt & cytiſus, ab Ariſtomacho Atheniensi miris laudibus prædicatus pabulo ouium: aridus uerò, etiam ſuum: utilitas quæ ex eo, ſed ocyor ſatietas, perquàm modico pingueſcente quadrupede ita ut iumenta hordeum ſpernant: non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum atq; in aqua decoctũ, potui cum uino dari iubet, firmiores celſioresq; infantes fore.*
        - *Tæda. In Europa ſex genera ſunt arborũ reſinam ferentiũ, pinus, pinaſter, picea, abies, larix, tæda propriè dicta, abundãs ſucco, liquidior quàm picea, flammis ac luminis ſacrorum etiam grata. Ex reſiniferis arboribus diſtillant*
          - *Sine uſtione reſina.*
          - *Ex earũ tæda accenſa, pix.*
        - *Salix: quas Virgil. Eclog 1. amaras uocat, ſcilicet hominibus: nam capris ſuaues ſunt & dulces.*
        - *Geniſta. Plin. lib. 21. cap. 2. ait geniſtam apibus eſſe gratiſſimam ideoq; (ut idem eiuſdem libri cap. 4.) aluei exitus geniſtis tritis illinitur, ne apes diffugiant.*
      - *Materia: ſic*
        - *Pinus utilis eſt nauigijs, quia aduerſus cariem tineasq; firmiſſima. Plin. lib. 16. cap. 42.*
        - *Cedrus & cupreſſus utilis eſt in ædificando, tum quia cariem non ſentiant, tum quia neq; rimam, neq; fiſſuram capiant. Plin. lib. 16. cap. 40 ubi uidebis è cedrinis trabibus tectum Epheſiani templi fuiſſe: item libros Numæ, quia cedrati eſſent, 530. annos durauiſſe uidebis apud eundem lib. 13. cap. 13.*
        - *Salices uiminibus utiles.*
        - *Myrtus haſtilibus utilis.*
        - *Cornus bello utilis. Plin. lib. 16. cap. 40. Corni lignum non aliò penè, quàm ad radios rotarũ utile: aut ſi quid cuneandũ ſit, in ligno clauisq; figendum ſeu ferreis.*
        - *Taxus in arcus torquetur.*
        - *Tilia. Materies huius arboris teredinem non ſentit, proceritate perquàm modica uerum utilis. Plinius lib 16. cap. 16. Imò ad mille uſus petenda. Plin lib. 18 cap 28. eadẽ ſcutis faciendis aptiſſima. Plin. lib. 16. cap 40.*
        - *Buxus. In primis uerò materies honorata buxo eſt, rarò criſpicanti, ſed niſi radice, cætero leuis: quies materiæ ſilentio quodam & duritie ac pallore cõmendabilis: in ipſa uerò arbore, topiario opere. Plin. lib. 16. cap. 16.*
        - *Alnus nauibus apta eſt.*

- *In III. Georgico præcipitur de pecorib. Vbi cõſider. pecorũ*
  - *Generatio & educatio, ubi artes duæ ſunt, de*
    - *Armentis: in quibus docentur*
      - *Boues: in quibus conſider.*
        - *Parẽtes: in quibus generationis & ortus cauſa conſider.*
          - *Delectus uaccæ. Deſcribitur aũt à Virgilio matricis bouis ſpecies egregia ex*
            - *Adiunctis ut ſunt*
              - *Partium corporis qualitates, ut*
                - *Caput turpe Virgilio. Non degeneres exiſtimari, etiam minus laudato aſpectu, Plinius ait. In capite ſunt*
                  - *Frons, Virgilio torua, & faciem tauro propior. Varro & Columella latam frontem uolunt: Palladius addit criſpam & altam.*
                  - *Cornua: Virgilio camura, id eſt, curua. Varro nigrantia, Columella procera & robuſta, ſed ſine curuatura prauitate lunata addit.*
                  - *Aures, Virgilius hirtas, Varro piloſas, Columella piloſas & hirtas, Plin ſetoſas legit.*
                - *Ceruices. Varro craſſas & longas ceruices: Columella ceruicem longam & toroſam: Palladius toroſam & compactam.*
                - *Palearia, crurum tenus à menta pendentia Virgilio: Varro palearia à collo demiſſa. Syriacis autem bobus palearia non ſunt, ſed gibber in dorſo. Plinius.*
                - *Coſta & latera. Varro benè coſtatos boues & oblongos eſſe uult: Columella armis uaſtis & omnino grandibus membris, lateribus porrectis, lumbis latis.*
                - *Cauda, quæ ima ueſtigia uerrat, Virgil. Varro eadem profuſam uſq; ad calces & inferiorem eius partem frequentibus pilis ſubcriſpam eſſe uult: Columella longiſsimã & ſetoſam piloſamq;. Plinius ait huic uni animali caudam creſcere, donec ad ueſtigia ima perueniat.*
                - *Pedes. Pedibus nõ latis, neq; ingredientibus, qui diſplodantur: nec quorum ungulæ diuaricent, & quorum ungues ſunt leues & pares, ait Varro. Columella bouem eſſe uult ungulis magnis, uaccam modicis. omninoq; altiſsimam eſſe uult, corporis longi, uteri capacis & magni.*
              - *Color. Virgilio placet maculis inſignis & albo. Varro hic colorem potiſsimum eligit nigrum, dein rubeum, tertiò helueum, quartò album. Columella rubeum uel fuſcum.*
              - *Pilus. Palladius uult pilum totius corporis denſum ac breuem, rubei maximè coloris aut fuſci.*
            - *Effectis, quibus qualitas animi exprimitur: Aut iuga detrectans, interdumq; aſpera cornu, ait Virgil. Columel. lib. 6. cap 2. Mores huius pecudis probabiliores habentur, qui ſunt propiores placidis, quàm concitatis: ſed non inertes, qui ſint uerentes plagarum & acclamationum, ſed fiducia uirium, nec auditu, nec uiſu pauidi, nec ad ingredienda flumina aut pontes formidoloſi, multi cibi, edaces.*
            - *Aetatis circumſtantia, Virgilio à tertio anno ad decimum. Varro: Non minores oportet inire bimas, ut trimæ pariant: eo melius, ſi quadrimæ: pleræq; etiam pariunt in decem annos, quædam etiam in plures. Maximè idoneum tempus eſt ad concipiendum à Delphini exortu, uſque ad dies quadraginta aut paulò plus: quæ enim ita conceperunt, temperatiſsimo anni tempore pariunt: uaccæ decem menſibus ſunt prægnantes. Vita autem uaccis longiſsima quindecim annis, maribus uiginti, ait Plinius.*
        - *Parentum ſaginatio & maceratio. A.*
        - *Prægnantium cura. B.*
      - *Buculi iam nati. C.*
      - *Equi. D.*
    - *Gregibus: quibus adiunguntur Canes.*
  - *Corruptio è contrarijs malis.*

De Bobus.

- A. Tempore admiſſionis
  - Patres ſeu admiſſarij ſaginandi ſunt. Saginationis cauſa
    - Efficiens eſt in ſagina. Varro lib 2. cap 5. Tauros duobus menſibus ante admiſſuram herba & palea & fœno facio pleniores. Columel. lib. 6 cap. 26. tauris pabulum adijcit, quò fortius ineant. Cap. 27. roborandus admiſſarius largo cibo & appropinquante uere, hordeo ſaginandus, ut Veneri ſuperſit: quantoq́ fortior inierit, firmiora ſemina præbeat futuræ ſtirpi. Ideoq́ ibidem quotannis non plures fœminas, quàm uiginti implendas admiſſario uni tribuit. De quo ita Plinius: Sed ad generandum, paucis animalium minor fertilitas: quæ de cauſa per interualla admiſſuræ dantur: nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare. Palladius non amplius, quàm duodecim uel quindecim admiſſuras permittit. Varro tauris duobus ſeptuaginta matrices attribuit, uni anniculo, alteri bimo. Admiſſuræ uerò initium ab æquinoctio uerno & partum decimo menſe omnes definiunt. Varro & Columella: Scylla contrita, naturalia equæ illinunt, & equi naribus admouent. Vulgaris autem parit quotannis, alterius autem generoſa, quò firmior pullus materno lacte fiat.
    - Finis eſt, ne blando nequeant ſupereſſe labori. Inualidiq́ patrum referant ieiunia nati.
  - Matres macriendæ ſunt. Macriei cauſa
    - Efficiens eſt in detractione cibi & potionis, laboris acceſſione. De quo ſic Varro lib. 2 cap. 5. Propter futuram hæc ſeruare ſoleo, ante admiſſuram menſem unum, ne uaccæ cibo aut potione ſe impleant, quòd exiſtimantur facilius macræ concipere. Colum. lib. 6 cap. 26. idem ait.
    - Finis eſt, quia macræ facilius concipiunt.
- B. Cura prægnantium eſt ut
  - Ne grauentur
    - Vectura.
    - Saltu.
    - Curſu.
    - Traiectione fluminum.
  - Paſcantur
    - Vacuis ſaltibus.
    - Ripis herboſis plenorum fluminum. Sic Varro iubet paſci in locis uiridibus & aquoſis: & æſtate bis ad aquam appelli, hyeme ſemel.
    - Locis umbroſis. Varro tamen prohibet, ne ſe ad frigidum locum recipiant, quòd algor maximè prægnantibus obeſt.
  - Prohibeantur tabanis, ideoq́ mane & ueſpere paſcantur. Dicitur autem tabanus Græcis œſtrus, Latinis Stimulus uel Aſylus. Varro: Itaq́ quòd eas æſtate tabani concitare ſolent, & beſtiolæ quædam minutæ ſub cauda, ne concitentur, aliqui ſolent includere ſeptis.
- C. In buculis natis conſider.
  - Nota: notis enim inuſtis ſignandi. De quo, Columel. lib. 11. cap 2. Palladius in Aprili.
  - Domitura. Non ante tertium, nec poſt quintum annum domitura hæc fiat, ut Columella & Plinius. Columella lib. 6. cap. 2. domituram hanc copioſè propoſuit, ut buculi conſueſcant manu tractari, ad præſepia religari & extra ſtabulum ad ſtipites, claua ſaligna modicis ictibus coërceri, per mille paſſus compoſitè ac ſine pauore progredi, domitorem ſuum blandientem & accedentem intueri & odorari, ab eoq́ mero aſpergi, uentre attrectari, palato defricari. Nam per hæc blandimenta triduo ferè manſueſcunt, iugumq́ quarto die accipiunt. Interdum & pondus aliquod iniungitur, ut maiore uſu laboris exploretur patientia: poſt eiuſmodi experimenta uacuo plauſtro ſubiungendi: ſic perdomiti, mox ad aratrum inſtituuntur.
  - Paſtus ex herba, fronde, ulua, frumento, copia lactis. Varro: Semeſtribus uitulis obijciunt furfures triticeos & farinam hordeaceam, & ut bibant manè, & ueſperi.

De Equis.

D in E. quis conſider.

- Parentes ad equos circenſes aut militares gignendum, in quibus cōſider.
  - *Delectus admiſſarij: qui deſcribitur*
    - *Primò ex*
      - Corporis formā. Robori conuenieus altitudo à Palladio proponitur, à Columella corpus cōpoſitū, grāde, ſublime, erectum, ab aſpectu quoq́ agile & ex longo rotundum. Corporis figura deſcribitur ex adiunctis, ut è
        - *Partium qualitate, ut*
          - Caput argutum, id eſt, non magnum, Virgil. Varro exiguum Colum. ſiccum: & pelle propemodum ſolis oſsibus adhærente Palladius.
          - Nares apertas Columella uult.
          - Ceruix ardua Virgil. Mollis, lata, non longa Colum.
          - Iuba denſa Virg. Iubam autem Varro uult non anguſtam, ſed crebram, fuſcam, ſubcriſpam, ſub tenuibus ſetis implicatam in deteriorē partem ceruicis. Columella denſam iubam, & per dextram partem profuſam.
          - Aluus breuis Virgil. uenter modicus Varro: ſubſtrictus Colum.
          - Tergum obeſum Virgil. & duplex ſpina per lumbos. Sic Varro ſcapulas latas petit. Columella grandes armos, & recta, & lata latera, & inflexa.
          - Pectus animoſum, toris luxurians Virgil. Sic Varro latum & plenum pectus: Columella etiam muſculorum thoris numeroſum, Palladius latè patens & corpus denſitate muſculorum nodoſum exigit.
          - Vngula ſolido cornu Virgil. Duris ungulis & altis, & concauis rotundisq́. Columella admiſſarium inſtruit. Palladius pedem ſiccum & ſolidum, & cornu concauo altius calceatum ungularum ſolida & fixa rotunditate.
          - Crura mollia, recta & æqualia: genua rotunda, nec magna. Varro.
        - Coloribus è quib. ſunt
          - *Honeſti*
            - Spadices. Rutilus & ſpadix, phœnicei coloris ſynonyma ſunt ait Gell. lib. 2 cap 23. Significat autem ſpadix exuberantiam ſplendoremq́ ruboris, quales ſunt dactyli palmarum non admodum ſole incocti. Franci equiſones uocant brumbay, id eſt fuſcum badium.
            - Glauci. Color hic cæruleus eſt & aqueus, quales oculi ab Homero Palladi tribuuntur, cum appellatur γλαυκῶπις.
          - *Deterrimi.*
            - Albi Non candidi & nitenti luce perfuſi, ſed pallori uicini, ait Seruius.
            - Giluı. Talis color eſt in melle. Palladius: Colores hi præcipuè badius, aureus, albineus, ruſeus, murteus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, guttatus, candidiſsimus, niger, preſſus, ſed in admiſſarijs clari & uniuſmodi.
      - Animi indole, quæ arguitur ex factis. Nā generoſus equus
        - Altius ingreditur & mollia crura reponit. Varro: Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo, aliáue qua re, quo potior ſit.
        - Cum flumen tranſuehendum eſt gregi in primis prægreditur ac nō reſpectat alios. Varro: Colum. Si ante gregem procurrit, ſi laſciuia & ad alacritate interdum & curſu certans æquales exuperat, ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit pontem flumenq́ tranſcendit, hæc erunt honeſti animi documenta. Palladius ſimiliter hilaritatem & alacritatem, & agilitatem laudat.
        - Non horret uanos ſtrepitus, neq́ conſpectu nouæ rei uel auditu terretur.
        - Si qua ſonum procul arma dedere Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus: Collectumq́ premens uoluit ſub naribus ignem.
        - Cauat tellurem & ſolido grauiter ſonat ungula cornu.
        - Amat laudem. Tantus amor laudum, tantæ eſt uictoria curæ. Vide Plin lib 8. cap. 42. quomodo ſit in equis intellectus cognationis, ſymphoniæ, dominorum, artis, adhortationis, gloriæ.
    - Secundò ex ætate: quæ definitur in
      - Equo, à Columella à tertio anno ad uiceſimum: à Plinio ad triceſimumtertium & quadrageſimum.
      - Equa à Varrone à tertio ad decimum. Virgilius omnino morbi & ſenectutis imbecillitatem excipit & prohibet admiſſura.
  - Saginatio & emaciatio. / Cura prægnantium. — de quibus anteà:
- Equuli. Vide ſignum *

De Equis.

- * *In Equulis conſider.*
  - *Animi domitura: ubi cõſider.*
    - *Differentiæ equorum. nam alij ſunt*
      - *Circenſes: ſeu curſores, quos in circo auriga agitabant: aurigantium autem ſectæ, erant*
        - *Albatorum.*
        - *Praſinorum.*
      - *Militares.*
      - *Vectarij: qui apud Belgas eſſeda trahebant.*
      - *Gradarij. De his Plin. lib. 8. cap. 42. in Hiſpania gens Gallica & Aſtura equini generis, quos Tieldones uocamus, minori forma, appellatos aſturcones gignunt: quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tollutim carpere in curſus traditur arte. Tieldo ergo, qui & gradarius, & aſturco & tollutarius, Germanis ein Zelter, Gallis hacquenee.*
    - *Præcepta de domitura equi ſiue militaris & curſoris, quin'q*
      - *1. Eſt exemplum ueteranorũ. Primus equi labor eſt, animos atq; arma uidere Bellantum.*
      - *2. De militaribus et curulibus inſtrumentis ut diſcant*
        - *Lituos pati. Lituus autem genus eſt buccinæ incurua, unde uox gracilior exit.*
        - *Ferre rotam gementem.*
        - *Frenos audire & uidere Varro lib 2. cap. 7.*
      - *3. De blandimentis magiſtrorum. Habet enim equus intellectum laudis & adhortationis. Plinius.*
      - *4. De tempore domituræ ante quartum annum, quod ex Varrone iam patuit. Colum. lib. 6. cap. 29. Equus bimus, ad uſum domeſticum rectè domatur. certaminibus expleto triennio, ſic tamen ut poſt quartum demum annum labori committatur.*
      - *5. De progreſsionis arte, ut diſcant in gyrum agi, gradibus compoſitis ſonare, & alterna crurum uolumina ſinuare ſeu greſſus glomerare.*
  - *Corporis accretio ex cauſis efficientibus: quarum*
    - *Prima eſt è farragine, quæ fit hordeo, uicia, auena, leguminibus Franci Dragean uocant, quæ eſt equis alimentum & purgatio. Varro lib 2. cap. 7 Poſt trimum, farrago dari ſolet: hæc enim purgatio maximè neceſſaria pecori equino; quod diebus decem facere oportet, nec pati alium ullum cibum guſtare. Ab undecimo die uſque ad quartum decimum dandum hordeum, quotidie adjiciendo minutatim. Quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum: ab eo tempore mediocriter exercendum, & cum ſudarit perungendum oleo: ſi frigus erit in equili faciendus ignis. Columella hæc addit: Nec minus quotidie corpora pecudum, quàm hominum defricanda ſunt. ac ſæpè plus prodeſt preſſa manu ſubegiſſe terga, quàm ſi largiſsimè cibos præbeas.*
    - *Secunda eſt è contrario ſaginæ impedimento. Sic Columella iubet pretioſos equos à fœminis remoueri, ne cum uolent, ineãt: aut ſi prohibeantur, cupidine ſolicitati noxam cõtrahant. Itaq; uel in longinqua paſcua marẽ placet ablegari, uel ad præſepia contineri. Virgilius amoris furorem monet per uarias ſpecies animalium, ut*
      - *Taurorum, de quorum certamine Plin. lib. 8. cap. 45.*
      - *Leanarum. Magna leanis libido coitus & ob hoc maribus ira. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaq; ui conſurgit in pœnam: idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longius comitatur. Ariſtoteles tradit leanam primo fœtu parere quin'q catulos, ac per annos ſingulos uno minus: ab uno ſteriles ſcere. Plin lib. 8 cap. 16.*
      - *Vrſorum. Catulus urſinus, informis caro naſcitur, paulò muribus maior, ſine oculis, ſine pilo, ungues tantum prominens: hanc lambendo paulatim figurant. Plinius libro 8. capite 16.*
      - *Aprorum.*
      - *Tigridum. Tigris animal uelocitatis tremendæ Plinius libro 8. capite 18.*
      - *Aliorum. Vide ſignum* *

* *Locuſ*

* *Locus de amoris furore à Virgilio inducitur per uarias ſpecies animalium, ut*

- *Taurorum.*
- *Leænarum.*
- *Vrſorum.*
- *Aprorum.*
- *Tigridum.*
- *Equorum: quorum amor exponitur ex adiuncto*
  - *Tremore. Non'ne uides ut tota tremor pertentet equorum Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras?*
  - *Furore. Ac neq; eos iam frena uirum, nec uerbera ſæua retardant.*
- *Equarum, quarum mirabilis amor deſcribitur ex*
  - *Effectis. Nam illas ducit amor trans Gargara, transq; ſonantem Aſcaniũ, ſuperant montes & flumina tranant: id'q; uere magis. Sic Columel lib 6 cap 27. ait equas libidinis furijs extimulari, ſi circa uernum æquinoctium deſiderijs naturalibus angantur.*
  - *Adiuncto –*
    - *Conceptu. Varro lib 2. cap 1 In fœtura res incredibilis eſt in Hiſpania, ſed eſt uera, quòd in Luſitania ad Oceanum in ea regione, ubi eſt oppidum Oliſyppo, monte Tagro quædam è uento concipiunt certo tempore equæ, ut hîc gallinæ quoq; ſolent, quarũ oua ὑπηνέμια appellant. Sed ex his equis nati pulli non plus triennium uiuunt Idem Columella lib 6 cap. 27 Et poſt utrunq; Plin lib. 8. cap 42. Quapropter è Varrone, Columella, Plinio & Virgilio. Phyſicum hoc miraculum teſtatum uidemus, quemadmodũ equæ ore, id eſt, locis naturalibus obuerſæ. Fauonio ſeu Zephyro concipiant ſine admiſſario.*
    - *Veneno quod Hippomanes dicitur, uirus lentum è menſtruo equino diſtillans: de hoc Ariſtot l b 6. de hiſtoria animalium: cum equa peperit, ſtatim ſecundas deuorat; atq; etiam quod pulli naſcentis fronti adhæret, Hippomanes dictum, magnitudine minus carica, parua ſpecie, latiuſculum, orbiculatum, nigrum. Vide Columel. eodem libro & Plinium.*
- *Suum. Suibus maribus in coitu plurima eſt aſperitas: tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, luto'q; ſe tergorantes. Fœminæ in partu aſperiores, & ferè ſimiliter in omni genere beſtiarum. Plin. lib. 8. cap 52.*
- *Hominum, ut Leandri, qui eſt mari obrutus propter amores Herus puellæ.*
- *Lyncum. Lynx animal uarium & maculoſum: cuius urina glaciatur in gemmam, quæ lyncurium dicitur. Plin. lib. 8. cap 38.*
- *Luporum: quorum amor non amplius, quàm dies duodecim durat Caudæ autem lupi uulgo creditur eſſe amatorium uirus exiguo in uillo eumq;, qui capiatur, abijcere: nec idem pollere, niſi uiuenti direptum. Plin. lib. 8. cap 32. Genera uerò luporum Oppianus quinq; deſcribit.*
- *Canum. Canes concipiunt apud Indos è tigribus: apud Gallos è lupis. Illis autem annui partus. catuli non ultra uiceſimum diem uſum accipiunt, nec ante ſeptimum. Plin. lib. 8. cap 40.*
- *Ceruorum. Ceruis quoq; ſua eſt malignitas, quanquam placidiſſimo animalium. A' conceptu ſeparant ſe, ut mares relicti, rabie libidinis ſæuiunt. Plin. lib. 8. cap. 32.*

De Gregibus, id eſt, Ouibus & Capris.

- *Hactenus prima pars de armentis boum & equorum: ſequitur ſecũda pars de gregibus ouium & caprarum ubi à Vergilio deſcribitur paſtio Zonatum*
  - *Temperata qualis in Italia eſt Eaq́ tum*
    - *Hyberna, in qua conſider.*
      - *Primò*
        - Ouium
          - *Nutricatus. Virgilius herbam, id eſt, fœnum proponit. Varro lib. 2. de ouibus cap. 2. folia ficulnea, paleam, uinacea, furfures, cytiſum, medicam.*
          - Ouilia. num-rum
            - *Qualia debeant eſſe, molliter, ſcilicet ſtrata multis ſtramentis: & ſic Varro ibidem ubi ſtent oues, ſolum oportet eſſe eruderatum & procliuum, ut euerri facilè poſſit ac fieri purum. Non enim ſolùm ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiã ungulas, ac ſcabras fieri cogit. Cum aliquot dies ſteterunt, ſubijcere oportet uirgulta alia quò mollius requieſcãt, purioresq́ ſint: libentius enim ita paſcuntur.*
            - *Cur talia eſſe debeant. Ne, ſcilicet frigus molle pecus lædat, & morbos (ut ſcabiem & podagram) afferat. Namq́ id pecus quamuis ex omnibus animalibus eſt ueſtitiſſimum, frigoris tamen eſt impatientiſſimum: nec minus æſtiui uaporis. Colum lib. 7. cap 3. & 6.*
        - *Caprarum*
          - *Nutricatus. Virgilius arbuta capris præberi uult & aquam recentem. Palladius in Nouembri iubet hœdis ſupra lactis abundantiam ſæpè præberi hederam: itemq́ arbuti & lentiſci cacumine.*
          - *Caprilia. Varro lib 2 de ouibus cap. 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, ſi ſpectat quod eſt alſioſum. Id, ut pleraq́ lapide aut teſta ſubſterni oportet, quò caprile minus ſit uligmoſum ac lutulentũ.*
      - *Secũdò utilitas ouium & caprarũ ex*
        - *Tonſura*
          - *Ouium quæ exponitur ex*
            - *Cauſis*
              - *Pabulo ſicco Columella lib 7 cap 3 Sequẽris noualia non ſolùm herbida, ſed quæ plerumq́ uidua ſunt ſpinis, quoniam ea res ſcabras oues reddit: tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quantò prolixior in pecore cõcreſcit, tantò magis obnoxia eſt rubis, quibus uelut hamis innexata, à paſcentium tergoribus auellitur: molle pecus etiam uelamen quo protegitur amittit, atq; id non paruo ſumptu reparatur.*
              - *Grege*
                - *Molli Varro lib 2. cap 2 Ouem eſſe oportet corpore amplo, quæ lana multa ſit & molli, uillis altis & denſis toto corpore, maximè circum ceruicem & collum: uentrem quoq́ ut habeat piloſum. Itaq́ quæ id non haberent, maiores noſtri apicas appellabant ac reijciebant.*
                - *Albo. Varro ibid. Animaduertendũ quoq́ linguáne nigra ſit aut uaria: quòd ferè, qui ea habent, nigros aut uarios procreant agnos Columella ibid Itaq́ non ſolùm ea eſt ratio probandi arietis, ſi uellere candido ueſtitur, ſed etiam ſi palatum atq; lingua concolor lanæ eſt. Nam cum hæ corporis partes nigræ aut maculoſæ ſunt, pulla uel etiam uaria naſcitur proles Ideò niſi lanatas oues emi non oportet, quò melius unitas coloris appareat.*
            - *Adiuncto pretio. Lana ouium pretioſior eſt: at partura & mulctra caprarum copioſior.*
          - *Caprarum & hircorum: qui tonduntur & uelluntur ad uſum nauticum & ad bellica tormenta & fabrilia uaſa Neq; non quædam nationes harum pellibus ſunt ueſtitæ. Varro lib. 2. cap. 1. & 11.*
        - *Partu.* } *A.*
        - *Mulctra.* } *A.*
    - *Aeſtiua. B.*
  - *Intemperata. C.*

- **A.** *Quamuis lanæ pretium minus ſit, tamen partus caprarum & mulctra copioſior eſt. Nam quod attinet ad*
  - *Partum*
    - *Ouis geminos parere ſolet, ait Varro lib. 2. cap. 2.*
    - *Capra nonnunquam trigeminos, ait Colum. lib. 7. cap 6. imò quaternos, ſed rarò admodū, ait Plin lib. 8. cap. 50.*
  - *Mulctrā: ibi explicantur*
    - *Cauſæ ex*
      - *Capella. Ea enim probatur, quæ eſt uberis maximi & lactis abundantiſſimi, ut Colum lib. 7. ca 6 Hinc Varro lib 2 cap. 3. mammulas penſiles requirit, quòd hæ fæcundiores ſint, itemq́ ut ubere ſint grandiore.*
      - *Pabulo*
        - *Humido: ubi præcipuè commendantur*
          - *Cytiſus. Eſt autem cytiſum maximè amicum auibus & medica. Nam & pingues facit facillimè & lac gignit. Varro lib. 2 cap. 2 & cap. 1. lactarijs dat medicam & cytiſum.*
          - *Lotos: de qua Plinius lib. 13. cap 17.*
        - *Salſo. Columella ait canalibus ſalem imponi.*
      - *Depulſis hœdis. Diſiunguntur autem à matribus agni quadrimeſtres, ait Varro lib 2. cap. 1 & 2. quo tempore quidam matres non mulgent, quia plus lanæ ferunt, & omnino agnos plures. Summotis autem agnis fructus lactis ex matribus non minor percipitur, ait Colum. lib. 7. cap. 3.*
    - *Vtilitas mulctræ duplicis ex caſeo recenti & inueterato. Varro lib 2. cap 11 Mulgent Vere ad caſeum faciendum manè, atq́ temporibus meridianis horis: tametſi propter loca & pabulum diſparile non uſquequaquam idem ſit. Colum. lib. 7 cap. 8. Caſei quoq́ faciendi nō erit omittenda cura. Is ſi tenui liquore conficitur, quàm celerrimè uendendus eſt, dum adhuc uiridis ſuccum retinet, ſi pingui & opimo, longiorem patitur cuſtodiam, ſed lacte fieri debet ſyncero & quàm recentiſſimo. Nam requietum uel muſtum, celeriter acorem concipit. Varro lib. 2. ca. 11. Quin aſpergi ſolent ſales melior foſſilis, quàm marinus.*
- **B.** *In paſtione æſtiua conſiderand.*
  - *Locus pabulationis. Caprinum enim pecus ſyluestribus ſaltibus potius delectatur, quàm pratis. Studioſè enim agreſtibus fruticibus paſcitur atq́ in locis cultis uirgulta carpit: itaq́ à carpenda capræ nominatæ. Varro lib. 2. cap. 3. Idem Colum. ait lib. 7 cap. 6.*
  - *Tempus*
    - *Matutinum*
      - *Pabulandi. Varro lib. 2. cap. 2. Aeſtate prima luce exeunt paſtum, propterea quòd tunc herba roſcida meridianam (quæ eſt aridior) iucunditate præſtat. Idem ſenſit Colum.*
      - *Aquandi Varro ibid. Sole exorto puteo propellunt, ut redintegrantes rurſus ad paſtum alacriores faciant. Ad pabuli autem faſtidiū tollendum canalibus pro condimento ſal imponitur, ut cum è paſtu redierint, oues lambant, atq́ eo ſapore cupidinem bibendi paſcendiq́ concipiant Colum. lib. 7 cap 8.*
    - *Meridianum Requieſcendi. Varro ibid Circiter meridianos æſtus, dum deferueſcant, ſub umbriferas rupes & arbores patulas ſubijciunt, quòd refrigerato aëre ueſpertino rurſus paſcant ad ſolis occaſum.*
    - *Pomeridianum rurſus pabulandi & aquandi. Varro ibid. Ab occaſu, paruo interuallo interpoſito, ad bibendum appellunt & rurſus paſcunt, quoad contenebrauit: iterum enim tum iucunditas in herba redintegrauit.*
  - *Modus paſcendi. Nam ita paſcere pecus oportet, ut aduerſo ſole agat caput enim ouis maximè molle eſt: Varro. Ante meridiem grex in occidentem ſpectans agatur, & in eam partem progrediantur: poſt meridiem in orientem. Colum.*

C. *Intempera-*

- C. *Intemperatarum Zonarum paſtus*
  - *Libycus, totum menſem continuus eſt: quales non ſolùm in Libya ſunt Numidæ, ſed in Arabia, Parthia, Scythia, ut è Plinio cognoſces libris 4.5 6. Varro lib.2 cap.2. de longinquis paſtione: contrà illæ in ſaltibus quæ paſcuntur & à tectis abſunt longè portant ſecum crates aut retia, quibus in ſolitudine cohortes faciant, cæteráq; utenſilia. Longè enim & latè in diuerſis locis paſci ſolent, ut multa millia abſint ſæpè hybernæ paſtiones ab æſtiuis.*
  - *Scythicus, rariſſimus uel nullus potius eſt, propter aſſiduas niues & perpetua frigora.*

De Canibus.

- *Deſcriptis armētis & gregibus, utrorumq; cuſtodes Canes deſcribuntur: in quibus conſider.*
  - *Stirps. Canes enim è ſeminio & regione laudantur, Lacones, Epirotici & Salentini. Varro lib.2.cap 9.*
  - *Cibus. Varro ibid. Cibatus canis propior eſt hominis, quàm ouis: paſcitur enim è culina & oſſibus: nec non ita panis hordeaceus dandus, ut non potius eum in lacte des intritum, quòd eo conſueti cibo uti, à pecore non citò deſciſcunt.*
  - *Species. Eſt enim canis alius*
    - *Robuſtus, ut*
      - *Villaticus: quem Virgilius cuſtodiæ ſtabulorum præficit: quamuis laus iſta canum communis ſit. Columel lib. 7. cap. 12. Nunc ut exordio priore ſum pollicitus, de mutis cuſtodibus loquar: quanquam canis falſò dicitur mutus cuſtos: nam quis hominum clarius, aut tanta uociferatione beſtiam uel furem prædicat, quàm iſte latratu? quis famulus amantior domini? quis fideſior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis deniq; ultor aut uindex conſtantior? Plin. ſimiles laudes ac multò plures commemorat lib.8.cap.40.*
      - *Pecuarius ſeu paſtoralis, qui incurſus luporum & abigeorum caueat.*
      - *Venaticus. Plin. ibid. Sed in uenatu ſolertia & ſagacitas præcipua eſt, ſcrutatur ueſtigia atq; perſequitur: comitantem ad feram inquiſitorem loco retrahens, quamuis aquam tranſiliens ſe occultaſſet: quàm ſignificans demonſtratio eſt cauda primum, deinde roſtro?*
    - *Delicatus & blandus, quos à Melita Melitæos catulos appellari Callimachus autor eſt. Plin. lib. 4. cap. 26. Erant autem hi in delicijs fœminarum.*
  - *Morbus canum*
    - *Angina.*
    - *Podagra.*
    - *Rabies.*

De Corruptione animantium.

- *Expoſita eſt adhuc pecorū generatio & educatio, corruptio deinde è contrarijs malis ſequitur, ut è*
  - *Serpentibus: in quibus conſider.*
    - *Generatio In terreſtribus oua pariunt ſerpentes, excepta uipera, & incubant contecta in terra, annóq; ſequente excludunt. Plin. lib.10 cap.62.*
    - *Partes*
      - *Exuiæ Plin lib 8. cap 27. Anguis hyberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidúsq; uernat. Exuit autem à capite primùm, nec celerius, quàm uno die ac nocte replicans, ut extra fiat membrana, quod fuerat intus. Idem hyberna latebra uiſu obſcurato, marathro herbæ ſeſe affricans, oculos inungit ac refouet: ſi uerò ſquamæ obtorpuêre, ſpinis iuniperi ſe ſcabit.*
      - *Lingua. Linguæ ſerpentibus ſunt tenuiſſimæ & triſulcæ, uibrantes, atri coloris, etſi extra hac prælongæ. Plin. lib.11. cap.37. Triſulcæ autem ſunt trifidæ, id eſt, tres acies habentes & trifariam ſecantes.*
    - *Species.* A.
    - *Remedium.* B.
  - *Morbis.* C.

A. *Serpentium*

- **A.** *Serpentium ſpecies apud Virgilium ſunt*
  - *Chelydrus fumum emittens quà ſerpit.*
  - *Vipera, quæ impreſſo dentium repulſu uirus fundit in morſu. Mas autem caput inſerit in os fœminæ, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine: deinde eum parit, exterum catuli (uicenos enim parit) tarditatis impatientes perrumpunt latera, occiſa parente. Plin. lib. 10. cap. 62.*
  - *Hydrus ſeu natrix. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua uiuit: hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores. Plin. lib. 29. cap. 4. Palustrium uero ſerpentiumq́ue piſcis, hyberna deſtitutas uligine, cœno & fermentata colluuie uenenatas emittit. Columel. lib. 1. cap. 5.*
- **B.** *Remedium contra ſerpentes duplex, ex*
  - *Odore Cedri & Galbani. De cedro ſupra lib. 3. dictum eſt. Galbanum, ſuccus eſt eiuſdam herbæ, ferulæ ſimilis. lib. 12. cap. 25. Serpentes autem propè omni auſteritate fugantur & nocentes ſpiritus maxime fumi graueolentis exagitat. Grauiter galbanum uel ceruina cornua, radices liliij, capræ ungulæ. Hoc genere monſtra noxia prohibentur, ait Palladius lib. 1. tit. 35. Columella autem lib. 8. cap. 5. incenſo cornu ceruino, uel galbano, uel muliebri capilli odore ſerpentium peſtis fugatur.*
  - *Cæde. Cape ſaxa manu, cape robora paſtor, Tollentemq́ue minas & ſibila colla tumentem Deiice.*

De Moibis pecorum.

- **C.** *Secunda corruptionis cauſa eſt è triplici genere morborum,*
  - *Scabie, in qua conſider.*
    - *Cauſæ contrariæ duæ frigoris & caloris immodici quas Varro lib. 2. cap. 1. commemorat: ferè morborum cauſæ erunt, quod laborant propter æſtum, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem, aut contra propter nullam exercitationem, aut ſi cum exercueris ſtatim ſine interuallo cibum aut potionem dederis. Idem Columella lib. 7. cap. 5. Oues frequentius quàm ullum aliud animal, infeſtantur ſcabie: quæ ferè naſcitur (ut poëta noſter ait) cum frigidus imber Altius ad uiuum perſedit & horrida cano Bruma gelu: uel poſt tonſuram, ſi æſtiuum ſudorem mari uel flumine non abluas, ſi tonſum gregem patiaris ſyluestribus rubis ac ſpinis ſauciari, ſi ſtabulo utaris in quo mulæ aut equi, aut aſini ſteterunt: præcipuè tamen exiguitas cibi maciem, macies ſcabiem facit. Idem etiam ſigna adiungit: uitioſum locum pecudes, aut morſu ſcalpunt, aut cornu, uel ungula tundunt, aut arbori adfricant, parietibusq́ue detergunt.*
    - *Remedium ex oppoſitis cauſis, partim*
      - *Mitius ex*
        - *Aqua. Varro. Cum hic eſt morbus, ſæpè perfunditur aqua, & perungitur oleo & uino tepefacto.*
        - *Amurca.*
        - *Spuma argenti. Plin. lib. 33. cap. 6. Eſt feruescentis & ſe purgantis materiæ ſpuma uitium ut purgata ſcoria: cuius genera tria ſunt: chryſitis, argyritis, molybditis. Eſt autem uis eius ſiccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare explere, ulcerum tumores leuare.*
        - *Sulphure uiuo. Sulphuris genera ſunt 4. Viuum (quod Græci ἄπυρον uocant) naſcitur ſolidum, hoc glebosum. Eo ſolo ex omnibus generibus medici utuntur: cætera enim liquore conſtant, & conficiuntur olea incoctis: uiuum autem effoditur, tranſlucetq́ue & uiret. Plin. lib. 35. cap. 15.*
        - *Pice.*
        - *Cera.*
        - *Scylla: quæ ſpecies cepæ eſt à Varrone ſquilla dicta, ab Hippocrate ſcella.*
        - *Hellebore, de quo multa apud Plin. lib. 25. cap. 5.*
        - *Bitumine, de quo Plin. lib. 35. cap. 15.*
      - *Vltimum & ſummum ex ferro: ut ſcilicet ulcus aperiatur, cureturq́ue. Columel. lib. 6. cap. 11. & lib. 7. cap. 5.*
  - *Febri, cuius remedium ex*
    - *Sanguinis miſsione de talo uel inter duas ungulas. Columel. lib. 7. cap. 5.*
    - *Mutatione pabuli & aquationis.*
  - *Peſte. Vide* *

De Peſte.

- *In peſte duo conſider.*
  - *Deſcriptio ex*
    - *Cauſis, ut*
      - *Corruptione aëris, qua fit*
        - 1. *Stellarum contagione, ut Saturni & Martis.*
        - 2. *Solis eclipſi.*
        - 3. *Ventis, ut Auſtrinis diutius flantibus.*
      - *Anni parte morbifera, qualis eſt Autumnus, de cuius cauſa ſic eſt apud Ouidium:*
        - *Dum modò frigoribus premimur, modò ſoluimur æſtu,*
          Aëre non certo corpora languor habet.
      - *Corruptione alimentorum.*
    - *Effectis, quòd ſpecies animalium omnis hoc morbo intereant, ut*
      - *Victima.*
      - *Vituli.*
      - *Canes.*
      - *Sues.*
      - *Equi.*
      - *Boues.*
      - *Lupi, damæ, cerui.*
      - *Piſces, ut Phocæ.*
      - *Serpentes.*
      - *Aues.*
    - *Signis, ut ſunt morbi*
      - *Initio*
        - *Calor toto corpore.*
        - *Demiſſæ aures.*
        - *Sudor incertus.*
        - *Ariditas pellis.*
      - *Proceſſu*
        - *Ardentes oculi.*
        - *Spiritus difficilis.*
        - *Gemitus grauis.*
        - *Sanguis è naribus fluens.*
        - *Angina faucium.*
        - *Aſpera lingua.*
  - *Remedia duo*
    - 1. *Mutatio pabuli & aquationis. Hoc Columella lib. 7. cap. 5. unicè commendat. Si ægrotat uniuerſum pecus (ut & ante præcepimus & nunc, quod remur eſſe maximè ſalutare, iterum aſſeueramus in hoc caſu, quod eſt remedium præſentiſſimum) pabula mutemus & aquationes totius regionis, & alium quæramus ſtatum cœli, curemusq́; ſi ex calore, & æſtu concepta peſtis inuaſit, ut opaca rura: ſi inuaſit frigore, ut eligantur aprica.*
    - 2. *Inhumatio, tum*
      - *Gregis, peſte conſumpti: quia corium uellusq́; peſtiferum eſt.*
      - *Pecudis puſuloſæ. De quo remedio Columella dicto loco. Aegyptiæ gentis autor memorabilis Bolus Mendeſius, cuius commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, ſub nomine Democriti falsò produntur, cenſet propter hanc ſæpius ac diligenter ouium terga perſpicere, ut ſi fortè ſit in aliquo tale uitium deprehenſum, confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli, & uiuam pecudem, quæ fuerit puſuloſa reſupinam obruamus, patiamurq́; ſuper obrutam meare totũ gregem, quòd eo facto morbus propulſetur. Idem ibid. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam uocant paſtores: ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali morbo correpta eſt, uniuerſum gregem contagione proſternit, ſic quidem, quòd nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactũ excandeſcit. ſola tamen ea fomenta non aſpernatur lactis caprini: quod infuſum tantum ualet, ut & blandiatur igneam ſæuitiam, differat magis occidionem gregis, quàm prohibeat.*

DE APIBVS.

- IIII. Georg. conſid.
  - *Mel, id eſt,*
    - *Vnde conficiatur. Apes mella ex rore aëris, ſiderum exortu potiſſimum, & arcus cœleſtis incubitu contrahunt, ait Ariſtot. lib. 5. cap. 22. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit hoc, ait, ex aëre & maxime ſiderum exortu: præcipueq; ipſo Sirio exſplendeſcente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus. Itaq; cum prima aurora folia arborum, melle roſcida inueniuntur, ac ſi qui matutino ſub dio fuêre, unctas liquore veſtes, capillumq; concretum ſentiunt. ſiue ille eſt cœli ſudor, ſiue quædam ſiderũ ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuccus utinamq; eſſet, & purus ac liquidus, & ſuæ naturæ, qualis defluit primò. Nunc uerò è tanta cadens altitudine, multumq; dum uenit, ſordeſcens & obuio terræ halitu infectus: præterea è fronde & pabulis potus & in utriculos congeſtus apum (ore enim uomunt) ad hæc ſucco florum corruptus & alueis maceratus, toties q; mutatus, magnam tamen cœleſtis naturæ uoluptatem affert.*
    - *Genera Eſt enim aliud*
      - *Vernum.*
      - *Aeſtiuum: cuius generis eſt mel illud, quod horæum uocatur, à tempeſtiuitate præcipua, ipſo Sirio exſplendeſcente, poſt ſolſtitium diebus 30. ferè. Immenſa e. n. a hoc ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt, niſi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Namq; ab exortu ſideris cuiuſcumq;, ſed nobilium maximè, aut cœleſtis arcus, ſi non ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat ſolis radijs, medicamenta non melle gignuntur, oculis, ulceribus, interniſq; uiſceribus dona cœleſtia. Vide Plin. lib. 11. cap. 14. 15. 16.*
      - *Sylueſtre.*
  - *Apes: in quibus conſider.*
    - *Generatiu & educatiu, ubi conſider.*
      - *Subiecta, ut*
        - *Sedes ſeu ſubiectum apibus ſolum, quod Græcis eſt μελιττών, ἢ μελιττοτροφεῖον, Latinis apiarium, mellarium, aluearium. Eius deſcriptio eſt ex*
          - *Oppoſitis quæ nocent apibus, id. eoq; abeſſe debeãt, ut*
            - *Veneti u'm pabula uenti Ferre domum prohibent. Sic Palladius lib. 1. iubet apiarium in horti parte ſecreta cõſtitui, & aprica, & à uentis remota.*
            - *Pecora, ut oues, hœdi & boues. Inimicæ uerò ſunt etiam oues apibus, quia difficile ſe ab earum lanis explicant Plin lib. 11 cap 18.*
            - *Serpentes & lacerti picti terga id eſt, ſtelliones, qui lacertis ſimiles ſunt, tergo circulis quibuſdam depicti, lucentibus guttis, ad modum ſtellarum. Lacerti nominatim à Columella lib 9. cap. 7. & à Palladio lib. 1. inter hoſtes apum nominantur.*
            - *Aues, ut merops & hirundo. De merope Plin. lib. 10. cap 33 Nec uerò ijs minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere, Merops uocatur: genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori ſubrutilo, nidificat in ſpecu, ſex pedum foſſa altitudine. Ariſtot. lib 9 hiſtoriæ cap. 40 de merope idem dicit: qui ibidem inter hoſtes apum numerat ueſpas & auiculas, quas Parus uocãt: item hirundines & meropas ranas lutarias & rubetas Plin lib 11 cap. 18 addit crabrones, muliones è culicum genere.*
          - *Cauſis efficientibus. Vide ſignum **
        - *Alueus. A.*
      - *Paſta. B.*
      - *Adiuncta. C.*
    - *Corruptio ex oppoſitis malis. D.*

* *Secunda alueary deſcriptio eſt ex cauſis efficientibus, quæ apibus præbeant*

- *Potum, ut Aqua, quæ ſit*
  - *Pura. Apis nulla putidis aſsidet, nec utitur alio cibo quàm dulci: aquam etiam inde libentiſsimè hauriunt, quam ſynceri clariſsimiq́ fontes ſcaturiunt: Ariſtot. lib. 8. hiſtoriæ cap. 11. Diligenter habenda cura ut aqua ſit propinqua & pura quod ad melliſicium uehementer prodeſt: Varro lib 3. cap. 16. Sine aqua, neq̀ mella, neq́ fau, n q pulli d… figurari queunt: Columel. lib. 9. cap. 5. Sit autem tenuis, ne altitudine aſcendat duos, aut tres digitos. Varro ibid.*
  - *Ponticulis diſtincta, quò facilius apes aquentur & ſicentur ad ſolem: & ſic Varro iubet teſtas aut lapillos in aquam iacere ita ut extent paulum, ubi aſsidere & bibere aquas queant: quod Colum. lib. 9. cap. 5 repetit & Pallad. lib. 1.*
- *Pabulum, ut*
  - *Arbores, ut palma aut oleaſter.*
  - *Stirpes, ut*
    - *Caſia. Caſſam uulgus appellat.*
    - *Serpyllum. Serpoletum uulgus appellat.*
    - *Thymbra grauiter ſpirans. Sarrietam uulgus uocat: cui Columel. libro 9. cap. 4. tribuit ſecundam à thymo laudem: itemq́ Palladius lib. 1.*

De Alueo.

A. In alueo conſiderãda ſunt

- *Deſcriptio aluei ex*
  - *Materia duplici, cortice, ſcilicet arboris & uimine. Varro lib 3. cap 16. & Columel. lib. 9. cap. 6. addunt è ligno ferulæ, fimo, lateribus: ſubere etiam fictiles alueos faciũt: aptimas eſſe corticeas aiunt, deterrimas fictiles.*
  - *Forma: ut ſcilicet*
    - *Foramina ſiant parua, dextra ac ſiniſtra, in media aluo, in qua introeãt apes. Varro lib. 3 cap 16. Columel. lib 9. cap. 7. copioſius id exprimit. Nam frigus ignauiam creat, propter quod etiam foramina quibus exitus aut introitus datur, anguſtiſsima eſſe debent, ut quàm minimum frigoris admittant: eaq́ ſatis eſt ita fORari, ne poſsint capere plus unius apis incrementum. Sic nec uenenatus ſtellio, nec obſcœnum ſcarabæi uel papilionis genus lucifugaq́ blattæ, ut ait Maro, per laxiora ſpacia ianuæ, fauos populantur: atq; utiliſsimum eſt pro frequẽtia domicilij duos uel tres aditus in eodem operculo diſtantes inter ſe fieri contra fallaciam lacerti, qui uelut cuſtos ueſtibuli prodeuntibus inhians, apibus affert exitium: eaq́ pauciores intereunt, cum licet uitare peſtis obſidia per aliud euadentibus effugium.*
    - *Diligenter undiq́ oblinatur alueus Columel. lib. 9 cap 14. Quicquid deinde rimarum eſt aut foraminum, luto & fimo bubulo mixtis illinemus extrinſecus, nec niſi aditus quibus commeent, relinquantur.*
- *Ordo aluorum Varro. Eaſq́ aluos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, neúe inter ſe contingant, cum in ordinem ſint poſitæ: ſic interuallo interpoſito alterum & tertium ordinem infra faciunt. Columel. lib. 9. cap. 7. Debebit lapideus ſuggeſtus extendi per totum apiarium, in tres pedes altitudinis totidemq; craſſitudinis: iſq́ ſic extructus, diligenter opere tectorio leuigari, ita ne aſcenſus lacertis, aut anguibus aliiſúe noxijs animalibus præbeantur. Idem repetit Palladius.*
- *Contrariorum remotio, ut ſunt*
  - *Taxus nominatim uerò taxi repudiantur à Columel lib 9. cap. 4. Palladius item lib 1. abſint & herbæ, tithymallus, helleborum, ipſa abſinthium, cucumis agreſtis & omnis amaritudo conficiendæ aduerſa dulcedini.*
  - *Cancri aduſti. Ariſtot lib. 9. hiſtoriæ cap 40. Mundiſsimum omnium hoc animal eſt, quamobrem ſæpenumero cum aluũ eſt neceſsitas, auolant & in ſeceſſu reddunt excrementum: oderunt non ſolum fœdos odores, ſed etiam unguentorum delicias: ex quo ſit ut homines his delibutos percutiant. Idem Varro ait lib. 3 ca. 16. & Colum. lib. 9. cap. 5. & Plin. lib. 11. cap. 18.*
  - *Odor paluſtris cœni Pallad. lib. 1.*
  - *Caua rupes & argutæ ualles. Plin. lib 11 cap. 19. Inimica echo eſt ſono, qui pauidas alterno pulſat ictu Columel. Varro lib. 3. cap. 16. Pallad. lib. 1.*

De Melli-

De Mellificio, & examine.

B. In factis apum conſider.

- **Opificiũ ſeu mellificiũ: in quo cõſider.**
  - *Tempus.* Apes quieſcunt & latent à Vergiliarum occaſu, nec ante fabas florentes exeunt ad opera & labores. Ariſtot. lib. 8. hiſtor. cap. 14. Plin. lib. 11. cap. 6.
  - *Ordo naturæ: de quo*
    - *Plin lib 11. ca. 6.*
      - 1. Fauos conſtruunt & ceram fingunt, id eſt, domos cellaſq; faciũt. In mellificio aũt fundamentũ quadruplex eſt:
        - 1. Eſt commoſis, cruſta nigra, ſaporis amari: unde primum exordium.
        - 2. Eſt piſſoceros, picantiũ modo ceu dilutior Gt. Xanerris picarum ceterum: it fit ex lacrymis arborum quæ glutinum pariunt, ut ſalicis, ulmi, arundinis: ſucco gummi, reſina.
        - 3. Propolis, craſsioris iam materiæ, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum.
        - 4. Fauus, qui fingitur multiplicatus è cera. Erithace uel ſandaraca, uel cerinthus apum cibus, dum operantur, amari ſaporis, quo fauí externi inter ſe conglutinantur. Ariſtotel. lib. 9. hiſtor. cap 40. Varro lib 3. cap 16. Plinius libro 11. capite 7.
      - 2. Sobolem. } faciunt.
      - 3. Mella. }
    - *Ariſtot lib. 5. hiſtor. cap 22.*
      - 1. Fauos conficiunt & conſtruunt è floribus. Ceram fingunt ex lacrymis arborum.
      - 2. Fauum collocant: more emittentes ſuo ut ijs placet, qui confert aliunde prolis primordia colunt ubi.
      - 3. Cibi cauſa mellificant tam æſtate quàm autumno: ſed melius mel autumnale eſt. Mella ex rore aëris, ſyderum exortu potiſſimum & arcus cœleſtis incubitu contrahunt. Omnino ante Vergiliarum exortum mel nullum fit.
- **Examinis**
  - *Tempus.* Tunc uniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus ſit: prædiuinant enim uentos imbreſq; & tunc ſe continent tectis. Itaq; temperie cœli (hanc enim inter præſtita habent) prorumpunt Plin. lib. 11. cap. 10. Ariſtot lib 9. hiſtor. cap 40.
  - *Diſceſſus & migratio: ubi conſideran.*
    - Indicia & ſigna diſceſsũ: euident. Varro: Cum examen exiturum eſt (quod fieri ſolet cum adnatæ ſunt multæ ac progenies ueteres emittere uolunt in coloniam) duo ſolent præire ſigna:
      - Vnum quòd ſuperioribus diebus, maximè ueſpertinis, multæ ante foramen, ut uuæ, aliæ ex alijs pendent conglobatæ.
      - Alterum quòd cum iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant uehementer: proinde ut milites faciũt, cum caſtra mouent Plin lib. 11. ca. 10. Cum migrandum eſt, uox ſolitaria & peculiaris quadam aliquot ante diebus intus mittitur & biduo aut triduo paucæ circum aluum uolant. Collectæ iam auolant & per ſingulos reges diuiduntur: & ſi forte paucæ prope multas conſiſtunt, concedunt paucæ copiæ ad plures, ac regem quem reliquerint, ſi ſequatur, interimunt.
  - *Retentio per*
    - *Sapores*
      - Apiaſtri quod alij μελισσόφυλλον, alij μελίττιον φύλλον, quidam μελίαιναν appellant. Varro lib. 3. cap. 16. Vulgus meliſſam uocat.
      - Cerinthæ, quam herbam uulgus Francicum, Paquettam dicit.
    - Muſicam. Ariſtot lib 9. hiſtor. cap. 40. Tinnitu æris aut fictilis conuocari apes in aluum aiunt, quanquam incertũ eſt an audiant, & id faciant uel
      - Voluptate. Varro uoluptatis cauſam uidetur ſequi: ſicuti & Plinius, qui ex eo contra Ariſtotelis dubitationem, auditus ſenſum apibus tribuit lib. 11. cap. 20.
      - Formidine & terrore. Columella lib 9. ca. 8. terrorem ſequitur.
- **Contentio.** Vide ſignum *
- **Expatiatio.** Vide ſignum †

De Contentione apum, & earum pacificatione.

In Contentione & pugna apum conſid. contentionis

- *Cauſa ē diſcordia regum. Hic Homericum illud cernitur, [illegible]. Item illud Lucani: Nulla fides regni ſocijs. Reges autem ſex, aut ſeptem generantur, ait Ariſtot. lib. 5. hiſtor. cap. 21. Apes autem multis de cauſis & inter ſe unius examinis ſociæ & cum alijs præliantur. de quo Ariſtot. lib. 9. hiſtor. cap. 40. Flagrant odio breues contra longas, eaſq́ alueis pellere conantur: quæ in pugna ſi illæ uicerint, optimum ita fore examen putatur: ſed ſi hæ ſolæ remanſerint, otioſæ uiuunt, & nihil boni integrè faciunt: pereunt etiam ipſæ antequam Autumnus ſit. Student bonæ apes quoad fieri poteſt, ne quàm intra alueum interimant, & ſi quæ interierit intus, ſtatim foras eã deuer educunt. Quæ autem fures uocantur, & ſuos inuicem fauos offendunt, & alienos, ſi lateant, ſubeunt ſed ſi capiantur, capite puniuntur: nec facile, aut latère, aut effugere poſſunt: ſunt enim in quoq́ aditu cuſtodes, & ſi quando fur ipſe ſurripere ingreſſum potuerit, adeò in ſatietatem ſe pleiur, ut nequeat euolare ſed ante alueum uolutetur. Itaq́ fuga perquam difficilis eſt. Apes uocant uel maxima animalia ictu ſui aculei. Iam equus occiſus ab apibus eſt, ſed principes minimè irritantur & feriunt. Plin. lib. 11. cap. 17. Quòd ſi defecerit alicuius alui cibus impetum in proximas faciunt rapinæ propoſito: at illæ contra dirigunt aciem, & ſi cuſtos adſit, alterutra pars quem ſuis fauere ſenſit, non appetit eum. Ex alijs quoq́ ſæpè dimicant cauſis, eaſq́ acies contrarias duo imperatores inſtruũt, maximè rixa in conuehendis floribus exorta, & ſuos quibuſq́ euocantibus.*
- *Signa ex*
  - *Bombo. Hunc igitur morem & apes habent, ait. Ariſtot lib. 9. hiſtor cap 40. tempore matutino omnes ſilent, donec una gemino aut triplici bombo excitet omnes tum uniuerſæ ad opus prouolant cumq́ redierint, primum item tumultuantur, paulatimq́ minus ſubinde ſtrepunt, dum una circumuolitando inſonet. quaſi dormiendum præcipiat: tum repentè omnes conticeſcunt. Quod à Varrone repetitur, & Plin. lib. 11. cap. 10.*
  - *Armorum apparatu. Binas pennas utroq́ ſui corporis latere gerunt. Ariſtot. lib 4. de partib. animal cap 6. Aculeo etiam omnes armantur, ait idem lib. 3. de generat. cap. 10. & lib. 4. cap 6.*
- *Pacificatio & mitigatio per*
  - *Iactum pulueris: hæc cauſa communis etiam eſt ad terrendum, non tantum ad mitigandum. Columella lib. 9. cap 9. Pugna quidem uel unius inter ſe diſſidentis, uel duorum examinum diſcordantium facilè cõpeſcitur, uel iactu pulueris, uel muſſo paſſo, aut alio quouis liquore ſimili conſperſo. uidelicet familiari dulcedine ſæuientium iras mitigante. Nam eadem mirè etiam diſſidentes reges conciliant: ſunt enim ſæpè plures unius populi duces, & quaſi procerum ſeditione, plebs in partes diducitur. Quod frequenter fieri prohibendum eſt, quoniam inteſtino bello totæ gentes conſumuntur: duces igitur ſeditionum interficere curabis. Quod ſi agmen glomeratum in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animaduertito an totum examen in ſpeciem unius uuæ dependeat: idq́ ſignum erit aut unum regem in eſſe, aut certè plures bona fide reconciliatos: quos ſic patieris, dum in ſuum euolent domicilium. Sin autem duobus uel compluribus uelut uberibus diductum fuerit examen, ne dubitaueris & plures proceres & adhuc iratos eſſe. Itaq́ ſucco meliſſophylli uel apiaſtri manu illita, ut ad tactum effugiant, leuiter inſeres digitos & diductas apes ſcrutaberis, donec autorem pugnæ, quem elidere debes, reperias. Idem Varro ſcribit, & Plin. lib. 11. cap. 17.*
  - *Regis nequioris cædem. Vide ſignum* ☞

☞ *Duo ſunt*

- *Duo ſunt genera*
  - *Regum:*
    - *Vnum melius, ardens maculis auro ſqualentibus*
    - *Alterum deterius, horridum deſidia, & inglorium, lato aluo.*
    - *De his regibus Colum lib. 9. cap. 10. Sunt autem ij reges maiores paulò & oblongi magis, quàm cæteræ apes, rectioribus cruribus, ſed minus amplis pinnis, pulchri coloris & nitidi, leuesq; ac ſine pilo, ſine ſpiculo: niſi quis fortè plenio. rem quaſi capillum, quem in uentre gerunt, aculeū putet: quo & ipſo tamen ad nocendum non utuntur. Quidam etiam uſuſci atq; hirſuti reperiuntur: quorum pro habitu damnabis ingenium. Quæ ferè ad uerbum repetit Palladius in Iunio. Vide etiam Plinium lib. 11 cap. 16.*
  - *Apum inferiorū*
    - *Vnum melius, ardens auro & fulgore coruſcans. Columella hic Vergilij uelut interpres, apes cum Virgilio probat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro & paribus lita corpora guttis, breues, uarias & in rotunditatem compactiles, optimas ait eſſe: deteriores autem quibus ſimilitudo ueſparum: etiamnum deterrimas ex his piloſas.*
    - *Alterum deterius & turpe. Ariſtoteles tamen lib. 9. hiſtor. cap. 40. uidetur turpes illas præponere, cum ait, Minores officioſiores ſunt maioribus pennæ his detritæ, color niger dorſum repandum: illæ nitidæ uenuſtæq; ſunt, more otioſarum mulierum. Et ibidem: Syluestres, horridiores aſpectu & iracundiores & minores, ſed opere ac labore præſtantiores. Quod Plinius nominatim ſecutus eſt.*

De fuga & expatiatione apum cohibenda.

- † *Plinius lib. 11. cap. 20. Effecto opere, deducto ſœtu, functa munere omni, exercitationem tum ſolennē habent apes, ſpatiataeq; in aperto & in altum datæ gyris uolatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Hæc ergo apum fuga coërcetur triplici remedio:*
  1. *Si alæ regibus excisæ ſunt. Non illis quiſquam cunctantibus altum Ire iter, aut caſtris audebit uellere ſigna Colum. lib. 9. cap. 19. Qui tamen & ipſe ſpoliandus eſt alis, ne ſæpius cum examine ſuo conatur eruptione facta profugere. Nam uelut quadam compede retinebimus erronem ducem detractis alis: qui fugæ deſtitutus præſidio, finem regni non audebit excedere: propter quod ne ditionis quidem ſuæ populo permittit longius euagari: Quod Palladius in Iunio repetit & Plinius lib. 11. cap. 17. Alæ autem excisæ non poſſunt renaſci, ait Ariſtot. lib. 3. hiſtor. cap. 12.*
  2. *Si ſtercus primogeniti uituli allinatur oribus uaſculorum Pallad. lib. 1.*
  3. *E ſuauitate florum & foliorum ex plantis & arboribus apiarijs, quibus horti excoluntur: quarum ſpecies*
     - *Sex iam expoſitæ ſunt, caſiæ, ſerpylli, thymbræ, uiolæ, meliſſophyli, cerinthæ.*
     - *Nouendecim deinceps aliæ à Virgilio proponuntur ut ſunt*
       - *Thymus. Varro ait thymum ad mellificium aptiſſimum eſſe. Vide Columel. lib. 9 cap. 4. Plinius libro 1. cap. 15.*
       - *Intybum ſeu cichorium, uulgò endiuia. Plin. lib. 19. & 20. cap. 8.*
       - *Apium, Græcè ſelinum. Vide Plinium libro 19. capite 7.*
       - *Cucumis. Plin. lib. 19. cap. 5.*
       - *Narciſſus,*
       - *Acanthus, uulgo branca urſina uel barcina.*
       - *Hedera. Colum. lib. 9 cap. 4.*
       - *Myrtus.*
       - *Olus.*
       - *Lilia.*
       - *Verbenæ, Plinio uerbenaca, hierobotane libro 25 capite 9.*
       - *Papauer.*
       - *Roſa.*
       - *Tilia. Colum. lib. 9 cap. 4. Plin. lib. 11. cap. 13.*
       - *Pinus.*
       - *Vlmus.*
       - *Pyrus.*
       - *Spinus.*
       - *Platanus.*

De Natura apum, & imaginibus uirtutum, quæ in apibus ſunt expreſſæ.

- **C. In Adiũctis apũ. cõſider. ſunt**
  - **Simulacra uirtutũ, quibus natura apum continetur: ut ſunt**
    - **Prudentia**
      - *Politica: εἰσὶ ſῶα ἀγελαῖα, ut ait Ariſt. 1. Polit. Habent enim cõmunes natos, communia tecta, communes leges, communem patriam. Qualis communio à Socrate fingitur quinto de Rep. Varro: Hæ, ut hominum ciuitates: quòd hîc eſt & rex, & imperium, & ſocietas. Ariſtoteli autem lib. 1. hiſtor. ca. 1. ciuiles animantes ſunt, quæ laborem communem habent & quarum labor commune efficiunt opera, ut homo, apis, ueſpa, formica, grus.*
      - **Oeconomica in communi**
        - *Labore MS Venturæ memores hyemis, æſtate laborem. Experiuntur. Hîc igitur diuerſa officia ſunt*
          - *Seniorũ. Grandæuis oppida curæ: quarũ pars*
            - *Intra ſepta domorum ſunt: quarum*
              - *1. Aliæ. Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaces Suſpendunt ceras & fingunt dædala tecta. Quantum uerò hîc artificium ſit, copioſè exponit Ariſtot. lib. 9. hiſtor. cap. 40. & Plinius lib. 11. cap 10. & 11 ubi ſic ait: Domos primùm plebeis exædificant, deinde regibus. Si ſperatur largior prouentus, adijciuntur contubernia & fucis. Hæ cellarum minimæ, ſed ipſi maiores apibus. Regias imperatoribus futuris in ima parte aluei extruunt amplas, magnificas, ſeparatas, tuberculo eminentes. Sexangulæ omnes cellæ, a ſingulorum eæ pedum opere.*
              - *2. Aliæ ſpem gentis adultos. Educunt fœtus: qui primò uermiculi ſunt (excepto rege, qui penniger naſcitur) tum nymphæ, tandem ruptis membranis, ouorum modo examen emergit. Fœtus autem peragitur intra quadrageſimũ diem. Spectatum hoc Romæ, conſularis cuiuſdam ſuburbano, aluis cornu laternæ tranſlucido factis. Vide Plin. lib. 11. cap. 16.*
              - *3. Aliæ puriſſima mella Stipant.*
            - *Ad portas cuſtodiã ſortitæ ſunt: & aut*
              - *Speculantur aquas & nubila cœli Apes prædiuinãt uentos & imbres, ut Ariſtot. in hiſtoria & Plinius lib. 11. capite 10.*
              - *Onera accipiunt uenientium. Apes ſeniores ternæ aut quaternæ gerulas iuuenes excipiunt atq; exonerant. Plin. lib. 11 cap 10.*
              - *Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Ariſtot. lib 9. hiſtor cap. 40. ait apes atroſat & minus pareas à cæteris tolli. Plin. lib 11 cap 11. & 17. Cum mella cœperunt matureſcere, fucos abigunt, & multæ ſingulos egreſſæ trucidant. Plin. lib 11. cap 11. fucos ſic definit. Sunt autem fuci ſine aculeo uelut imperfectæ apes, noviſsimæq; à feſſis & iam emeritis inchoatæ: ſerotinus fœtus & quaſi ſeruitia uerarum apum. Quamobrem imperant iis, primoſq; in opera propellunt: tardantes, ſine clementia puniunt.*
          - *Iuniorum: quæ gerulæ dicuntur & foris officium faciunt. Ariſt. lib. 9. hiſtor. cap. 40. Ceram apes perrepando flores capiunt priorum acumine pedum: mox priores in medios abſtergunt, & medios in blæſa poſteriorum: atq; ita onuſtæ diſcedunt. Et quidem grauari plerunq; onere cernuntur, quoties redeunt: mox apibus, ne florum plura genera petant, uno eodemq; profectu, ſed ſingulis ſingula. Verbi gratia, à uiola ad uiolam aduolant, nec aliud attingunt, quouſq; ſuum in alueum redeant. Contra uentos ſe librant lapillis. Plin. lib. 11. cap. 10.*
        - *Quiete. Omnibus una quies operum: labor omnibus unus.*
    - *Temperantia. α.*
    - *Iuſtitia. β.*
    - *Fortitudo. γ.*
  - *Mellatio. δ.*

α. *Temperantia & caſtitas apum eſt mira, quæ ſine concubitu fœtus producunt: Hic conſid. eius generationis*

- *Modus. Ariſtot. lib. 5 cap. 22. tanquam è floribus ſemen generis acceptum, in cellas retulerunt, ſic ait: Fœtu poſito, incubant autũ more: excluſus inde uermiculus dum paruus eſt, iacet in fauo obliquus: poſt deinde ſua ipſe facultate ſe erigit: cibumq́ capit & fauo ita adhæret, ut retineri uideatur. Primordium regum colore cernitur fuluo: nec primum ex eo uermiculus gignitur, ſed ſtatim apis. Si quis capita uermiculis demat, priuſquam pennas habeant, pro pabulo apibus ſunt. De quo iterum, ſed breuius lib. 9 ca 40.*
  - *Columella lib. 9. cap. 2. hanc quæſtionem, ut ſubtiliorem, præterit, tanquam ad agricolas non pertineat, utrum examina ut cætera animalia concubitu ſobolem procreent, an heredem generis ſui floribus eligant (quod affirmat Maro) & utrum euomant liquorem mellis, an alia parte reddant. Hæc enim & his ſimilia, magis ſcrutantium rerum naturæ latebras, quàm ruſticorum eſt inquirere. Studioſis quoque literarum gratiora ſunt iſta in otio legentibus, quàm negotioſis agricolis, quoniam neque in opere, neque in re familiari quicquam iuuant.*
  - *Plinius lib. 11. cap 16. diligentiam Ariſtotelis imitari uoluit: quem uide.*
- *Finis, ut tanta diligentia animal perpetuari poſſit, cum alioqui ætas eius breuiſſima ſit. Nam ut Ariſtotel. lib. 5. hiſtor cap 22 Vita apum, anni ſex: nonnullæ etiam ſeptem poſſunt complere: quòd ſi examen nouem aut decem annos durauerit, proſperè actum eſſe exiſtimatur. Idem Columel lib. 9. cap. 3. & Plin. lib. 11. cap. 20.*

β. *Iuſtitia apum eſt in obſeruantia ipſarũ erga regẽ: cuius obſeruantiæ*

- *Nota & effectus ſunt*
  - *Concordia ex regis incolumitate. Nam ut Virgil. ait: rege incolumi, mens omnib' una eſt: Amiſſo, rupère fidem.*
  - *Aſſectatio & cuſtodia. Illum admirantur & omnes. Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq́ frequentes. Plinius lib 11. cap. 17. Mira plebi circa eum obedientia. Cum procedit, unà eſt: totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit, ſimilis exhortanti, ſolus immunis: circa eum ſatellites quidam lictoreſq́ aſſidue cuſtodientes autoritatem. Cum proceſſere, ſe quæq́ proximam illi cupit eſſe & in officio conſpici gaudet.*
  - *Succollatio Plinius ibidem. Feſſum humeris ſublevant: ualidius fatigatum ex toto portant: ſi qua laſſata defecit, aut fortè aberrauit, odore proſequuntur: ubicunq́ ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt. Varro idem ait lib. 3. cap 16.*
  - *Propugnatio. Nam pro rege ſuo corpora bello obiectant.*
  - *Dolor ob amiſſum regem, de quo Plin lib 11. cap. 18.*
- *Cauſam Ariſtoteles refert non ad ullam regiæ maieſtatis reuerentiam, ſed ad phyſicam prolis rationem, quòd illum tanquam matrem, non tanquam ducem ſequantur: lib 3. de generat. cap. 10. Idem ait Plin. lib. 11. cap. 16.*

γ. *Fortitudo apum eſt, quòd (ut ait Virgilius) corpora bello Obiectant, pulchramq́ petunt per uulnera mortem.*

De Mellatione.

Δ. *In mellatione ſeu mellificatione, hoc eſt, exemptione mellis conſideranda ſunt*

- *Inſtrumenta ex Columel. lib. 9. ca. 15.*
  - *Alterum oblongum ex utraq́ parte, acie lato & capite ſcalpratum ad deſecandum fauos & eradendum, & attrahendum.*
  - *Alterum primo fronte planum, quò melius faui ſuccidantur.*
- *Signa eximendorum fauorum, cum, ſcilicet plenæ alui ſunt, & apes intus faciunt bombum: & fauorum foramina obducta uidentur mellis membranis. In eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere, decimam relinquere: quod ſi omne eximat, fore ut diſcedant. Varro lib. 3. cap. 16.*
- *Modus eximendi. Vide **
- *Tempora eximendi. Vide. †*

* *Modus eximendi fauos eſt quòd aquæ prius guttatim ſpargendæ ſunt, ut apibus pluuia uideatur: deinde ubi à poſteriore parte nullum ueſtibulum, patefactum habueris aluare, fumum admouebimus factum galbano uel arido fimo: quo ad apes promotæ, ipſæ confeſtim nidoris impatientes, in priorem partem domicilij, & interdum extra ueſtibulum ſe conferunt. Columel. libro 9. capite 15. Plinius idem libro 11. capite 16. cum eximuntur mella, apes abigi fumo utiliſsimum, ne iraſcantur, aut ipſæ auidè uorent.*

† *Tempora eximendorum fauorum ſunt*
- *Duo, ſecundùm Virgilium & Ariſtotelem lib. 9. hiſtor. cap 40. nimirum*
  - *Ver.*
  - *Autumnus.*
- *Tria ſecundum*
  - *Varronem libro 3. capite 16.*
    - *Primum Vergiliarum exortu.*
    - *Secundum æſtate acta, antequam totus exoriatur Arcturus.*
    - *Tertium poſt Vergiliarum occaſum.*
  - *Plinium lib. 11. ca. 14. & 16.*
    - *Primum menſe Maij, 30. diebus ab eduo examine*
    - *Secundum æſtiuî uel horæi mellis, 30. diebus poſt ſolſtitium*
    - *Tertium idibus Nouembris.*

De Corruptione apum.

D. Adhuc de Apibus dicta ferè ſunt cauſæ, facta, ſubiecta, adiuncta: ſequuntur oppoſita mala. Amittuntur autem & pereunt apes uel
- *Ex parte*
  - *1. Aculeis infixis. De quo ſic Ariſtot lib. 9 cap. 40. Intereunt quæ percuſſerint, quoniam ſine inteſtini eruptione aculeus eximi non poteſt, niſi aculeus infixus iunctus cum aluo eximgatur: alioqui apis interit. Necât uel maxima animalia ictu ſui aculei. Iam equus occiſus ab apibus eſt. Sed principes minimè irritantur uel feriunt. Plinius idem repetit lib. 11 cap 18.*
  - *2. Mellis inopia, cuius*
    - *Cauſa eſt è uarijs prædonibus, ut ſunt*
      - *Stellio, de quo & eiuſmodi apum hoſtibus Columel. lib. 9. cap 7. Sic nec uenenatus ſtellio, nec obſcœnâ ſcarabæi uel papilionis genus, lucifugæ blattæ per laxiora ſpatia ianuæ fauos populantur.*
      - *Blattæ lucifugæ, quæ, ut tineæ, libris quoq; inimicæ ſunt.*
      - *Fucus, qui fauos & per ſe & cum apibus ſugit: incubat etiam pullos, ſed mellis nihil aut parum facit: ut Ariſt lib 9 hiſtor.*
      - *Crabro, cuius ictus haud temerè ſine febri eſt. Auctores ſunt ter nouenis punctis interfici hominem Plin lib 11. cap 21.*
      - *Tinea, uermiculi naſcentes è ſitu & putredine, inimici lib. 11 Columel. uide lib. 9 cap 14.*
      - *Aranea Plinius lib. 11. cap 19. Aranei quoq; uel maximè hoſtiles cum præualuêre ut intexant, enecant aluos.*
      - *Papiliones. Plin. ibid. Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus. luminibus accenſis aduolitans, peſtifer, nec uno modo Nam & ipſe ceras depaſcitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur.*
    - *Remedia ſunt ex*
      - *Alimento*
        - *Tertiæ mellationis de qua ſic Varro: Si fœcunda ſit aluus, ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquũ hyemationi relinquatur. Quod idem Plin. lib. 11. cap. 16. repetit.*
        - *Occiſarum auium & alueis incluſarum, exemplis interaneis. Colum. lib 9. cap. 14.*
      - *Suffumigatione. Varro: Verno tempore & æſtiuo ferè ter in menſe mellarius inſpicere debet fumigans leuiter eas Colum lib. 9. cap. 13.*
      - *Remotione aluorum uitioſorum.* ——
      - *Refrigeratione aquæ rigoris recentiſsimi.* } *Colum ibidem & Varro.*
      - *Cibarijs ficorum pinguiũ & aquæ mulſæ.*
  - *3. Morbis. α.*
- *Penitus. β.*

De Morbis

De Morbis apum.

a. Tertium malum apibus oppoſitum eſt è morbis in quibus conſider.

- *Cauſæ de quibus ſic Varro: Cum ſunt apes morbidæ: propter primores uernos paſtus, qui ex floribus nucis Græcæ & cornu fiunt, cæ'tacæ fiunt atq; urina pota reficiuntur. Quod idem Columella lib. 9. cap. 13. repetit: Maximus autem annus earum labor eſt initio ueris, quo tithymalli flores frutex & qui ſameram ulmus promunt. Nanq; ſicut nouis pomis ita his primitiuis floribus illectæ auidèueſcuntur poſt hybernam famem, nil alioquin citra ſatietatem tali nocente cibo: quo cum ſe affatim repleuerint, profluuio alui (niſi celeriter ſuccurritur) intereunt. Nam & tithymallus maiorum quoq; animalium uentrem ſoluit, & propriè ulmus apium. Columella his uerbis aliam morbi ſpeciem definit, quàm Varro. Cœliacus enim morbus, eſt inteſtinorum uel portæ inferioris & extremi uentriculi ſtomachi, qui pylorus Græcis dicitur. Vide de eodem morbo Plin. lib. 11. cap. 18.*
- *Signa ſex, ut ſunt*
  - 1. Color.
  - 2. *Macies horrida.*
  - 3. *Cum defunctas progerũt, funerantiũq; more exequias comitantur.*
  - 4. *Cum pedibus connexæ ad limina pendent.*
  - 5. *Cum intra tecta mœſto ſilentio torpent.*
  - 6. *Sonus grauior & ſuſurrans.*

  Vide de his Varronem, Plinium lib 11 cap. 18 Columellam cap. 13. Ariſtotelem lib. 9. hiſtoriæ cap. 40.
- *Remedia nouem: de quibus Columel. etiã cap 13. Sunt autem hæc:*
  - *Galbanum. Columel. cap. 13. Galbanum, ut eius odore medicentur, incendi cõuenit, paſſo'q; & defrutu uetere feſſas ſuſtinere.*
  - *Mella arundineis canalibus illata. Columel. ibidem. Idem cum accidit, arundineis infuſi canalibus offeruntur cibi, maximè decocti mellis, & tum galla uel arida roſa detriti.*
  - *Gallæ tunſæ ſapor.*
  - *Roſæ arentes.*
  - *Defrutum: uinum incoctum uſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Plinius libro 14. capite 92.*
  - *Pſythia.*
  - *Thymum.*
  - *Centaurea uel centaurium: herba eſt, Latinis fel terræ dicta, eáq; aut maior, aut minor.*
  - *Amellus: qui plenè à Virgilio deſcribitur, herba pratenſis, uarijs caulibus ab una radice, flore aureo. folijs multis & purpureis, coronaria, ſapore aſpera: ſic malus Punica libro 2 de plenè deſcripta eſt. Huius herbæ Columella meminit lib. 9 cap. 4. inter paſtiones apum: Mille præterea ſemina uel crudo ceſpite uirentia uel ſubacta ſulco. flores amœniſſimos apibus creant, ut ſunt in irriguo ſolo frutices Amelli. Et idem cap 13. Optimè autem facit Amelli radix, cuius eſt frutex luteus, purpureus flos: ea cum uetere Amineo uino decocta exprimitur: & ita liquatus eius ſuccus datur. Quidam putant hanc herbam eſſe Chamæmelum, alij chelidonium minus, quia habeat flores aurei ſplendoris, & in folijs purpureas maculas. Tu conſiderato & uires, non colores tantum comparato.*

De Reparatione apum.

- *Inſtauratio è putrefacto uituli ſanguine. De qua Varro ita: Apes naſcuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Columella quæſtionem hanc præterit lib. 9. cap. 14 & 15. Plinius lib. 11. cap. 20.*
- *β. In Apibus penitus amiſſis, conſiderād.*
  - *Fabula Ariſtæi, in qua Virgilius plane Platonicus eſt & oracula Logica fundit. Eſt enim hæc fabula nihil aliud, niſi Methodi cōprehenſio poëtica, de Artium omnium*
    - *Inuentione, quæ fit per inductionem ſingularium & indiuiduorum per ſubalternas differentias ad generaliſsimum finem aſcendendo, ut docet Ariſtot. lib. 2. Poſter. ca. ultimo. Inuentionis autē principia ſeu cauſæ ſunt*
      - *I. Deus. Sic Plato in Philebo methodum uocat donum deorū: & Virgilius: Quis deus hanc nobis excudit artem?*
      - *II.*
        - *Senſus (αἴσθησις) incitatus per neceſsitatem humanarum rerum, quæ omnium artium inuentrix prima à quibuſdam ſtatuitur. Hunc ſenſum Ariſtæus repræſentat, qui φαντασίαν, id eſt uirtutem imaginatricem excitat, quæ res ſenſiles à corporibus primò abſtrahit.*
        - *Intellectus ſeu ratio (λόγος) quam Cyrene refert, circa quam nymphæ, id eſt, notiones diuinitus infuſæ & ſenſilib. ſimulachris implicatæ: inter quas Clymene narrat Vulcani & Martis dolos, id eſt, diſcordia rerum ſemina & ignem methodicum: item amores è chao ortos, id eſt, amorem Platonicum qui infinitam confuſionem & ἀπειρίαν, in finitatē & πέρας colligeret. Hæc Cyrene, id eſt, Ratio*
          - *1. Excitatur per ſororem Arethuſam, id eſt, φρόνησιν, ut in inueſtiganda rerum natura auxilium ferat.*
          - *2. Luſtrat abſtractas phantaſiā notiones & in naturæ penetralia penitus introducit. Hic διάνοια ſeu diſcurſus eſt*
            - *1. Confuſior: Curuata in montis faciem circumſtat unda. Hic motus aquarū, primæ diſcurſionis rudimenta ſignificat, à ſenſu & intellectu excitata, penitus obſcura, & ſecundum alteram partem indefinita.*
            - *2. Purior. Nam poſt quam eſt in thalami tecta peruentum:*
              - *1. Liquidos dāt manibus fontes .i. animi purificatio maior ſequitur.*
              - *2. Oceanum (qui à celeritate dicitur) inuocāt, id eſt, mentem rationalem. ὠκὺ ὁρᾶν.*
              - *3. Lux, id eſt, ſumma uis rationis paulatim erūpit.*
          - *3. Mittit nos ad Proteum, ſummū rationis numē, hoc eſt, ad Methodū: Hic Proteus methodicus*
            - *1. Habitat in uaſto gurgite multorū piſciū, id eſt, ſenſiles ſpecies per imaginationem & notiones per intellectum tranſmiſſæ, ſunt illi ſubiectæ.*
            - *2. Nouit omnia, præſentia, præterita & futura.*
            - *3. Vinculis eſt capiendus. Methodus enim artium uinculum eſt ut Plato in Philebo ait. Vinculis ergo captus, expedit rerum*
              - *Cauſas.*
              - *Euētus.*
            - *4. Sophiſmata & dolos inanes frangit, cum luce ſua ſol medios accenderit æſtus.*
            - *5. Difficilis eſt ut Plato quoq; in Philebo ait. Variæ enim ſpecies illudūt: ſed quò maior rerum multitudo eſt, eò magis contendenda ſunt uincula, donec totus ordo quàm maximè conſtans uideatur, ne uno aut altero poſito, aliud abſurdum ſequatur.*
        - *Experientia (ἐμπειρία) quæ ſenſu incitata & ratiocinatione inſtructa, cauſas & effectus inquirit & uniuerſalia decreta conſtituit. Sic Ariſtæus*
          - *Antrum Protei id eſt, experientiam adit: ubi à Cyrene, id eſt, intellectu relinquitur: quia ratio ſine uſu & experientia nil ualet.*
          - *Proteo uinculis inicit & humanam uocem edere cogit: experientia enim homo eſt, & animal perfectum. præcepta ſine uſu monſtroſa ſunt.*
    - *Diſpoſitione, quæ fit à generaliſsimo fine per ſubalternas differentias ad ſpecialiſsima & indiuidua deſcendendo. Sic Proteus Ariſtæo explicat cauſas, apum*
      - *Amiſsionis, ſcilicet iram diuinam.*
      - *Reparationis, numerū*
        - *Placationem Dei.*
        - *Putrefactionem uituli.*

Finis Phyſicæ.

PETRI RAMI
ETHICA,

SEV

Liber de Moribus Gallorum & Germanorum ueterum.

Lectori S.

INnullo Latino ſcriptore uetuſtiore, Germaniæ & Galliæ honorificentior mentio, & fortitudinis bellicæ, aliarumq́ꝫ uirtutum, quæ in maioribus noſtris fulſerunt, magnificentior celebratio extat, quàm in C. Iulij Cęſaris commentarijs. Ex his ergo Cæſaris commentarijs, hæc de Moribus commentatio expreſſa eſt: in qua quaſi iuſtam legitimeq́ꝫ conformatam Ethicam. Et moralem diſciplinam, non tam lentis & intermortuis præceptis deſcriptam, quàm uiuis, & actuoſis exemplis illuſtratam habemus. Hunc ergo uel Cæſaris Commentarium, uel Rami Ethicam moralemq́ꝫ, & exemplarem philoſophiam, Lector, accipies, quæ te doceat ea ſequi, quę ueriſsima, rectiſsima & honeſtiſsima ſunt, & ad Politicam beneq́ꝫ moratam uitam utiliſsima: teq́ꝫ ad patriæ tuæ amorem excitet, & fraternam neceſsitudinem inter Germanos ac Gallos morumq́ꝫ ſimilitudinem & germanitatem tibi proponat.

Vale.

- *Gallia*
  - *Ciſalpina, ſeu Togata, Lombardey.*
  - *Tranſalpina ſeu Comata* —
    - *Aquitanica.*
    - *Celtica*
      - *Lugdunenſis.*
      - *Narbonenſis ſeu Braccata, hodie Prouincia.*
    - *Belgica.*

P. RAMI LIBRI,

DE MORIBVS VETERVM GALLORVM ET GERMANORVM,

Tabula Generalis.

- *Moralis cõmentatio de Moribus & inſtitutis Galliæ antiquæ, explicatur per 4. ſpecies Virtutis, ut*
  - *Temperantiam, in qua continentur*
    - *Abſtinentia victus & Veneris.*
    - *Modus orationis.*
    - *Frugalitas.*
    - *Luſus.*
    - *Communicatio rerum ac facultatum.*
  - *Fortitudinẽ, quæ eſt uel*
    - *Puerilis ad laborum & periculorum tolerantiam.*
    - *Militaris: in qua conſider.*
      - *Cauſa.*
      - *Species. Eſt enim uel*
        - *Terreſtris loco*
          - *Apertio uel*
            - *Collatis ſignis: ubi conſid diſciplinæ militaris*
              - *Ratio in*
                - *Apparatu, id eſt*
                  - *Delectu*
                    - *Imperatorũ.*
                    - *Militum.*
                  - *Commeatu.*
                - *Caſtris.*
                - *Egreſſu, in quo conſiderand.*
                  - *Vires.*
                  - *Locus.*
                  - *Ordo.*
                  - *Cohortatio.*
              - *Peritia & ſimplicitas.*
            - *Inſidijs.*
          - *Concluſo.*
        - *Naualis.*
      - *Effectus, ut*
        - *Gentes deuictæ.*
        - *Coloniæ.*
  - *Prudentiam, in qua conſider.*
    - *Ingenia Gallorum.*
    - *Diſciplinarum ſtudia: in quibus conſiderand.*
      - *Autores.*
      - *Artes et ſtudia ut Philoſophiæ*
        - *Inſtrumenta, Grãmatica, Rhetor. Logica.*
        - *Partes, ut*
          - *Mathematica.*
          - *Phyſica.*
          - *Theologia.*
  - *Iuſtitiam, in qua conſiderand.*
    - *Genera hominum.*
    - *Comitia & conſilia.*

Plato tres principes corporis humani partes eſſe ait, tres quoq; in iis principes animæ facultates locatas eſſe, cupiditatem ſubter præcordia, iram in corde, rationem in capite tanquam in arce. Itaq; tres uirtutis etiam ſpecies his regendis præeſſe, temperantiam epatis cupiditati, fortitudinem cordis iracundiæ, prudentiam rationis cogitationi atq; iudicio: quarum uirtutum communis conſenſus, & ſui cuiuſq; officij ueluti cõcentus, iuſtitia dicatur. Quamobrem ita quoq; Gallicorum & Germanorum morum quadripartita diſtributio nobis erit.

De Temperantia.

In Temperantia conſiderand.

- *Abſtinentia*
  - *Victus, hoc eſt*
    - *Cibi, in*
      - *Gallis. Magna pars (aiunt Diodorus & Strabo) in lacte & varia carne præcipuè autem ſuilla recenti & ſalſa. Iuxta eos ignes ſiunt, in'q; ijs ollæ ſunt & veruta plena carnibus: viros bonos melioribus honorant, quemadmodum poëta Aiaci ſcribit impenſum ab optimatibus honorem, quando ſingulari Hectorem certamine, vicit.*
      - *Britannis. Britanni interiores (ait Cæſar libro 5.) plerïq; frumenta non ſerunt, ſed lacte & carne viuunt: leporem tamen & gallinam, & anſerem guſtare fas nõ putant: hæc tamen alunt animi voluptatiſ'q; cauſa.*
      - *Germanis. Agriculturæ non ſtudent (ait Cæſar lib. 6.) maior'q; pars victus eorum in lacte, caſeo, carne. Tacitus: Sua quem'q; mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur: dominum ac ſeruum nullis educationis delicijs dignoſcas, inter eadem pecora nudi ac ſordidi in eadem humo degunt, donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat. Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera aut lac concretum, ſine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem.*
    - *Potus*
      - *Priuata in*
        - *Gallis. Potus Gallorum (ait Diodorus) ex ordeo, qui Gallica lingua Zythum dicitur, & ex aqua, unde fauum mellis lauerint. Gallorum verò plerïq; (aiunt Diodorus & Strabo) humi accumbunt & cœnant aſſidentes in canum aut luporum pellibus: fictilia habent in uſu denſa ac floribus diſtincta: miniſtrant eis pueri iuniores ætate tenera.*
        - *Germanis. Potui (ait Tacitus) humor ex ordeo & frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus: proximi ripæ & vinum mercantur. Statim è ſomno, quẽ plerunq; in diem extrahunt, lauantur, ſæpius calida, ut apud quos plurimùm hyems occupat. Lauti cibum capiunt, ſeparatæ ſingulis ſedes & ſua cuiq; menſa.—*
        - *Hactenus igitur ſeuera antiquorum morum frugalitas, unde illi artus eáq; corpora, quæ Tacitus in Germanis admiratur: hinc etiam eadem proceritas Gallorum, quibus ideò præ magnitudine corporum ſuorum breuitas Romanorum contemptui erat, ut eſt 2 belli Gall.*
      - *Publicè præſcripta. Potionis intemperantia atq; ebrietas à Platone Gallis obijcitur primo legum. Nec ebrietas tantum, ſed ebrietatis comes rixa & contentio à Diodoro notatur. Sic Galli veteres à Græcis illis reprahenduntur: atq; in eiuſdem culpæ ſocietatem Germani, fratres à Tacito vocantur, parïq; & ebrietatis & contentionis nomine accuſantur. At Gallorum longè alia perſuaſio publica fuit, publiciſ'q; gentis moribus aduerſus iſtam priuatorum intemperantiam grauis fuit & ſeuera animaduerſio. Fortitudinis igitur Gallicæ cauſam ab iſta temperantiæ cautione repetit Cæſar lib 1. de Celtis, Aquitanis, Belgis, Neruijs Belgarum fortiſsimis: quibus lib. 4. Sueuos Germaniæ, temperantia pares efficit.*
  - *Veneris. α*
- *Modus orationis. β.*
- *Frugalitas. γ.*
- *Luſus. δ.*
- *Communicatio rerum & facultatum. ε.*

De Temperantia.

a. *Temperantiæ magna pars in Veneris abſtinentia ponitur: in qua conſider.*

- **Mores**
  - *Gallorum, in quibus Veneris intemperantiam etiam publicè per magnam Græci ſcriptores Diodorus, Strabo, Bardeſanes apud Euſebium notauêre, Ariſtoteleq́ iudice tanquam bellicoſis nationibus ingeneratam, ideoq́ in fabulis Venerem cum Marte copulatam. At Cæſar nihil hac de re.*
  - *Germanorum, quibus à Cæſare temperantiæ plena laus attribuitur: Qui diutiſſimè, ait, impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem. Hoc ali ſtaturam, ali uires, neruosq́ confirmari putant. Intra annum uerò uiceſimum fœminæ noticiam habuiſſe in turpiſsimis habent rebus. Hanc eandem temperantiæ laudem Tacitus nequaquam in Germanis prætermiſit: Sera iuuenum Venus, eoq́ inexhauſta pubertas: nec uirgines feſtinantur, eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pares ualidæq́ miſcentur, ac robora parentum liberi referunt.*
- **Connubia**
  - *Gallorum. Viri, ait Cæſar lib. 6. quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta, cum dotibus communicant: huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructusq́ ſeruantur: uter eorum uita ſuperarit, ad eum pars utriusq́ cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit. Viri in uxores ſicuti in liberos uitæ necisq́ habent poteſtatem: & cum paterfamiliâs illuſtriore loco natus deceſsit, eius propinqui conueniunt, & de morte (ſi res in ſuſpicionem uenit) de uxoribus in ſeruilem modum quæſtionem habent, & ſi compertum eſt, igni atq́ omnibus tormentis excruciatas interficiunt.*
  - *Britannorum. Cæſar lib. 5. Vxores habent deni duodeniq́ communes inter ſe, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed qui ſunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primum uirgines quæq́ ductæ ſunt.*
  - *Germanorum, quorum temperantiam Tacitus ualdè inſignem deſcribit: Dotem (ait) non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus noua nupta comatur, ſed boues & frenatum equum & ſcutum cum framea gladioq́. In hæc munera uxor accipitur, atque inuicem ipſa armorum aliquid uiro affert: hoc maximum uinculum, hæc arcana ſacra, hos coniugales deos arbitrantur: ne ſe mulier extra uirtutum cogitationes, extraq́ bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonij auſpicijs admonetur uenire ſe laborum periculorumq́ ſociam, idem in pace, idem in prælio paſſuram auſuramq́: hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant: ſic uiuendum, ſic pereundum: accipere ſe quæ liberis inuiolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rurſusq́ ad nepotes referant. Ergo ſeptæ pudicitia agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corruptæ. Pauciſsima in tam numeroſa gente adulteria, quorum pœna præſens & maritis permiſſa: accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem uicum uerbere agit: publicatæ enim pudicitiæ nulla uenia, non forma, non ætate, non opibus maritum inuenerit. Nemo enim illic uitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum uocatur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus unamq́ uitam: ne ulla cogitatio ultrà, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur: plusq́ ibi boni mores ualent, quàm alibi bonæ leges.*

De Temperantia.

β. Reprehēdit Diodorus in Gallis quandam linguæ intemperantiam. Sermone (ait) utuntur breui ac ſubobſcuro, multaq; ex animo dubia loquuntur, plurima ad iactantiam in ſuam laudem dicũt & ad cæterorum contemptũ. Minaces ſunt ac detractores, opinio neque inflati. De hac oſtentatione Cæſar lib. 7. Talis eſt elatio

- *Heluetij Diuiconis, dum Heluetiorum uirtutem extollit, Romanæ cladis memoriam obijcit, Cæſaremq; mutando admonet ne committat, ut is locus ubi Romani conſtitiſſent, ex calamitate populi Romani, internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.*
- *Arioviſti R. Romanorum. cùm ad poſtulata Cæſaris pauca reſpondeat, de ſuis uirtutibus multa prædicet: neminem ſecum ſine ſua pernicie contendiſſe: cum uellet Cæſar congrederetur, intellecturum quid inuicti Germani & exercitatiſſimi in armis poſſent.*
- *Vercingetorigis, qui in concione iactat ſe unum conſilium totius Galliæ effecturum, cuius conſenſui ne orbis quidem terrarum poſsit obſiſtere.*

γ. In Frugalitate conſideran.

- Cultus
  - Gallorum: quem Diodorus deſcribit ex
    - Comis. *Comas (ait) quamuis habeāt natura rufas: ſtudio tamen augent naturæ colorem: calamiſtra capillos inflectunt à fronte illos ad ceruicem reijcientes, ut Satyris aſpectu puerisq; appareant perſimiles: capillos arte efficiunt craſsiores, ut nihil differant ab equorum iubis.*
    - Barba. *Barbam (ait) quidam radunt, nonnulli nutriunt parcè. Nobiles, genas radunt: barbam uerò adeò ſinunt creſcere, ut operiant corpora.*
    - Veſtitu. *Veſtes (ait) ad terrorem intonſas ac coloris uarij ferunt, quas illi uocant braccas. Sagula gerunt uirgata. hyeme quidem craſsiora, æſtate ſubtilia. Eadem Strabo lib. 4. de comis, ſagis, intonſa & aſpera ueſte. prolixis fœminalibus, amictibus ſciſsis & uix dimidias nates tegentibus etiam ſcribit.*
    - Ornatu uelut aurea. *Vniuerſa Galatia (ait) argento caret, auro ad ornatum corporis mulieres, uiriq; utuntur. Etenim & digitos annulis & brachia armillis & pectora thoracibus & collo torquibus, & tunicas Zonis aureis exornant.*
  - Britannorum. *Cæſar lib 5. Omnes Britanni ſe glaſto inficiunt, quod ceruleum efficit colorem: capillo ſunt promiſſo & omni parte corporis raſa, præter caput & labrum ſuperius.*
  - Germanorum in
    - Comis. *Tacitus de Sueuis: Inſigne gentis obliquare crinem, nodoq; ſubſtringere ſic Sueui à cæteris Germanis: ſic Sueuorum ingenui à ſeruis ſeparantur.*
    - Veſtitu. *Cæſar. Pellibus aut paruis rhenonum tegumentis utuntur, magna parte corporis nuda. Tacitus: Tegumen omnibus ſagum, fibula aut ſpina conſertum. Gerunt & ferarum pelles proximi ripæ negligenter, ulteriores exquiſitius. Fœminæ ſæpius lineis amictibus uelantur, eosq; purpura uariant.*
    - Ornatu *Sed Tacitus magnificentiæ Gallicæ longè diſsimilem inopiam in Germanis commemorat.*

  Atq; hic corporis cultus habitusq; habet plus
  - *Elegantiæ in Gallis.*
  - *Parſimoniæ in Germanis.*
- *Habitatio. Vide ſignum* *

De Temperantia.

- * De habitatione ac domicilijs
  - Gallorum ſcribunt
    - *Strabo. Domicilia Gallorum (ait) ſunt è pluteis & cratibus permagna, teſtudinum inſtar, multis arundinibus aquaticis contexta.*
    - Caſar, qui
      - *Lib. 5 belli Gallici ait, caſas in caſtris Q. Ciceronis more Gallico ſtramentis fuiſſe tectas: & idem ſexto demonſtrat, nobilium Gallorum ædificia ferè in ſyluis aut fluminum ripis fuiſſe: cum de Ambiorigis ædificio ſylua circumdato loquitur ut ſunt ferè (ait) ædificia Gallorum, qui uitandi æſtus cauſa plerunq́ ſyluarum ac fluminum petunt propinquitates*
      - *Oppida, foſſa, uallo, mœnibusq́ munita, Aquitanis, Celtis, primisq́ Belgis fuiſſe perſpicuè oſtendit. Vlterioribus autem Belgis & ſeptentrioni uicinioribus (ut Morinis, Neruijs, Aduaticis, Menapijs, Eburonibus) cuiuſmodi oppida fuerint, ſyllogiſmo Ramus colligit: Germani non habuerunt urbes immò ne uicos quidem in noſtrũ morẽ. At Belgæ iſti extremi à Germanis ſunt orti, ut Caſar lib. 2. commemorat. Nullas ergo urbes habuerunt. Vide Ramum.*
  - Germanorum ſcribit:
    - *Caſar, qui Germanis non urbes, ſed ne uicos quidem in noſtrum certè morem fuiſſe affirmat.*
    - *Tacitus. Nullas (ait) Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe iunctas ſedes. Colunt diſcreti ac diuerſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit: uicos locant non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædificijs: ſuam quiſq́ domum ſpacio circumdat, ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia ædificandi: ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum uſus: materia ad omnia utuntur informi & citra ſpeciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terrâ ita pura ac ſplendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, eosq́ multo inſuper fimo onerant, ſuffragium hyemi ac receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum eiuſmodi locis molliunt: & ſi quando hoſtis aduenit, aperta populatur: abdita autem & defoſſa, aut ignorãtur, aut eo ipſo fallunt, quòd quærenda ſunt.*
  - *Britannorum ait Caſar lib. 5. Oppidum Britanni uocant cum ſyluas impeditas uallo foſſaq́ munierũt, quò incurſionis hoſtium uitandæ cauſa cõuenire conſueuerunt.*

- d. Qui luſus, quæ ſpectacula, quæ oblectatio
  - *Gallicæ iuuentutis fuerit, nihil in Caſare comperio.*
  - Germanorum fuerit, Tacitus ſcriptum reliquit:
    - *Genus ſpectaculorum unum atq́ in omni cœtu idem: Nudi iuuenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atq́ infeſtas frameas ſaltu iaciunt. Exercitatio artem parauit, ars decorem: non in quæſtum tamen aut mercedem: quamuis audacis laſciuiæ precium eſt, uoluptas ſpectantium.*
    - *Aleam, quod mirere, ſobrij inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendiuè cupiditate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu, de libertate ac de corpore contendant. Victus uoluntariam ſeruitutem adit: quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac uenire patitur; ea eſt in re parua peruicacia, ipſi fidem uocant.*

De Temperantia.

- *6. In communicatione rerum & facultatum conſiderand.*
  - *Humanitas, liberalitas & hoſpitalitas inſignis*
    - *Gallorum. Hoſpites (ait Diodorus) ad epulas uocant: qui ſint, qua cauſa uenerint, poſt cœnam rogantes.*
    - *Germanorum. Hoſpites (ait Cæſar) uiolare fas non putant, qui quacunq; de cauſa ad eos uenerint, iniuria prohibent, ſanctosq; habent, hisq; omnium domus patent, uictusq; communicatur. Sic item Tacitus: Conuictibus & hoſpitijs non alia gens effuſius indulget: quemcunq; mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisq; apparatis epulis excipit: cum defecêre, qui modo hoſpes fuerat, monſtrator hoſpitij & comes, proximam domum non inuitati adeunt: nec intereſt, pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumq; quantum ad ius hoſpitis nemo diſcernit: abeunti ſi quid popoſcerit, concedere moris, & poſcendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.*
  - *Aequatio bonorum. Phaleas Chalcedonius primus æquationem bonorum in Remp. induxit, ut generis humani duæ capitales peſtes à ciuitate pellerentur, paupertas & opulentia. Hoc unicum Platonis ad ſtatum beatæ ciuitatis huius notum fuit. Hic ergo conſideran.*
    - *Exemplum Germanorum, qui beatiſſimæ ciuitatis ideam non diſputationibus & argumentis adumbratam, ſed moribus & exemplis expreſſam præſtitere: neq; enim quiſquam (ait de Germanis Cæſar lib. 6.) agri modum certum aut fines habet proprios, ſed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus cognationibusq; hominum qui una coierunt, quantum eis & quo loco uiſum eſt, attribuunt agri, atque anno pôſt, aliò tranſire cogunt. Quod idem de Sueuis Germanis 4. libro dicitur: Priuati & ſeparati agri apud eos nihil eſt: neq; longius anno remanere uno in loco incolendi cauſa licet.*
    - *Cauſa huius æquationis. Multas huius rei cauſas afferunt (ait idem libro 6.) ne aſſidua conſuetudine capti, ſtudium belli gerendi agricultura commutent, ne latos fines parare ſtudeant, potentioresq; humiliores poſſeſſionibus expellant, ne accuratius ad frigora atque æſtus uitandos ædificent, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones diſſenſionesq; naſcuntur, ut animi æquitate plebem contineant, cum ſuas quisq; opes cum potentiſſimis æquari uideat.*
    - *Seruitus, quæ more reliquarum gentium, uſitata fuit etiam*
      - *Gallis. Cæſar lib. 6. Plerîq; cum aut ære alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur ſeſe in ſeruitutem dicant nobilibus: in hos eadem omnino ſunt iura, quæ dominis in ſeruos. Domini autem ſuos obæratos, atque ut Cæſar Gallico uerbo appellat, ambactos honoris quodam loco circum ſe habebant, eorumq; opera in bellis utebantur: huc enim ſpectare uidetur illud Diodori: Cuſtodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui & pro aurigis in pugna ſeruiát & ferant ſcutum.*
      - *Germanis. Seruis (ait Tacitus) non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam miniſterijs utuntur, ſuam quisq; ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut ueſtis, ut colono, iniungit. Cætera domus officia, uxor ac liberi exequũtur. Verberare ſeruũ ac uinculis & opere coërcere, rarum: occidere ſolent non diſciplina & ſeueritate, ſed impetu & ira, ut inimicum, niſi quòd impune. Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt.*

De Fortitudine.

- *Fortitudo duplex eſt*
  - *Puerilis: quæ eſt iuuenilis ætatis ad laborum & periculorũ tolerantiã ueluti ſchola, exemplis certè & factis, ſi minus artificioſis doctoribus & præceptis. Hic igitur conſider. puerilis ætatis exercitatio*
    - *Gallica. Cæſar lib. 6. In reliquis uitæ inſtitutis hoc ferè à reliquis differunt, quòd ſuos liberos niſi cum adoleuerint, ut munus militiæ ſuſtinere poſsint, palàm ad ſe adire non patiuntur filiumq́ puerili ætate in publico, in patris conſpectu aſsiſtere turpe ducunt. Huc referendum eſt Strabonis illud de patientia Gallicæ duritia: qui Gallorum proprium eſſe ait, laboribus exerceri ne craſsi & uentroſi fiant: iuuenemq́ qui Zonæ modum exceſſerit, plecti & mulctari: cui Romanæ cenſuræ illud ſimile fuit, obeſum equitum publico equo priuari.*
    - *Germana Tacitus: Arma ſumere non ante cuiquam moris, quàm ciuitas ſuffecturum probauerit: tum in ipſo concilio uel principum aliquis, uel pater, uel propinquus, ſcuto frameaq́ iuuenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos, ante hoc domus pars uidentur, mox Reip. Cæſar lib. 6. A' paruulis labori ac duritiæ ſtudent, uitaq́ omnis in uenationibus atque in ſtudijs rei militaris conſiſtit. Varia genera ferarum habent in Hercynia ſylua, boues feros, alces ſed in primis uros: hos ſtudioſè foueis captos interficiunt: hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere uenationis exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſunt teſtimonio, magnam ferunt laudem.*
  - *Militaris, & grauis Martis opus, ut ait poëta. In ea conſider.*
    - *Cauſæ fortitudinis quæ ſunt in*
      - *Gallis à*
        - *Temperantia, quæ prius allegata eſt tanquam fortitudinis mater, aut certè nutrix.*
        - *Militaris exercitationis perpetuitate. Etenim ante Cæſaris aduentum, ut eſt lib. 6. ferè quotannis accidere ſolebat, ut aut ipſi iniurias inferrent, aut illatas propulſarent. Fortiſsimi Gallorum ſunt Belgæ (ait lib. 1.) proximi enim ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolũt, quibuſcum continenter bellum gerunt. Hæc, inquam, fortitudinis cauſa altera eſt, continua belli conſuetudo, eademq́ de cauſa Heluetij reliquos Celtas uirtute præcedunt, ut ibidem eſt. quòd ferè quotidianis prælijs cum Germanis cõtendunt, cum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt. Quinetiam latrocinijs dabant operam, ait Diodorus.*
      - *Germanis à*
        - *Studio bellicum*
          - *Finitimis. Omnino, ut eſt lib. 6. ciuitatibus maxima laus eſt, quàm latiſsimas circum ſe uaſtatis finibus ſolitudines habere. Hoc proprium uirtutis exiſtimant, expulſos agris finitimos cedere, neq́ quenquam audere propè conſiſtere.*
          - *Exteris populis. Si ciuitas, ait Tacitus, in qua orti ſunt, longa pace & otio torpeat, plerię nobilium adoleſcentium petunt ultrò eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt, quia & ingrata genti quies & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnumq́ comitatum non niſi ui belloq́ tueantur: materia munificentiæ per bella & raptus.*
        - *Latrocinijs: quæ Germanis à Cæſare tribuuntur, ut à Diodoro Gallis. Latrocinia, ait Cæſar lib. 6. nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiuſq́ ciuitatis fiunt, atq́ ea iuuentutis exer. endæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant.*
    - *Species militiæ. Eſt enim uel*
      - *Terreſtris loco*
        - *Aperto*
          - *Collatis ſignis.* α.
          - *Inſidijs.* β.
        - *Concluſo.* γ.
      - *Naualis.* δ.
    - *Effectus.* ε.

De Fortitudine.

a. *In Conferendis signis consideranda est Disciplina militaris*

- ***Ratio, in***
  - ***Apparatu, hoc est in***
    - ***Delectu***
      - *Imperatorum & belli ducum, qui quales fuerint, gallica Cæſaris bella ſingulis annis oſtendunt.*
      - *Priuatorum militum, qui armato concilio indicatur, ut patet ex lib. 5. & 7. Cæſaris. Hic conſideran.*
        - *Armatura, Romanæ diſsimilis, ut 7. libro intelligi poteſt de Heduis Cæſari militantibus, qui Gallicis armis Romanos uehementer perterruerunt. Arma uerò*
          - *Gallica tradiderũt Polybius, Diodorus, Liuius Strabo:*
            - *Gladius prælongus, aerea cathena dextro latere dependens, non ſolum ad cædendum, ſed pungendum idoneus, ait Diodorus: mucronem tamen, Polybius & Liuius detrahunt.*
            - *Scutum uaſtum & ſtaturæ corporis accommodatum, proq́ arbitrio cuiusq́ ornatum & formis animalium æreis & eminentibus.*
            - *Lancea ferro cubitali longitudine, latitudine duorum palmorum. Cæſar lib. 3. Gæſa Gallis tribuit. Metis etiam fuit tragulæ genus.*
            - *Aërea galea caput muniebant paulatim eminentione, in qua aut cornua impreſſa eſſent, aut auium uel quadrupedum effigies ſculptæ.*
            - *Thorax ferreus. Quanquam pleriq́ Galli ſuper umbilicum nudi pugnare conſueuerãt, ut Liuius & Polybius tradunt.*
            - *Arcus & funda etiam in uſu fuit Gallis ut Strabo ait. Sagittarios uerò magno in uſu Gallis fuiſſe, Cæſar lib. 7. confirmat cum de Vercingetorige loquitur.*
            - *Fuſtis etiam apud eos fuit, ut ait Strabo, qui manu non amento iactus, ſagitta longius ferit, quo præcipuè in aucupijs auium uti conſueuerunt.*
          - *Germanorum apud Tacitum: Rari gladijs aut maioribus lanceis utuntur, haſtas uel ipſorum uocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, uel cominus, uel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameaq́ cõtentus eſt, pedites & miſſilia ſpargunt pluraq́ ſinguli, atq; in immenſum uibrant nudi aut ſagulo leues: nulla cultus iactatio, ſcuta tantum lectiſsimis coloribus diſtinguunt, paucis loricæ, uix uni alteriue caſsis aut galea.*
        - *Armatorum genera. Sic in militia*
          - *Gallica fuerũt*
            - *Equites, quibus Galli maximè confidebant, ut eſt lib. 7. Equitatus Gallicus militiæ Gallicæ præcipua gloria fuit.*
            - *Pedites: qui cum ſagittarijs interdum equitibus miſcebantur: ut eſt lib 7.*
            - *Eſſedarij, ut Diodorus affirmat.*
          - *Germanica plus roboris penes peditem fuit, ut patet ex Cæſare lib. 1. & 4. ſed apertius ex Tacito.*
          - *Britannica eſſedarij fuerunt, ut Cæſar lib. 4. deſcribit.*
    - *Commeatu, cuius facilitas è temperantiæ moribus intellecta eſt, uini mollicie detracta, & rei frumentariæ ſtudium multis exemplis è Cæſare percipitur, præſertim Vercingetorigis.*
  - *Caſtris.* *Vide* *
  - *Congreſſu.* *Vide* †
- *Penuria & ſimplicitas.* *Vide* ❦

De Fortitudine.

- * *Caſtrorum ratio minus attenta atque accurata Gallis uideatur fuiſſe, ſiue ſpectetur*
  - *Iter. Heluetij nauibus iunctis ratibusq́ compluribus factis, alij uadis Rhodani, quà minima altitudo fluminis erat, ſi prorumpere poſſent, conati, à Caſare repelluntur. Hi Galli, pontes fabricari nequaquam didicerant. Iidem poſtea ratibus ac lintribus iunctis Ararim uix uiceſimo die tribus exercitus ſui partibus tranſierunt.*
  - *Architectura, & fabrica. Hac enim non multò plus artis habent, ſiue ſpectes*
    - *Locum. Vallis eligebatur, cuius foſſa & uallum terra uidelicet ac cœlum eſſent. Gallorum enim conſuetudo fuit (ut eſt 8 libro) relictis locis ſuperioribus ad ripas fluminis caſtra demittere: & ſic primo libro Heluetij ſub monte conſederunt: ſic ibidem Germani ſub monte conſederunt. At Romana militia ſuperiorem locum optabat.*
    - *Munitionem. Belgarum caſtra (ut eſt lib. 2.) ut ex fumo atque ignibus ſignificabatur, amplius milibus paſſuum octo in latitudinem patebant. Ac ſi quando diligentia maior fuit, carri tantum pro uallo obijciebantur. Tandem Galli quo Romanos facere cognouerunt, ea ceperunt imitari, ut eſt lib. 5. de Neruijs & lib. 7. de Vercingetorige.*
  - *Diſciplina.*

- † *In congreſſu & præliorum uirtute conſideran.*
  - *Vires, quarum confidentia in Gallis prorſus ingens fuit. Galli (ut eſt Africano bello) homines aperti minimeq́ inſidioſi, per uirtutem non per dolum dimicare conſueuerunt, ideoq́ ſic ad Caſarem, qui Tigurinos inopinantes circumuenerat, Diuico Heluetius loquitur: Se ita a patribus maioribusq́ ſuis didiciſſe, ut magis uirtute, quam dolo contenderent aut inſidijs niterentur. Atque militaris huius uirtutis ſingularia multis locis in Caſare exempla ſunt: ut de*
    - *Heluetijs lib 1.*
    - *Belgis lib. 2.*
    - *Neruijs lib 2.*
    - *Gallis militibus Caſaris apud Mundam in Hiſpania. Vide Hircium.*
  - *Locus, cuius cura Gallis in prælijs non multò maior fuit, quàm in caſtris: ſicuti totis commentarijs Gallici belli perſpicuum eſt, cum Heluetij & Neruij iniquiſsimo loco Caſarem ſunt aggreſsi: & ſi quid tandem conſideratius hîc ſuit, mutatione Romanæ diſciplinæ factum eſt.*
  - *Ordo, qui accuratior Gallis fuit in quo conſiderand.*
    - *1. Cum ex pluribus ciuitatibus exercitus conſtaret, milites gnaciatim diſtributi erant, ſeparatimq́ ſingulorũ ciuitatum copiæ collocabantur, ut patet exemplo*
      - *Neruici belli.*
      - *Copiarum Vercingetorigis lib. 7.*
      - *Germanorũ, de quibus Tacitus.*
    - *2. Phalanx Gallis in prælijs uſitata, ut Romanis legio. De qua uide Aelianum.*
  - *Cohortatio, quæ præcipua uirtutis incitatio eſt, eaq́ tum*
    - *Virorũ*
      - *Gallorum. Gallicæ conſuetudinis fuit nõ clamore ſolum & tubis: ſed cantu, tripudio, ululatu, armorum crepitu, telorum ictu, tantum tumultum terroremq́ initio pugnæ facere, ut nihil horribilius fieri poſſe uideretur: ut patet ex Diodoro, Polybio, Liuio, Caſare. Huc pertinent notæ & ſigna*
        - *Colloquij ex clamore. libro 5.*
        - *Pacati animi, dextrum humerum exerere lib 7.*
        - *Pacis petendæ, manus tendere lib. 2. & 7.*
        - *Deditionis, manus tendere.*
      - *Germanorum, qui barritu accendebant animos militum, ut ait Tacitus.*
    - *Mulierum*
      - *Gallarum, ut eſt lib. 7 ad Gergouiam & in Maſsilia oppugnatione.*
      - *Germanarum, ut eſt lib 1. apud Caſarem, & apud Tacitum.*

De Fortitudine.

☞ *Magnum animum uerèq́ bellicoſum Gallis meritò Cæſar attribuit: atque in hac animi tamen magnitudine, infirmitatem quandam & diſciplinæ penuriam deprehendit: imò uerò ſimplicitatem quandam & improuidam uirium ſuarum confidentiam animaduertit: cuius error in bellis maximus ille notatus eſt, quòd (ut Strabo prodidit lib. 4.) congregantur plurimi facillimè, quòd animo ſimplices ſunt, rectumq́ & uerum perſequentes propinquorum detrimentis affecti & commoti. Et ibidem: Itaq́ facilius accidit eos finibus expelli, cum gregatim totis copijs uel potius totis familijs inuecti à ualentioribus eijciantur: hos Romani multò facilius quàm Hiſpanos ſubiugarunt. Etenim longè antea Hiſpanienſe bellum inchoatum eſt & poſtea tamen confectum: intermedio autem tempore uniuerſos Gallos intra Rhenum & Pyrenæum montem domuêre: conferti enim & plurimi ſimul irruentes, conferti ſimul & plurimi cecidere. Hiſpani uerò prælia parcius diſpenſabant, ſubtiliſq́ tanquam numiſmata alij alio tempore partibus alijs latronum more bellantes partiebantur. Sic*

- *Heluetiorum tota ciuitas XII. oppidis, CCCC. uicis uno tempore tota præliatur & uno tempore tota uincitur.*
- *Belgarum ex XV. populis coniuratio fuit.*
- *Armonicorum Venetico bello rebellio fuit.*
- *Aquitanorum contra Craſſum conſpiratio fuit.*
- *Tota Gallia uno ad Aleziam bello & armata, & debellata eſt.*

β. *Simplex iſte animus, ſineq́ dolo apertus, Gallis perpetuus non fuit, ſed aliquando cautus & inſidioſus fuit. Sic*

- *Eburonum fallacia legio una & cohortes quinq́ cum Cotta & Sabino legatis periêre.*
- *Bellouacorum inſidiæ ab Hirtio memorantur.*
- *Heluetij Caſſium Coſ. cum toto exercitu, inſidijs circumuenêre. Oroſ. lib. 6.*

γ. *In militia loco concluſa, conſiderandū quænam fuerit Gallica oppidorum*

- *Munitio:*
  - *Belgæ (ut Morini, Neruij, Menapij, Aduatici, Eburones, adde & Sueſſiones & Bellouacos) ut oppida quidem coluiſſe uidentur, multò ergò minus quærendum eſt quibus modis oppida muniuerit. Hinc illa Adriaticorum uiſis Romanorum machinis admiratio lib. 2.*
  - *Galli muros trabibus nō erectis, ſed in ſolo collocatis & aggere intermedio ueſtitis aptiſſimos efficiebant, quorum deſcriptio eſt lib. 7.*
- *Propugnatio:*
  - *Tertio belli Gallici anno Sontiates Aquitani à Craſſo uineis turribusq́ obſeſſi, fortiter reſtiterūt, aliâs eruptione tentata, aliâs cuniculis ad aggerem uineasq́ actis: cuius rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos ærariæ ſecturæ ſunt. Eadem ſcientia ac multò etiam maior Celtis Aduaticenſi obſidione, eademq́ ſcientiæ cauſa tribuitur, quòd apud eos magnæ ſunt ferrariæ.*
  - *Cum à Romanis fortiter Auaricum oppugnaretur, ſingulari militum Romanorum (ait Cæſar lib. 7.) uirtuti, conſilia cuiusq́ modi Gallorum occurrebant. Quo exemplo uidetur Gallus propugnandæ urbis peritiam quandam habuiſſe: ſed certè magis uſu fodinarum ſuarum, quàm militaris artis præceptis inſtitutam.*
  - *Galli bello Cimbrorum Teutonumq́ in oppida compulſi, grauiq́ fame & inopia ſubacti, eorum corporibus qui ad bellum inutiles uidebantur, uitam tolerauerunt. Cuius rei exemplum in Alexiæ propugnatione Critognatus reuocandum cenſuit.*
- *Oppugnatio: quæ ſine aggere, ſine uineis, ſine turribus lib. 2. deſcribitur. Galli atq́ Belgæ, ait, ubi circūiecta multitudine hominum totis mœnibus undiq́ in murum lapides iaci cœpti ſunt, murusq́ defenſoribus nudatus eſt, teſtudine facta, portis ſuccedunt, murumq́ ſubruunt.*

De Fortitudine.

A. Naualis militia quæ Britannico & Venetico bello lib. 4. tractatur, ſuam etiam uirtutem, ſed ſimplicem, nec artificio magno inſtructam habuit: Hic conſider. Naues

- *Gallicæ, in quibus Cæſar exprimit*
  - *Materiam: Naues, ait, totæ factæ ex robore ad quamuis uim & contumeliam perferendam.*
  - *Formã partibus omnibus:*
    - *Carinæ aliquantò planiores quàm Romanarum nauium, quò facilius uada & deceſſum æſtus excipere poſſent.*
    - *Proræ admodum erectæ, atque item puppes ad magnitudinem fluctuum tempeſtatumq́ accommodatæ.*
    - *Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudine.*
    - *Anchoræ pro funibus, ferreis cathenis reuinctæ.*
    - *Pelles pro uelis, alutaq́ tenuiter confectæ.*
- *Longæ, quibus Cæſar in eo bello uſus eſt: quas ex hoc loca liquet Oceano ad illud tempus inuſitatas fuiſſe.*

e. Hactenus ueteres Gallicæ militiæ mores è uarijs partibus collectos habemus, naturæ potius robore, quàm diſciplinæ inſtitutione magnos: & quidem quoad uirtute, non fallacia & dolo bella geſta ſunt, omnium gentium dominos. Quare, ut facere geographi conſueuerunt, orbem terrarum ab ortu ſolis ad ortum perſequare, imperium Gallorum oſtendet

- *Britannia maritima, in quam (ut ait Cæſar lib 5) qui prædæ ac belli inferendi cauſa ex Belgia tranſierunt, omnes ferè his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt.*
- *Hiſpania, cuius ſubacta Celtiberia teſtis eſt.*
- *Italia. Nam regnante Tarquinio Priſco, Bituriges, Aruerni, Senones, Hedui, Ambarri, Carnutes, Aulerci duce Belloueſo: Cœnomani Elitouio, tum Salluu, Boij Lingones Italiam ab Alpibus perpetuo Apennini iugo uſque ad Rubiconem Galliam fecère: tandemq́ Romanis ad Alliam caſis, Romam cœpere & incendere, Capitoliumq́ obſeſſum, auri mille pondo pretium pacti, obſeſsis Romanorum reliquijs uendidère.*
- *Germania ferox. Galli quondam (ait Cæſar lib. 6.) Germanos uirtute ſuperabant. Itaq́ Volcæ, Tectoſages Sigoueſo duce fertiliſsima Germaniæ loca ad Hercyniam ſyluam occupauère ut etiam Liuius autor eſt. Tacitus eodem præterea Heluetiorum & Boiorum colonias deducit.*
- *Illyricum, Pannonia, Græcia, Macedonia, Thracia, Aſia Nam hi Germaniæ uictores Galli, Germanica frugalitate fortiores & animoſiores facti, his regionibus latiſsimè glorioſiſsimeq́ nominis ſui famam propagarũt, ut Iuſtinus ampliſsimè profitetur: tantuſq́ Gallici nominis terror fuit, ut etiam reges non laceſsiti, ultrò pacem ingenti pecunia mercarentur Ptolemæum Macedoniæ regem duce Belgio obtruncarunt: Brenno duce, quaſi hominum ſpolia ſorderent, Apollinis Delphicum templum oppugnarunt: deinde noua ex ijſdem Germaniæ Gallis manus, fugatis Getis, Triballiſq́, Antigono Macedoniæ rege caſtris exuto, in Aſiam profecti, tantum terroris omnibus (ut Liuius lib. 48 ait) quæ cis Taurum incolunt gentibus iniecerunt, ut quas adiſſent, quaſq́ non adiſſent, pariter ultimæ propinquis, imperio parerent.*

Poſtea uerò diſciplinæ militaris inopia, ſed multò maximè domeſtica inter ſe diſcordia (dum Cœnomani Togatis, Maſsilienſes Bracchatis, Hedui Comatis infenſi, Romanos in patriæ ſeruitutem adiuuant) Galliam totam Romano imperio prodidere: imò uerò ut Gallicam uirtutem inprimis hoc etiam ſuſpiciamus & admiremur, Galli Cæſarem belli faciendi doctorem nacti, imperium populi Rom. quadriennio ſubuerterunt.

De Prudentia.

- *Sed de Fortitudine ſatis. Tempus eſt de Prudentia dicendi: in qua conſideran.*
  - *Ingenia Gallorum, quæ quàm fuerint ad omnes diſciplinas percipiendas idonea, Cæſar ſcriptum reliquit lib. 7. Genus ſummæ ſolertiæ atq; ad omnia imitanda & efficienda, quæ à quoquo tradantur, aptiſſimum. Sic & Diodorus ait: Quamuis ſermone breui & ſubobſcuro atque ambiguo utantur, tamen à doctrina minimè alienos eſſe. Cum quo Strabo cõſentiens, ait Gallos perſuaſione facile adduci ad id quod ex uſu fuerit, itaq; diſciplinas & artes capeſſere.*
  - *Autores, per quos cupientibus ingenijs atq; aptantibus, diſciplinæ cuiuſq; generis iam initio illo mũdi, per Noëum patrem reſtituti, traditæ ſunt. Nam ſi Beroſus uerus eſt, cum quo et Marcellinus lib. 15 ferè conſentit, tum*
    - *Dis primus Gallicæ gentis autor ſapientia clarus fuit, indeq; Semnothes appellatus, & ab eo ſapientiæ profeſſores Semnothei. Hanc Beroſi hiſtoriam Cæſaris locus ille uidetur affirmare, Galli, ait, ſe omnes à Dite patre prognatos prædicant, idq; à Druydibus proditum dicunt: ob eam cauſam ſpatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium definiunt. & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſeruant, ut noctem dies ſubſequatur.*
    - *Saron tertius Galliæ rex, ut ferociam primorum hominum cõtineret, publica literarum ſtudia inſtituit. Hinc Saronidæ.*
    - *Druydus quartus Galliæ rex fuit unde Druydes,*
    - *Bardus quintus rex fuit, cuius gloria in Bardis poëtis & oratoribus celebrata fuit.*
  - *Diſciplinarũ ſtudia, quibus hominis iudicium ad prudentiam conformari ſolet, quæ in ueterib. Gallis ualdè fuerunt inſignia: Hic igitur conſider.*
    - *Artes & genera ſtudiorum, ut ſunt Philoſophiæ,*
      - *Inſtrumenta, ut*
        - *Grãmatica, quæ docebat literas legere & pingere: talis enim ars hæc fuit linguis integris, neq; dum peregrinorum colluuione corruptis. Hic ergo conſid. Grammatica*
          - *Gallorum. Cæſar lib 6 ueterum Gallorum literas confirmat Græcas fuiſſe. Diſciplinas (ait) nefas eſſe exiſtimant literis mandari, cum in reliquis ferè rebus publicis priuatiſq; rationibus, Græcis utantur literis. Sic primo libro euſdem rei teſtimonium eſt: In caſtris Heluetiorum tabulæ repertæ ſunt literis Græcis confectæ. An uerò Galli Græcè locuti ſint, & quis eorum ſermo fuerit, copioſè à Ramo hîc diſputatur, quẽ uide.*
          - *Britannorum. Gallorum diſciplina (ait Cæſar lib. 6.) in Britannia reperta atq; inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur: & nunc qui diligentius eam rem cognoſcere uolunt, plerunq; illò diſcendi cauſa proficiſcuntur. Hic locus ſatis indicat Britannorum & Gallorum unam diſciplinam fuiſſe.*
          - *Germanorum. Literarum ſecreta uiri ac fœminæ pariter ignorant, ait Tacitus. Ergo Germania literas & diſciplinas omnino nullas habuit. Aeneas Syluius affirmat Adriani temporibus ciuilem cultum cum literis in Germaniam ueniſſe. Germani ipſi affirmant ab actingentis annis Germanicam linguam cœptam eſſe literis exſcribi atq; unà cum Chriſtiana religione Muſas in Germaniam commigraſſe, publiciſq; ſcholis & profeſſoribus excultas, adeò ut quæ natio quondam barbara feritate nationibus omnibus horribilis eſſet, ea deinde omni ingeniorum ſtudio, omniumq; diſciplinarum elegantia & humanitate, uel cum doctiſſima, & literis eruditiſſima qua uis gente de laudis huius principatu contenderit.*
        - *Rhetorica. A.*
        - *Logica B.*
      - *Partes. C.*

De Prudentia.

A. Quid, quænam Rhetoricæ fuerunt ſtudia

Gallica. *Summa nempe & in ſummo honore habita, & quidem uinctæ potius & numeroſæ orationis, quàm ſolutæ. Sunt apud Gallos (ait Diodorus lib. 6.) melodiarum poëtæ, quos appellant Bardos: hi cum organis ueluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios uituperantes. Et ibidem, Poëtæ uirò tanti apud eos ſunt, ut cum inſtructa acie exercitus eductis enſibus iactiſq; iaculis propinquant, non ſolum amici, ſed hoſtes quoq; eorum interuentu à pugna quieſcant. Ita apud agreſtiores barbaros ira cedit ſapientia & Mars ueneretur Muſas. Vide Strabonem lib. 4. Lucanū lib. 1. Pharſaliæ, Marcellinum lib. 15.*

Germanica. *Quamuis literarum ſecreta (ut Iam patuit) ignorauerint: attamen (ut Tacitus autor eſt) celebrabant carminibus antiquis ſuos Deos & reges: idq; unum apud illos memoriæ & annalium genus erat. Nec quicquam præterea de ueterum Germanorum diſciplinis inuenio.*

B. Quod ad *Logicam* ueterum Gallorum attinet, unam quæſtioné Gallorum & eam quidem pergrauem in Cæſare percipio de uia & ratione docendæ iuuentutis. Neſas exiſtimant (ait Cæſar lib. 6.) diſciplinas literis mandari. Omnes artes liberales & ingenuæ è ſcriptis libris ediſcuntur: hos magiſtri artium diſcipulis ſuis interpretantur, hos diſcipuli cognoſcunt, magnaq; plerunq; in retinenda hominum (quorum libri illis iuuentuti proponuntur) autoritate, difficultas oritur. At cõtra nullo ſcripto, uoce ſola, innumerabiles opificum artes ediſcuntur: nec in ulla ambiguitate uerborũ, repugnantia ſententiarum in ediſcendo difficultas oritur: id ſolum eſt in arte præceptum, quod uſus & utilitas approbarũt. Ergo Doctores illi profeſſoresq; noſtri nullam diſciplinã ſcribere, quicquid iuuentuti traderent, uoce tantum tradere conſueuerunt: Cæſar duas cauſas affert, quòd, ſcilicet nollent

In uulgum diſciplinas efferri.

Eos qui diſcunt, literis confiſos, minus memoriæ ſtudere: quod ferè pleriſq; accidit, ut præſidio literarũ, diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant.

Has igitur cauſas duas diſciplinæ literis nõ mandandæ Druydes afferebant, & cauſas quidem principum Græciæ philoſophorum ſententia approbatas. Hæc enim Pythagoræ quondam fuit opinio, hæc etiam Socratis, qui ne literã quidem ullam ſcriptam reliquerunt: Socratis ſententiam hac de Plato in Phædro magnificè declarauit, quæ noſtrorum Druydum ſententia paulò mitior atq; humanior eſt. Anteponit Socrates uiuæ uocis ac memoriæ ſcientiam mortuæ ſcripturæ: ſed ſcripturam tamen aduerſus obliuionis infirmitatem permittit: quæ utinam ſententia Druydibus perinde placuiſſet: nec enim externis Græcorum bonis egeremus, ſed patrijs abundaremus: neq; per Latinos Græcosq; interpretes, diſciplinas maximis peregrinarum linguarum laboribus ac ſtudijs audiremus, ſed magna ſuauitate animi ac uoluptate, penè una cum lacte nutricis hauriremus. Hominis adoleſcentia Latinis Græciſq; literis perdiſcendis uix ac ne uix quidem plerunq; quamlibet auida ſufficit, id eſt, è liberalium ſtudiorum carceribus nondum egredimur cum metam attingere debẽamus. Homerum, Demoſthenem Virgilium, Ciceronem longinquo & diuturno Græcæ ac Latinæ linguæ ſtudio cognoſcimus. At Bardorum noſtrorum hymnos & poëmata, ut intelligentia mentis, ut uocis ſonus à natura tribueretur, ſic cum lætitia ſine labore cantaremus: hic patriæ, hic etiam uirtutis nimium tetricis amor fuit. Dum Druydes Galliam non ſolùm armorum, ſed diſciplinarum laude cæteris gentibus perpetuò præſtantiorem eſſe, dum ex animis Gallorum deſidiam fugare cupiunt: poſteros ſuos lõgè ampliſſimo præclariſſimoq; antiquæ diſciplinæ patrimonio exhæredarunt: atq; ita Gallicas artes ac doctrinas (quas tamen illo nihil ſcribendi argumento ſemper uiuas, ſemper florentes fore ſperabant) ſempiterna obliuione ſepultas obruerunt. Sed fruſtrà lamentamur, & uota tamen quamuis inania ſuperſunt, & Romanæ ambitionis improbitas hìc fortaſſe iuſtius accuſari poſsit, quæ Druydum ſcholas euertit.

De Prudentia.

- C. Partes Philoſophiæ ſunt
  - *Mathematicæ artes, quæ patriæ atq; auitæ Ditis, Saronit, Druydū diſciplinæ fuerunt, quas etiam illi à proauis ſuis per manus traditas conſeruarunt. De ueteribus enim ante diluuium patribus, à quibus Mathematicæ contemplationes hæ obſeruatæ fuerāt Ioſephus lib. 1 antiquitatum teſtis eſt, ne hæc inuenta tam nobilia aquarum inundationibus perirent, duabus excitatis columnis alteri latericiæ, alteri lapideæ ſeparatim inſcripta, ut ſi latericia diluuio deleretur, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi poteſtatem faceret. Cæſar itaq; inquit: Druydes diſputant multa de*
    - *Syderibus & eorum motu. Aſtrologia ſuis, quæ nullo modo ſine præcedentibus Arithmeticæ & Geometriæ ſtudijs doceri diſciúe potuit. Motus enim calculus Arithmeticæ numeros, ſyderum ſpatia atque interualla Geometriæ figuras poſtulabant. Ergo cum Aſtrologiam Druydes explicarent, explicandæ Aſtrologiæ adminiſtras artes Arithmeticam & Geometriam explicabant.*
    - *Mundi ac terrarum magnitudine. Hæc erat Coſmographia Geographiaq́; quæ mundi longitudo eſſet ab occaſu verſus ortum, quæ latitudo ab Aequatore uerſus utrunq; polum. quanta Zonarū quinq; ſpatia à polo ad minimum circulum, ab eo ad tropicum, à quo rurſus ad æquatorem medium: quæ terrarum Zonæ cœleſtibus Zonis eſſent attributæ ac ſubiectæ: quæ earum uel frigore, uel aſtu deſertæ eſſent & incultæ, quæ temperatæ. quæ demq; terrarum diuiſione Europa, Africa, Aſia eſſent abſtractæ.*
  - *Phyſica. Sic enim Cæſar de Druydibus: Multa de rerum natura Druydes diſputant: Hoc Phyſicæ fuit de principijs rerum, materia quippe & forma: de igne, aëre, aqua, terra: unde omnia gignerentur, interirent, augerentur. decreſcerent, alterarentur, loco mouerentur. Huius tam multiplicis, tamq; uariæ doctrinæ Galli profeſſores à Strabone uates appellantur, qui præter cætera phyſica, illud in primis patrium oraculum docebant, mundum aliquando igne atque aqua periturum. Doctores ijdem uocantur à Marcellino Eubages. Quare nobiles hæ diſciplinæ Gallica uoce, Gallico ſermone Gallis tradebantur. Atque in his duos excellentes philoſophos Ciceronis oratione laudationeq́; lib. 1. de diuinatione, æternitati conſecratos, ſaltem poſſumus appellare:*
    - *Diuitiacum Hedniorum principem.*
    - *Deiotarum Gallorum in Aſia regem, Ciceronis hoſpitem.*
  - *Theologia de*
    - *Animæ immortalitate. Cæſar: Druydes hoc uolunt perſuadere, non interire animas, ſed ab alijs poſt mortem tranſire ad alios: atq; hoc maximè ad uirtutem excitari putant metu mortis neglecto. Hanc immortalitatis perſuaſionem, ſummum in religione, & Theologia Gallorum ueluti fundamentum ſtatuo, quod Græci certatim Latiniq; celebrouêre. Diodorus: Increbuit apud Gallos Pythagoræ ſententia, animas hominum immortales eſſe, rurſusq; eas defunctis corporibus poſt certum tempus in alia corpora reuerti. Itaq; in defunctorum pyram epiſtolas quidam conijciunt, tanquam eas mortui ſint lecturi. Idem Strabo & Mela affirmant: & Valer. Max lib 2. Vetus ille mos (ait) Gallorū occurrit, quos memoria proditum eſt pecunias mutuas quæ his apud inferos redderetur, dare, quia perſuaſum habuerint animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem bracchati ſenſiſſent, quod palliatus Pythagoras credidit.*
    - *Religione. Vide ſignum* *
    - *Superſtitione magicorum myſteriorum. Vide ſignum* †

De Prudentia.

De Prudentia.

- * In Religione conſider.
  - Dij: de quibus alia copiuo
    - Druydū qui de ui et poteſtate Deorum multa diſputabant: hinc Gallorū:
      - Dij. Colebant enim
        - Mercurium, tanquam inuentorem artium, uiarum atq; itinerum ducem, eumq́; ad quæſtus pecuniæ mercatusq́; habere uim maximam putabant.
        - Apollinem, quem morbos depellere.
        - Mineruam, quam operam atq; artificiorū initia tradere.
        - Iouem, quem imperium cæleſtium tenere.
        - } credebant.
        - Martem quem bella regere credebant. Huic, cum prælio dimicare conſtituerūt, ea quæ bello ceperint plerunq́; deuouent: quæ ſuperauerint animalia capta immolant, reliquas res in unum locum conferunt.
      - Sacrificia. Natio eſt (ait Cæſar) omnium Gallorum admodum dedita religionibus: atq; ob eam cauſam, qui ſunt affecti grauioribus morbis quiq; in prælijs periculisq́; uerſantur, aut pro uictimis homines immolant, aut ſe immolaturos uouent: quòd pro uita hominis reddatur, non poſſe deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceq́; eius generis habent inſtituta ſacrificia.
      - Statuæ. Alij (ait Cæſar) immani magnitudine ſimulachra habent, quorum contexta uiminibus membra uiuis hominibus complent, quibus ſuccenſis, circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto, aut latrocinio, aut in aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora dijs immortalibus eſſe arbitrantur: ſed cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt. De ſtatuis illis eadem ſcribit Strabo. Vide Plinium quoq; lib. 34. cap. 7.
    - Britannorum: quorum diſciplina eadem quæ Gallorum fuit.
    - Germanorum, qui (ut Cæſar ait) multum à Gallica conſuetudine differunt. Nam neq; Druydas habent qui rebus diuinis præſint, neq; ſacrificijs ſtudent. Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt & quorum apertè opibus iuuantur, Solem, Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Tacitus tamen Germanorum Deos præterea nominat Tuiſconem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, cōditoresq́;. Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoq; hoſtijs litare fas habeat. Herculem ac Martem conceſsis animalibus placant. Pars Sueuorum & Iſidi ſacrificat. Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi: niſi quòd ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterùm nec cohibere parietibus Deos, neq; in ullam humani oris ſpeciem aſsimilare, ex magnitudine cæleſtium arbitrantur: lucos ac nemora conſecrant, deorumq́; nominibus appellant ſecretum illud quod ſola reuerentia uident.
  - Sortes. Cæſar lib. 1. Sortes mulieribus Germanorum tribuit. Cum ex captiuis (ait) quæreret Cæſar, quamobrem Ariouiſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſam quòd apud Germanos ea cōſuetudo eſſet, ut matresfam. earum ſortibus & uaticinationibus declararent utrum prælium committi ex uſu eſſet nec ne. Sed de his diuinationibus longè plura Tacitus: qui recenſet duo genera diuinandi, unum per ſortes uirgarum, alterum per auſpicia tum equorum, tum captiuorum.
  - Funera. Cæſar: Funera (ait) ſunt pro cultu Gallorū magnifica & ſumptuoſa: omnia quæ uiuis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac paulò ſupra hanc memoriam ſerui ac clientes, quos ab his dilectos eſſe conſtabat, iuſtis funebribus confectis unà cremabantur. Tacitus: Sepulchrum ceſpes erigit: monumentorum enim arduum & operoſum honorem, ut grauem defunctis, aſpernantur: lamenta ac lachrymas citò, dolorem & triſtitiam tardè ponunt. Fœminis lugere honeſtum eſt: uiris meminiſſe.

De Prudentia.

† *Plinius lib. 30. cap. 1 dum in Magicam artem tanquam fraudulentiſſimam inuehitur, uidetur Druydum etiā noſtrarum diſciplinam eodem crimine complecti. Autoritatem magicæ arti (ait) maximā fuiſſe nemo miretur, quandoquidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis cōplexa, in unam ſe redegit. Natam primùm è medicina nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe uelut altiorem ſanctioremq́ quàm medicinam: ita blandiſſimis deſideratiſſimisq́ promiſſis addidiſſe uires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus. Atq ut hoc quoq́ ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes mathematicas, nullo non auido futura de ſe ſciendi, atq ea è cœlo ueriſſimè peti credente. Ita poſſeſsis hominum ſenſibus, triplici uinculo in tantum faſtigij adoleuit, ut hodieq́ etiam in magna parte gentium præualeat, & in oriente regibus imperet: hinc magica factio Perſica & Cypria. Anno V.C. 677. demum S C factum eſt, ne homo immolaretur, palamq́ ad tempus illud ſacri prodigioſi celebratio, Gallias utiq́ poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam Namq́ Tiberij Cæſaris principatus ſuſtulit Druydas eorum & hoc genus uatum medicorumq́. Quid ipſe ego hanc memorem artem Oceanum quoq́ tranſgreſſam, & ad naturæ inane peruectam in Britanniam, quæ hodie eam attonitè celebrat tantis ceremonijs, ut dediſſe Perſis uideri poſſit? Adeo iſta mundo toto conſenſere, quanquam diſcordi & ſibi ignota. Non ſatis æſtimari poteſt, quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi uerò etiam ſaluberrimū. Hæc Plinius: qui aliquot præterea exemplis Druydum Magicam detexit, ut de*

Viſco. Sic enim ait lib. 16. cap. ult. Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druydes (ita ſuos appellant magos) uiſco & arbore in qua gignatur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde cōficiunt, ut inde appellati quoq interpretatione Græca poſſint Druydes uideri. Enimuerò quicquid adnaſcatur illis, è cœlo miſſum putant, ſignumq́ eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inuentu & repertum, magna religione petitur, & ante omnia ſexta luna (quæ principia menſium annorumq́ his facit & ſeculi poſt 30. annum) quia iam uirium abundè habeat, nec ſit ſui dimidia: omnia ſanantem appellantes ſuo uocabulo: ſacrificio epulisq́ ritè ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primū uinciantur. Sacerdos candida ueſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demetit, candido id excipitur ſago. tunc demum uictimas immolant, precantes ut ſuum donum. eis proſperum faciat his, quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicunq́ animali ſterili arbitrantur, contraq́ uenena omnia eſſe remedio: tanta gentium in rebus friuolis pleruniq́ religio eſt.

Herba

Selagine. *Sic enim ait lib. 24. cap. 11. Similis huic herbæ Sabinæ eſt Selago. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicam, qua ſiniſtra exuitur, uelut à furante, candida ueſte ueſtito, pureq́ lotis nudis pedibus, ſacro facto priuſquam legatur. pane uinoq́: præfertur in mappa noua. Hanc cōtrà omnem perniciem habendam prodidere Druydæ Gallorum & contra omnia oculorum uitia fumum eius prodeſſe.*

Samolō. *Sic enim ait ibidem: Iidem ſamolum herbam nominauêre, naſcentem in humidis: & hanc ſiniſtra manu legi à ieiunis, contra morbos ſuum boumq́ nec reſpicere legentem, nec alibi quàm in canali deponere, ibiq́ conterere potuerit.*

Anguino ouo. Sic enim ait lib. 20. cap 3. *Præterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Græcis. Angues innumeri æſtate conuoluti, ſaliuis faucium corporumq́ ſpumis, artifici complexu glomerantur, anguinum appellatur. Druydæ ſibilis id dicunt in ſublime iactari, ſagoq́ oportere intercipi ne tellurem attingat, profugere raptorem equo: ſerpentes enim inſequi donec arceantur amnis alicuius interuentu. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis, uelut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druydis. Ad uictorias litium ac regum aditus maximè laudatur: tantæ uanitatis, ut habentem id in lite in ſinu equitem Rom. è Vocontijs à Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud ſciam. Hic tamen complexus anguium & efferatorum concordia, cauſa uidetur eſſe, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerint.*

De Iuſtitia.

E' quatuor operis propoſiti partibus, quarta ſupereſt è iuſtitia, reliquorum moru͂ principe ac magiſtra. Hic igitur quærendu͂, qui principatus ueterit Galliæ, quod populi magiſterium, qua politia fuerit id enim eſt Platonicum temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ uinculum, quo ſuum cuiq; tribuitur, nec quicquam uſurpatur alienu͂. Fuit uerò Galliæ Reſp genere ipſa Timocratica, Romanæ libertatis ſimillima Hic igitur conſider.

- Genera hominum quorum partitio hæc eſt apud Cæſarem:
  - Eorum qui in aliquo ſunt numero atq; honore, genera ſunt duo:
    - Vnum Druydum, quod erat rebus diuinis præpoſitum. Hic conſid.
      - Pontifex ſummus. Druydibus unus præeſt (ait Cæſar) qui ſummam inter eos habet poteſtatem: hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit: aut ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druydum allegitur nonnunquam etiam armis de principatu contendunt. Sic Cæſar Pontificis creationem definit
        - Dignitate.
        - Suffragijs.
        - Armis.
      - Profeſſionibus artium, ubi conſider.
        - Diſcipuli. Ad hos (ait Cæſar) magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa concurrit: magnum ibi numerum uerſuum ediſcere dicuntur. Itaq; annos nonnulli uicenos in diſciplina permanent.
        - Minerualia, διδακτρα & priuilegia. Druydes à bello abeſſe conſueuerunt (ait Cæſar) neque tributa unà cum reliquis pendunt: militiæ uacationem, omniumq; rerum habent immunitatem: Tantis excitati præmijs & ſua ſponte multi in diſciplinam conueniunt, & à parentibus propinquisq; mittuntur.
      - Munera eoru͂: Druydes ſiquide͂ tribus Reip. maximis partibus præfuerunt, munitu͂
        - Iudicijs co͂trouerſiaru͂: Magno apud omnes Gallos (ait Cæſar) in honore ſunt. Nam ferè de omnibus co͂trouerſijs publicis priuatisq; conſtituunt: & ſi quod admiſſum eſt facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controuerſia eſt, ijdem decernūt, præmia pœnasq; conſtituunt. Hic conſiderand.
          - Pœna. Si quis (ait Cæſar) aut priuatus, aut populus, eorum decreto non ſteterit, ſacrificijs interdicunt: hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, ij numero impiorum ac ſceleratoru͂ habentur: ab ijs omnes diſcedunt, aditum ſermonemq; defugiunt ne quid ex contagione incommodi accipiant, neq; eis petentibus ius redditur, neq; honos ullus communicatur. De Germanorum iudicijs & ſupplicijs Tacitus aliter: In publicis conſultationibus (ait) ſilentium per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi ius eſt, imperatur. Cæterum neq; animaduertere neq; uincire, neq; uerberare quidem, niſi ſacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam, nec ducis iuſſu, ſed uelut Deo imperante. Diſtinctio pœnarum ex delicto: proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt, ignauos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt: ſed & leuioribus delictis pro modo pœnarum, equoru͂ pecorumq; numero conuicti mulctantur: pars mulctæ regi uel ciuitati, pars ipſi qui uindicatur, uel propinquis eius exoluitur.
          - Tempus & locus iudicij. Druydes (ait Cæſar) certo tempore anni, in finibus Carnutum (quæ regio totius Galliæ media habetur) conſidunt in loco conſecrato: huc omnes undiq; qui controuerſias habent, conueniunt, eorumq; decretis iudicijsq; parent. Cæſar anni tempus non definit: locum in finibus Carnutum, tanquam Galliæ centrum, definit. Talis quondam in libera Græcia ſolennis ille Amphictyonum conuentus Delphis fuit, media uidelicet Græciæ regione.
        - Cærimonijs ſacrificiorum & religionis. Magni quidem nominis erat diſciplinarum profeſſio: inſignis autoritatis, iudicandi: auguſtæ uerò maieſtatis ſacrificiorum propiciatio ac diuinatio.
    - Alterum Equitum, quod erat rebus humanis & ciuilibus præpoſitum. A.
  - Plebs penè ſeruorum habetur loco, quæ per ſe nil audet, nulli adhibetur conſilio.
- Mores Gallorum. B.

De Iuſtitia.

- A. De magiſtratibus Gallicæ Reip. primum habemus: ſecundum principum genus, ſecundum'q Reip. gradus erat in equitibus, unde belli gerendi principes à populo pro ipſius arbitrio cómodo'q deligebantur, ac ſi contra ſa erent, abdicabãtur. In his conſider
  - Munera. Nam (ut eſt in Caſare lib. 6.) gerebant
    - Magiſtratum: in quo conſider.
      - Electores. Tanta (ait Cæſar) Galliæ libertas fuit, ut in ſingulis ciuitatibus, ſingulis etiam pagis ac pene etiam domibus ſuæ factiones eſſent: tam libera nempe ſuffragiorum ac ſtudiorum cuiq; poteſtas erat, ut uel infimis liberè ac ſine ullo metu ſententiæ dicendæ ſuffragij'q ferendo facultas eſſet. Hi igitur magiſtratuum Gallicorum electores erant: unde intelligimus etiam plebis in Rep. per magnam autoritatem fuiſſe, cum populi ſuffragijs magiſtratus inſtituantur.
      - Perſona eligendi magiſtratus. Princeps eligebatur (ait Cæſar) qui ſummam autoritatem habere exiſtimaretur, ideo'q ad eius arbitrium ſumma omnium rerum ac conſiliorum rediret.
      - Finis. Quamobrem enim in magiſtratu autoritas tantopere quærebatur? Id (reſpondet Cæſar) eius rei cauſa antiquitus inſtitutum uidetur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilij egeret. Suos enim opprimi ac circumueniri non patitur. Hic finis igitur eſt magiſtratus, hæc cauſa quamobrem populus diceret, hunc uolo: quia ſua uirtute atq; autoritate me ab iniuria defendet: hunc nolo, quia improbus, quia ignauus.
      - Abdicatio. Nam ſi bonus ille princeps qui initio uiſus eſſet, aliquando diſſimilis uideretur, publicæ'q ſalutis immemor, ſuam uoluptatem, aut utilitatem priuatam publicæ præponeret, aliter'q quàm populi iura ferrent ſe gereret, abdicabatur. nec ullam (ait Cæſar) inter ſuos autoritatem habebat. Ac ne quis crederet unius cuiuſdam ciuitatis id fuiſſe, hæc eadem ratio (ait Cæſar) eſt in ſumma totius Galliæ. Ergo hîc etiam politica plebis autoritas cernitur, cum à populo magiſtratus non inſtituãtur tantum, ſed abdicantur.
      - Qualis fuerit, ſingularis'ne an multiplex. quoúe tempore definitus Cæſar de his nihil. Strabo autem lib. 4. utrunq; definit: Ariſtocraticæ (ait) erant pleræ'q politiæ: unum principem quotannis antiquitus eligebant, ſicut & ad bellum dux unus à populo creabatur.
      - Hic conſider.
        - Status Reip. Gallicæ: Ex his enim intelligitur ſtatus Timocraticus ille, quem Plato, quem'q Ariſtoteles tantopere cõprobarũt, quem'q libera Græcia, Italia'q cupidiſsimè tenuerunt: in quo iſtæ politiæ ſpecies omnes comprahenduntur. Erat enim
          - Regium quiddã in annuo aut lõgioris temporis legitimo magiſtratu.
          - Ariſtocratia in ſenatu.
          - Timocratia in ſumma populi autoritate, unde & ſenatores & magiſtratus extiterit.
        - Exempla Reip. illius Timocraticæ in ſtatu
          - Galliæ
            - Totius. Nam libro 7. Cæſaris
              - Primum communi conſilio, in cõcilio Bibracte indicto, Vercingetorix dux eligitur.
              - Deinde cum ad Alexiam Vercingetorix obſideretur, Galli concilio principum indicto, ſtatuunt certum militum numerum, cuiq; ciuitati imperandum. Harum tamen copiarũ non dux unus, ſed quatuor inſtituuntur, & ijs conſiliarij ciuitatum adduntur.
            - Singularum
              - Omnium, ut
                - Celtarum, è quibus coniurarunt cõmuni conſilio Armoricæ ciuitates lib 3.
                - Belgarum, qui communi conſilio ad Galbam R. ſummam totius belli detulerunt.
                - Aquitanorum, qui communiter etiam coniurarunt lib. 3.
              - Ciuitatum & nationum. Vide æ.
          - Britannia. n.
          - Germania. ſ.
    - Bellum. o.
  - Pramia. b.

De Iuſtitia.

- α. Ciuitates & nationes aliæ fuerũt
  - Celtarũ, diuiſæ tãquã in claſſes tres ſūt
    - Maioris, in quibus propoſita illa Reipub. libertas agnoſcitur. Ex his fuerũt
      - Fortiſſimi Heluetij: in quorũ Rep. conſider.
        - *Definitio & comprehenſio.* Ciuitas Heluetiorum intra Rhenum, Rhodanum, Iuram montem triquetra figura comprehendebatur: oppidaq́ numero ad XII. uicos quadringentos habuit.
        - *Diuiſio.* Ciuitas Heluetiorum in pagos non Martis tantum, ſed iuris & iuſtitiæ, quatuor diuiſa fuit: duo nominantur à Cæſare Tigurinus & Verbigenus. Ergo Heluetiorum Reſp. pagis tum diuiſa fuit, ut hodieq́ Suitenſium, Heluetiorum fines occupantium.
        - *Adminiſtratio.* Pagi iſti quatuor tanquam Senatus erant, penes quos imperij ſumma erat. Hos etiam conuenire rerum grauiorum cauſa ad commune quoddam concilium, & principem deligere ſolitos, totius ciuitatis coniuratio de oppidis uicisq́ ſuis omnibus incendendis, finibus relinquendis, Galliæ imperio occupando: atque ad eas res conficiendas delectus longè apud eos nobiliſsimus & ditiſsimus Orgetorix oſtendunt, ſtudiumq́ Timocraticum in primis illud eius ciuitatis factum declarauit, quòd Orgetorix affectati regni ſuſpicione in uincula coniectus eſt lib. 1.
      - Ampliſsimæ duæ totius Galliæ factiones, ut uocat Cæſar lib. 1. quarum alterius principatũ tenuêre
        - Hedui, qui Cæſare Gallicum bellum adminiſtrante clariſsimi Gallorum fuere. In eorũ Rep. conſider.
          - Adminiſtratio: triplici enim iuſta ac laudata gubernationis genere temperata fuit. Nam
            - Summus magiſtrat', quẽ Vergobretum appellant, regia poteſtate p̃ ſacerdotes certo loco certoq́ tempore è diuerſis familijs quotannis creatus fuit, cui extra fines excedere non liceret, quiq́ uitæ & necis poteſtatẽ haberet.
            - Senatus & populus propter hunc magiſtratũ ſeditione cõmotus, explicatur lib. 7. ad eãq́ ſeditionem ſedandum Cæſar euocatus eſt.
            - Vnde planè perſpicimus
              - Regiam in Vergobreto dignitatem.
              - Ariſtocraticam in ſenatu autoritatem.
              - Timocraticã totius populi poteſtatem.
          - Nobilitas. Quãta n. & quàm nobilis fuerit, oſtendũt in Cæſare
            - Tot
              - Oppida ut
                - Bibracte, de quo lib. 1. & 7. Cæſar.
                - Cabillonum.
                - Matiſco ad Ararim.
                - Nouiodunum ad ripas Ligeris.
              - Cliẽtela Heduorũ. n. cliẽtes appellãtur à Cæſare
                - Bituriges, apud quos Ambigati quondam & ueteres Gallorum reges fuère.
                - Senones, ideoq́ Pariſij, q fuerunt in clientela Senonum.
                - Bellouaci.
            - Amicitia cum Rom. Nam ut Hedui Romanorũ conſanguinei, & fratres appellati ſunt, quæ Ro. S. C. et quoties, & quàm honorifica in eos facta ſunt?
        - Aruerni: quorum Reſp. prima quondã Galliæ Reſp. fuit. In eorum factione conſider.
          - *Potentia.* Potentiorem enim factionem eorum, Heduorum factione fuiſſe, oſtendit Strabo lib. 4. cum eorum principatum ad Narbonenſium, Maſilienſiumq́ fines, Pyrenæos montes, Oceanum, Rhenum extendit. Oſtendunt etiam Gallorũ Bituito Aruerno duce cruenta duo prælia, de quibus Strabo ibidem & Liuius lib. 61.
          - *Forma Reip.* Senatus enim Rom. liberos eos eſſe uoluit, & fuit legibus uti: & deinde regibus exactis, libera eorum ciuitas ad Cæſaris tempora permanſit.
    - Minoris. β.
  - Belgarum. γ.
  - Aquitanorum. δ.

De Iuſtitia.

- *β. In reliquis illis minoris cenſus ueluti claſſibus, nullius regis aut ſingularis principis, ſed populi tantum & ciuitatis nomen appellatur. Sic*
  - *Senonum ciuitas in primis firma & magnæ inter Celtas autoritatis fuit. De permultis oppidis duo à Cæſare nominantur Agendicum & Vellaunodunum. Cæſar apud eos Cauarinum regem factione aliqua fecerat.*
  - *Pariſiorum Reſp. eadem fuit, cum Pariſiorum prælium pro libertate patriæ communi uariorum ciuitatum concilio ſuſceptum, ducemq́ belli Camulogenum propter ſcientiam rei militaris electum, ſeptimo commentario uideamus.*
  - *Carnutum ciuitas erat ampla Cæſariam regni factio conſimilis, hic etiam fuit in Taſgetio.*
  - *Senatus Eburonicum, Lexobiorum, Venetorum à Cæſare nominatur*
  - *Nitiobrigum rex Teutomatus eodem tempore fuit: ſed & publico Galliæ concilio contra Cæſarem paruit.*

- *γ. Belgicarũ ciuitatũ politia triplici uſi æ Reip. forma temperata fuit. Fuerunt autem hæ ciuitates:*
  - *Rhemi, qui poſt Heduos ſecũdũ in Gallia locũ dignitatis obtinebant. Horũ*
    - *Fines latiſſimi fuere, Sequanis, Mediomatricibus, Treuiris, Veromanduis, Sueſſionibus.*
    - *Oppida de tam multis, duo tantum nominantur*
      - *Durocotorum lib. 6.*
      - *Bibrax. lib. 2.*
    - *Forma Reip erat in Senatu & ciuitatis principe & profecto, qualis Vertiſcus fuit.*
  - *Sueſſiones, quorum*
    - *Forma Reip regia fuit: ubi conſid.*
      - *Reges duo*
        - *Diuitiacus totius Galliæ potentiſſimus, qui cùm magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ imperium obtinuit*
        - *Galba, qui Diuitiaco ſucceſſit.*
      - *Cuiuſmodi regnum hoc fuerit. Sueſſiones Rhemorum fratres conſanguineiq́ (ait Cæſar) eodem iure iiſdem legibus utebantur, unum imperiũ unumq́ magiſtratum cum illis habebant.*
    - *Oppida XII. fuerunt: quorum unicum à Cæſare nominatim appellatur, id eſt, Nouiodunum.*
  - *Bellouaci qui*
    - *Virtute, autoritate & hominum numero plurimùm inter Belgas ualebant. A finibus enim Sueſſionum ad Caletes (qui hodieq́ Normanni ſunt eiuſdem nominis ad oſtia Sequanæ) pertinebant.*
    - *Oppidum Bratuſpantium habebant.*
    - *Reip. formã hab. bant, in qua*
      - *Principes ſuos deligebant, ut inter cæteros Corbeum.*
      - *Cæſar memorat*
        - *Senatum.*
        - *Plebis autoritatem.*
  - *Neruij: in quorũ ciuitate conſider.*
    - *Fines. Neruiorum enim corpus in membra diſſectum eſt, uarijs nominibus*
      - *Harmoniæ, cuius medios fines Scaldis præterfluit.*
      - *Flandriæ, cuius, ſaltẽ mediterraneæ, ſunt*
        - *Gorduni, id eſt, Gandauẽſes.*
        - *Pleumoſij, id eſt, Flandriæ Cortricenſes.*
      - *Brabantiæ cuius ſunt Grudij, & Leuaci ad Louanium.*
    - *Forma Reip. Hæc enim ciuitas*
      - *Principem deligebat, ut Neruico bello primo Boduognatum.*
      - *Senatum ampliſſimum habebat. Sexcenti enim Neruiorum Senatores à Cæſare numerantur.*
  - *Atrebates, quibus uictis Comium Atrebatem regem Cæſar dedit, id eſt, è temporario principe perpetuum fecit.*
  - *Eburones, qui duos reges tum habebant, ſed ut non minus iuris in ipſos haberet multitudo, ut eſt lib. 5.*
  - *Morini, quorum Reſp. Heluetiorum ſimilis fuit, per uarios pagos diuiſa, ſecundum Picardiæ & Flandriæ littora.*
  - *Treuiri, qui Heduorum ſimillimi fuère & genere ipſo Reip & domeſticæ ſeditionis caſu.*

Δ. Aquitanorum Sontiates eadem rectione Reip. uidentur uſi. Ciuitas enim per ſe deditionem fecit: Verùm Adcantuannus eorum princeps cum ſexcentis ſoldurijs per ſe eruptionem facere conatus eſt.

De Iuſtitia.

t. *Britannorum principes lib. 4. memorantur, eorumq́ inter ſe de communi Britanniæ ſtatu colloquia & conſilia: quintoq́ lib. Britanniæ commune illud conſilium à Cæſare uacatum, quo ſumma imper: belliq́ contra Cæſarem adminiſtrandi Caſſiuellauno mandata & credita, & Britanniæ uarÿ reges huic communi concilio ſubiecti, Gallicam Timocratiam in Britannia demonſtrant.*

ſ. *Germanorum politiam eandem ferè explicat*

- *Cæſar: Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magiſtratus qui ei bello præſint, ut uitæ neciſq́ habeant poteſtatem, deliguntur. In pace nullus eſt communis magiſtratus, ſed principes regionum atq; pagorum inter ſuos ius dicunt, controuerſiasq́ minuunt.*
- *Tacitus: cuius ætate Germania reges quoſdam habuit, ſed honoris magis quàm potentiæ cætera Gallicis illis moribus ſimilia. Reges (ait) ex nobilitate, duces ex uirtute ſumunt. Nec regibus infinita, aut libera poteſtas & duces exemplo potius quàm imperio ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Eliguntur in publicis conſilÿs & principes, qui iura per pagos uicosq́ reddunt. Centeni ſingulis ex plebe comites conſilium ſimul & autoritas adſunt. Inſignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. Gradus quinetiam & ipſe comitatus habet, iudicio eius quem ſectantur. Quapropter Germanorum magiſtratus eiuſmodi Tacito fuêre in*
  - *Regibus.*
  - *Ducibus ſeu principibus.*
  - *Principum comitibus.*

9. *Equites (ait Cæſar li. 6.) cui eſt uſus, atq; aliquod bellum incidit, omnes in bello uerſantur. Hæc eorum unam gratiam, potentiamq́ nouerunt, ſi ut quiſq́ eſt genere copÿsq́ ampliſſimus, ita plurimos habet circum ſe*

- *Ambactos, id eſt, obæratos: ideoq́ in ſeruitutem equitibus ipſis dicatos. Ambacti enim aurigæ domini erant, ſcutum ferebant.*
- *Clientes, quibus (ut eſt lib. 7.) nefas erat uel in extrema fortuna deſerere patronos. Hi Germanorum comites erant, de quibus Tacitus, Magna (ait) & Comitū æmulatio (quibus primus apud principem ſuum locus) & principum cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ uires, magno ſemper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Cum uentū in aciem, turpe principi uirtute uinci, turpe comiti uirtutem principis non adæquare. Iam uerò infame in omnem uitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoq; fortia facta gloriæ eius aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro uictoria pugnant, comites pro principe. Comitum etiam à principe ſua remuneratio eſt apud Tacitum. Exigunt enim (ait) principis ſui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam uictricemq́ frameam. Nam epulæ, & quanquam incompti, largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedunt.*

6. *Sed quæ nam inquies, equitibus Gallis, & hanc alteram Reip. partem gerentibus remuneratio fuit? Druydum enim ſua illa Minerualia dicta ſunt. Honor (inquam) id enim præmium eſt uirtutis ampliſſimum. At tamen ipſa ſuis opibus Reſp. remunerari non ingratè poterat, cum publica ciuitatum portoria & uectigalia eſſent, ut è lib. 1. intelligitur: & tributi magnitudo è 6. lib. nota eſt. Hanc uerò principis remunerationem Tacitus in Germanis inſignem declarauit: Mos eſt ciuitatibus ultrò ac uiritim conferre principibus uel armentorum, uel frugum: quod pro honore acceptum, etiam neceſſitatibus ſubuenit. Gaudent præcipuè finitimarum gentium donis, quæ non modò à ſingulis, ſed publicè mittuntur, electi equi, magna arma, phaleræ, torquesq́. Iam & pecuniam accipere docuimus.*

De Iuſticia.

B. Reliqui Reip. Gallicæ mores ſunt in

- *Subitis & mobilibus conſiliis, quæ Cæſar ſæpè accuſauit in Gallis, ſed illo in primis quarti Commentarij loco. Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis, ut uiatores etiam inuitos conſiſtere cogant, & quod quiſq; eorum de quaq; re audierit, aut cognouerit, quærant & mercatores in oppidis uulgus circumſiſtat, quibusq; ex regionibus ueniãt, quasq; ibi res cognouerint, pronunciare cogat.*
- *Rerum nouarũ mirabili*
  - *Cupiditate: unde plebeia leuitas eſt, ut de ſummis rebus ſæpè conſilia ineant, quorum eos è ueſtigio pœnitere neceſſe eſt: cum incertis rumoribus ſeruiant & pleriq; ad uoluntatem eorum ficta reſpondeant.*
  - *Communicatione inter ſe & ſignificatione. Exempla facti mirabilis duo ſunt: primum eſt lib. 5. de uictoria Cæſaris contra Neruios. Alterum de fama interfectorum Rom. oriente hyberno ſole Genabo ante primam uigiliam in Aruernos perlata. Celeriter (ait Cæſar lib. 7.) ad omnes Galliæ ciuitates fama perfertur. Nam ubi maior atq; illuſtrior incidit res clamore per agros regioneſq; ſignificãt, hanc alij deinceps excipiunt & proximis tradunt. Hæc Cæſar. Vnde fortaſſe uideri poſsit orta ſingularis illa apud Maronem famæ deſcriptio.*
- *Politica conſtantia & ſapientia. Quæ ciuitates (ait Cæſar lib. 6.) cõmodius ſuam Remp. adminiſtrare exiſtimentur, habent legibus ſancitum, ſi quis quid de Rep. à finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magiſtratum deferat, neúe cum quo alio communicet: quòd ſæpè homines temerarios atq; imperitos falſis rumoribus terreri & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum eſt. Magiſtratus quæ uiſa ſunt, occultant: quæ eſſe ex uſu iudicauerint, multitudini produnt.*
- *Comitiis & conciliis: in quibus*
  - *Armati cõueniunt, ut antea in armato militaris delectus concilio propoſitum eſt, & Liuius lib. 31. de Gallis idem expoſuit.*
  - *Tuba conuocantur, ut Hircius de Belloüacorum Senatu commemorat.*
  - *Perorant principes, uel omnino quorũ de re cauſaq; agitur, ut exemplis apud Cæſarem manifeſtum eſt, & ex Tacito patet.*
  - *Crepitus armorum aſſenſionis ſignum & probatæ ſententiæ uelut applauſus fuit: ſic de Vercingetorigis oratione lib. 7. Cæſar ait: Conclamat omnis multitudo & ſuo more armis concrepat: quod facere in eo conſueuerunt, cuius orationem approbant. Sic apud Marcellinum lib. 21. Iuliano concionanti, Gallorũ exercitus applaudit, uoceſq; horrendas immani ſcutorum fragore permiſcet.*
  - *Iuſiurandum ab armis exigitur, & collatis militaribus ſignis, ut conſtat è Cæſaris lib. 7. & Marcellini lib. 21.*

Sed iam perorandi tempus eſt.

Quamobrem ueteris Galliæ mores,

- *Temperantiam in uita, uictuq;*
- *Fortitudinem in periculis.*
- *Prudentiam in artibus & diſciplinis.*
- *Iuſtitiam in his ipſis moribus Timocratico Reip. genere cõfirmandis & inſtituendis.*

ſic expoſitos habemus.

Finis.

Τῷ θεῷ δόξα.

B A S I L E Æ,
Excudebat Sebaſtianus Henricpetri,
Anno à Chriſto nato CIↃ. IↃ. LXXVI.
Menſe Martio.